Registres du Conseil de Genève

Publiés par la Société d'histoire et
d'archéologie de Genève
Genève, 1900-1940

T. 8: Du 28 octobre 1514 au 30 juin 1520

Numérisé par les
Archives d'Etat de Genève
en 2015

Registres

du

Conseil de Ge

PUBLIÉS PAR LA

SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉO

DE GENÈVE

TOME VIII

Du 28 octobre 1514 au 30 juin 1520 (Volumes 18 et 19)

GENÈVE

AU SIÈGE DE LA SOCIÉTÉ, 12, RUE CALVIN

1922

Registres

du

Conseil de Genève

PUBLIÉS PAR LA

SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOLOGIE

DE GENÈVE

TOME VIII

Du 28 octobre 1514 au 30 juin 1520 (Volumes 18 et 19)

GENÈVE

AU SIÈGE DE LA SOCIÉTÉ, 12, RUE CALVIN

1922

REGISTRES

DU

CONSEIL

DE

GENÈVE

VIII

1514-1520

GENÈVE

1922

REGISTRES

DU

CONSEIL DE GENÈVE

TOME HUITIÈME

Publié par les soins

de

Théophile Dufour, Émile Rivoire

et

(†) Dr Léon Gautier.

Registres

du

Conseil de Genève

PUBLIÉS PAR LA

SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOLOGIE

DE GENÈVE

TOME VIII

Du 28 octobre 1514 au 30 juin 1520 (Volumes 18 et 19)



GENÈVE

AU SIÈGE DE LA SOCIÉTÉ, 12, RUE CALVIN

1922

GENÈVE
IMPRIMERIE ALBERT KUNDIG

PRÉFACE

Le tome VIII des *Registres du Conseil* comprend le volume 18 et la moitié du volume 19 de la série manuscrite, embrassant la période qui va du 28 octobre 1514 au 30 juin 1520. Le secrétaire Louis Montyon, entré en fonctions en 1501, tint la plume jusqu'au 23 février 1518; il eut pour successeur Martin Porral, nommé le 19 mars suivant et remplacé lui-même, lors du changement de gouvernement, le 28 août 1519, par Etienne Bioleys, partisan du duc de Savoie.

C'est encore à notre regretté collègue, le Dr Léon Gautier, que nous devons la copie de ces textes, qu'il a poussée jusqu'à la date du 5 février 1520. Ses deux collaborateurs ont, d'abord séparément, puis de nouveau en commun, collationné sur les originaux la transcription et les épreuves. Les notes de ce tome VIII, y compris les Notes additionnelles, sont entièrement l'œuvre de M. Théophile Dufour : il y a utilisé de nombreux documents inédits, qui complètent ou rectifient sur plus d'un point les travaux de nos historiens nationaux. C'est à lui également qu'est dû le copieux errata qui intéresse les huit volumes parus. M. Émile Rivoire s'est chargé des index alphabétiques.

La deuxième décade du XVIe siècle a été pour Genève une des phases les plus critiques de son histoire. Le duc Charles convoite la souveraineté temporelle de l'évêque; la Ville est menacée de perdre ses franchises. Le procès de Pécolat, le supplice de Navis et de Blanchet, l'envahissement de la cité par l'armée savoyarde, l'assassinat de Philibert Berthelier, la prépondérance des « mamelus » dans les conseils, tout

semble annoncer une situation désespérée. Le Registre du Conseil donne sur cette période héroïque maints détails intéressants que les historiens ont dû négliger.

Un subside de l'État de Genève et une généreuse contribution de la Société auxiliaire des Sciences et des Arts ont rendu moins onéreux les frais d'impression de ce volume. La suite de cette publication est en bonne voie de préparation; la transcription du texte original est achevée jusqu'à l'année 1536, où le latin fait place au français et que les éditeurs se sont fixée comme limite. Notre désir serait d'en poursuivre sans retard l'achèvement, si nous pouvons trouver pour cela les ressources nécessaires.

Genève, mars 1922.

É. R.

MANUSCRITS

Registres du Conseil. VOLUME 18. — Il comprend un premier feuillet blanc, non chiffré, 194 feuillets chiffrés, mesurant environ 305 millimètres de hauteur sur 205 de largeur, et un dernier feuillet non chiffré, avec, au verso, sept lignes de notes du XVIe s., en français. Un cahier de 4 feuillets non chiffrés, ajouté plus tard, contient un index alphabétique écrit au XVIIe siècle.

VOLUME 19. — Il comprend un premier feuillet non chiffré portant la note reproduite ci-dessus, p. 199, n. 1, et 286 feuillets chiffrés mesurant environ 300 millimètres de hauteur sur 207 de largeur. Un cahier de 6 feuillets non chiffrés a été ajouté plus tard : le recto du premier contient quelques notes en français relatives au contenu du volume, et les cinq autres un index alphabétique, le tout écrit au XVIIe siècle.

Ces deux volumes sont écrits sur papier et ont reçu, au XIXe siècle, une reliure en parchemin plein.

ABRÉVIATIONS

R. C. = *Registres du Conseil de Genève.*
M. D. G. = *Mémoires et documents publiés par la Société d'histoire et d'archéologie de Genève.*
E. A. = *Amtliche Sammlung der ältern Eidgenössischen Abschiede.*
P. H. = (Archives d'Etat de Genève), série des *Pièces historiques.*
Tr. 3 = (Archives d'Etat de Genève), *Livres du trésorier*, nº 3; ce ms. (p. 199, n. 2) a reçu dernièrement une nouvelle cote : *Finances, M*, nº 13.

VOL. XVIII.

(1) Admodiacio alarum.

Anno Domini mº quingentesimo decimo quarto, indicione secunda cum eodem anno sumpta, et die Sabacti vigesima octava octobris, in claustro ecclesie Sancti Petri Gebenn., factis proclamacionibus debitis per carraphos civitatis, ut moris est, candela incensa et inde extincta et penitus consumpta, n. Petrus de Orseriis, Franciscus de Leamon, Roletus Nycolay et Stephanus Byollesii, sindici civitatis Gebenn., n. Petro Cornaz, presenti, tanquam plus offerenti, admodiant et in admodiacionem tradunt jus alarum civitati pertinens, cum dependenciis ejusdem, per unum annum integrum die crastina incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma ducentum et quaterviginti florenorum auri parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis etc. Promictentes ipse partes etc. Renunciantes etc. Actum Gebenn. in dicto claustro, presentibus ibidem n. Petro de Quarro, P. Levrerii, Anthonio Lyonardi et Michaele Lyonardi, vigille, testibus etc.

Montyon.

Anno, indicione, die, loco et presentibus quibus supra, memorati n. sindici admodiaverunt n. Petro Cornaz, presenti, etc., gribellum cum suis pertinenciis, per unum annum integrum, sub firma decem florenorum, solvendorum ut supra terminis assuetis etc. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc. Montyon.

Anno, indicione, die, loco et presentibus quibus supra, prescripti n. sindici admodiaverunt platheas subscriptas, primo :

Platheam Burgiforis, M. Machardi, presenti etc., precio triginta solidorum, solvendorum terminis assuetis in manibus receptoris civitatis Gebennarum etc.

Equidem, platheam Sancti Gervasii, Petro Vulliodi, vigilli, presenti, precio viginti solidorum, solvendorum, ut supra in manibus thesaurarii civitatis etc.

Equidem, platheam ante Dominam Nostram pontis Rodani, cum pertinenciis admodiari solitis, provido Petro Bertheracti, presenti etc., precio decem solidorum, ut supra solvendorum.

Platheam Fusterie, Hugonino Malliet, presenti etc., precio quinque florenorum parvi ponderis et trium solidorum monete, ut supra solvendorum, per unum annum hodie incohandum etc.

(2) *Die Martis ultima octobris.* — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Ro. Nycolay, Byollesii ; — Levrerii, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Lyonardi, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, C. Chicandi, Prepositi.

Visitetur excorcheria Longemale et, visitata per n. sindicos, eorum prius relacione audita, provideatur.

Fiat lictera missiva cum instructionibus dandis consindico Byollesii, ultra montes ire debenti, de hiis que parte civitatis habet explicare illu. et r. d. n. Gebenn. episcopo et principi.

Macellarii dicto consindico duplum suorum jurium habeant, si velint, dare, quo causam contra fiscum ducalem pro eisdem solicitet.

Missa celebranda diebus Jovis cujuslibet mensis ob commemoracionem omnium deffunctorum Dominica proxima celebretur.

Die Veneris 3ª novembris. — Sindici quatuor, in domo cure Magdalenes ; — P. Levrerii, Burdignyn, Jo. Balli, C. Chicandi, Richardet, Pichon, Bueti, Jo. du Soex, Vuarambert, Jo. Taconis, Lyonardi, Bertellier, M. Nergaz, Peyrolerii, P. Fernex, B. Genodi, Fusserii, Mara, H. Pollerii.

Visis et perlectis lictera missiva, equidem informacionibus contra Foresterii in castro Insule detentum sumptis, fuit conclusum quod hora prima post meridiem examinetur.

N. sindici protestantur contra Amedeum Magnaz de dampnis et interesse communitati et particularibus eveniendis deffectu reparacionis sue turne, et testimoniales, que decernuntur.

Uxor Johannis Clerici, cujus occasione plerumque in hac civitate magna oriuntur scandalla, capiatur et bampniatur, ut futuris obvietur et ceteris vitam lubricam sectantibus cedat in exemplum.

(3) *Die Martis vijª novembris.* — Sindici quatuor ; — P. Levrerii, P. Cornaz, C. Chicandi, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Pichon, Prepositi, Lyonardi, Borgali, B. Genodi, Roget, Bertellier, S. Praderii, H. Pollerii, M. Nergaz, Richardet, Bueti.

(Burgensis.) — Johannes filius Glaudii Cartier, de Verneyer, mercator, parrochie S. Gervasii, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Petrus filius Anthonii Clerici, de Contamina, excofferius, parrochie Madalenes, pro viij ff.

(Caucio.) — Honorabilis P. Cornaz cavet per egregium Petrum Levrerii, quem promictit servare indempnem, occasione admodiacionis alarum eidem Cornaz facte, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

Que exposita fuere per consindicum Ro. Nycolay exponantur in generali colloquio.

Intretur Millanoys vinum quod vehi fecit d. S. Victoris. De thesaurario, sumantur informaciones an solvere debeat introgium.

Quia constat avum paternum magistri Amedei fuisse burgensem, restituantur eidem pecunie exacte pro borgesia [1].

(Pecolat.) — De Pecolat petente terminum sibi dari graciosum ad solvendum pecunie summam communitati debitam, fuit conclusum quod solvat xxti florenos anno quolibet, usque ad complementum solucionis.

(Burgensis.) — Michael filius quondam Guichardi Bertheti, de Chissina, excofferius, parrochie S. Gervasii, pro viij ff.

Die Veneris xª novembris. — Sindici : Orsieres, Leamon, Ro. Nycolay, Pichon loco Byollesii ; — P. Levrerii, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Lyonardi, Borjaly, Bertellier, Vuarambert, H. Pollerii, Richardet, B. Genodi, Roget, Jo. du Soex, Prepositi, M. Nergaz.

[1] Ci-dessus, t. VII, p. 435.

De detento Aquebelle fuit conclusum quod examinetur et protestentur n. sindici contra castellanum Insule etc.

Proclametur quis ne presumat recusare vyennenses citra montes fabricatos.

De Pecolat, actenta ipsius infirmitate qua longo tempore detentus fuit et detinetur, ob quam compaciendum est, fuit conclusum quod solvat decem florenos quolibet anno, usque ad complementum solucionis pecuniarum per ipsum communitati debitarum, et de solvendo ydoneam teneatur prestare caucionem.

Ut veritas perscructetur de homicidiis ultro confessis per detentos in Insula[1], apud Lausanam et Morgiam destinetur consindicus Ro. Nycolay.

(4) *Die Sabbacti xj^a novembris.*

Admodiacio introgii bossetarum.

Anno Domini m^o quingentesimo decimo quarto, indicione secunda et die xj^a mensis novembris, in claustro Sancti Petri Gebenn., candela incensa et penitus consumpta, factis prius proclamacionibus solitis etc., n. Petrus de Orseriis, Franciscus de Leamon et Henricus Pichon, substitutus loco Byollesii, admodiaverunt sindicario nomine tocius communitatis et in admodiacionem tradiderunt honorabili Johanni Valleti, civi Gebennarum, presenti, tanquam plus offerenti etc., videlicet introgium bossetarum vini cum pertinenciis solitis, cum honore et onere etc.; et hoc per unum annum integrum die crastina incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma sexcentum et octuaginta quinque florenorum parvi ponderis solvendorum terminis assuetis etc. in manibus receptoris emolumentorum civitatis etc. Cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis; presentibus n. P. Levrerii, P. de Quarro, Colino Chicandi, Aymone Chambet, notario, et pluribus aliis in dicto claustro astantibus testibus etc.

Montyon.

[1] Le même jour, 10 novembre, Barthélemy De la Praz, de Lausanne, et Thomas Dunant, de Saint-Prex, accusés de vols, attaques sur les routes et meurtres, sont condamnés par les syndics à être décapités à Champel. (*Procès et informations,* Ire série, n° 177. — Arch. de Genève.)

Anno, indicione, loco, die, presentibus quibus supra, crida civitatis per eosdem n. sindicos admodiata extitit Jacobo Vyalis, presenti etc., tanquam plus offerenti etc., per spacium trium annorum, die crastina incohandorum et simili die finiendorum, sub firma cujuslibet anni quadraginta octo florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis etc. Cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis etc.

Montyon.

Die Dominica xij^a novembris, in claustro Sancti Petri Gebenn., ad sonum grosse campane, venda vini gitata extitit ut infra, existentibus in generali consilio :

Venerandis d. Philiberto de Bona et Ronserii, canonicis, necnon n. P. Orsieres et Leamon, sindicis civitatis; — M. Nergaz, de Fonte, Pichon, G. Prepositi, Navis, Lyonardi, P. Villiet, H. pictore, M. Milliaulx, G. Bastardi, Ja. Navillie, Jo. de Quarro, P. du Sougey, M. Chavanaz, C. Chicandi, La Tire, Mallieti, B. Sept, S. medicus, Jo. Bernardi, Servelli, Nanto, G. Genodi, N. Gentilis, M. de Pane, Ny. Leffry, G. Cohendet, Ny. Parti, Christinus Tombeti, P. Monachi, P. La Frasse, Jo. Fabri, Jo. du Soex, Jo. Mercerii, Frochet, Jo. de Croz, S. Reynaudi, M. Dorsiez, P. Perroctini, G. Vuarnaz, P. Novelli, P. Thuardi, P. Poterel, P. Betens, Jo. Corboz, L. de Monte, A. Chavanaz, P. Espaulaz, Ja. Cardinalis, Jo. Fontannaz, Cadodi, Megex.

Venda vini per supranominatos et plures alios gitata fuit ad v s. vj d.

(5) De facto molendinorum civitatis, equidem de pecuniis Jo. du Soex debitis et vyennensibus, consilio quinquaginario, juncto ordinario, remictitur, quo matura cum deliberacione fructuosa fiat provisio.

Die Martis xiiij^a novembris. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Pichon substitutus; — P. Levrerii, C. Chicandi, Lyonardi, Jo. du Soex, H. Pollerii, Prepositi, Fusserii, Borjaly, Bueti, Vuarambert, Roget, Richardet, B. Genodi, Bertellier.

(Burgensis.) — Thomas filius quondam Moneti Branchet, pellipparius, parrochie D. Nostre Nove, burgensis pro viij ff.

De crida, fuit conclusum quod detur eidem, videlicet vj ff. iiij gr., quia servivit in officio tube durantibus tribus annis et se obtulit servire civitati tempore futuro.

Quia uxor n. et potentis domini Grangie huc de proximo ventura est, ideo vinum album et claretum detur.

Consilium quinquaginarium ad Veneris evocetur, et, de licteris n. sindicis et communitati transmissis, fiat sermo pro responsione fienda.

Die Veneris xvij^a novembris. — Sindici : P. Orsieres, F. de Leamon, Ro. Nycolay, Pichon substitutus ; — Levrerii, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Richardet, Bertellier, H. Pollerii, Roget, M. Nergaz, Prepositi, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, B. Genodi, P. Tacon, Ducis.

Audita querimonia per inhabitantes in burgo Sancti Leodegarii hodie facta, occasione aque burgum ipsum et domos signanter tempore pluvioso devastantis, fuit conclusum quod, expertorum dictamine et consilio, divertatur aqua et remedia adhibeantur opportuna, sumptibus pro medietate communitatis et pro alia illorum de eodem burgo et moram in eodem trahencium.

Mandatur thesaurario quod solvat Ludovyco Darbey sommam in rotulo descriptam.

Fiat mandatum receptori quod solvat Jo. du Soex sommam in rotulo per Ro. Nycolay signato.

Equidem, mandatum Moneto Bessonet de somma in rotulo descripta[1].

Sumantur informaciones contra magistrum Mandrillionis, et, sumptis, provideatur.

(6) *Die Martis xxj^a novembris.* — Sindici : P. Orsieres, Ro. Nycolay, Leamon, substitutus Pichon ; — P. Bertellerii, P. Peyrolier, Fusserii, Jo. du Soex, M. Nergaz, Jo. Taconis, Prepositi, Lyonardi, P. Cornaz, Richardet, B. Genodi, Roget, H. Pollerii, Vuarambert, Ducis.

De molendinis illu. et r. d. nostri Gebenn. episcopi et principis et responsione eidem fienda, fuit conclusum quod supersedeatur usque ad adventum consindici Byollesii.

[1] Pour ces trois mandats et quelques-uns de ceux qui suivront jusqu'au 1er février 1515, voy. le compte (du 5 février 1514 au 4 février 1515) de Louis de Lestelley, receveur général. (Arch. de Genève, *Comptes de la Communauté,* n° 16, fol. 26 et 27.)

Equidem de domino Carolo Magni, qui, instante domino procuratore fiscali, molestatur occasione canoneriarum constructarum retro domum ipsius, usque ad dictum adventum.

Quia plathea S. Gervasii extitit impedita ob fustam d. episcopi, ideo solidi sex olim admodiatori dentur.

De crida moderno vocato Vyalis sermone facto, fuit conclusum quod tractetur appunctuamentum, et, si ipse Vyalis velit remictere cridam Johanni Rubey, olim cride, detur eidem scutus auri cugni regis ad solem parte civitatis, quem solvat thesaurarius. Idque appunctuamentum modo prescripto tractatu gracioso n. consindici Leamon suum sortitum est effectum.

Die Veneris xxiiij^a novembris. — Sindici : P. Orsieres, Ro. Nycolay, Pichon substitutus et Leamon ; — P. Levrerii, P. Fernex, Burdignyn, C. Chicandi, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Borjaly, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Lyonardi, Bertellier.

Andree Chabodi, presenti, per dictos n. sindicos admodiata extitit plathea contigua porte S. Anthonii, per unum annum hodie incohandum, sub firma unius floreni solvendi terminis assuetis, presentibus quibus supra.

Inter magistrum Mandrillionis et parentes illius pueri fracti, ut asseritur, occasione verberis, audita relacione per n. sindicos facta, fuit conclusum quod n. sindici faciant appunctuamentum ad eorum discrecionem.

Honorabilis Henricus Pichon, substitutus loco consindici Byollesii, de introgio vini quod vehi fecit ad hanc civitatem nichil solvat, substitucione hujusmodi durante.

Differencia existens inter dominas S. Clare et Glaudium Bouloz, ad causam luyserii facti per eundem Boulo respicientis ortum ipsarum dominarum, appunctuetur per eosdem n. sindicos, sic quod luyserium ipsis dominabus non prejudicet, nec in dies habeant causam querele.

Forrerio de Ulmo florenus unus detur, pro pena novissimi adventus d. ducis, cum xv denariis.

(7) Admodiacio cride communis.

Anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto, indicione secunda cum eodem anno sumpta, et die prescripta vigesima quarta

novembris, n. sindici P. de Orseriis, Franciscus de Leamon et Roletus Nycolay, sindici dicte civitatis, admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt honesto viro Johanni Rubey, chappellerio, presenti, videlicet cridam communem, per tres annos proximos incohatos die duodecima hujus novembris, cum pertinenciis ejusdem, sub firma cujuslibet anni quadraginta unius florenorum auri parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis. Ad cujus preces et requisicionem se dant et constituunt fidejussores et principales, quilibet ipsorum principaliter et insolidum, videlicet Stephanus Volandi, chappellerius, et Jacobus Bronje, serrallionus, burgenses dicte civitatis, qui et ipsorum qui[li]bet promiserunt in forma. Cum renunciacionibus et clausulis opportunis. Renunciantes juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem. Et ipse Jo. Rubei eosdem fidejussores et ipsorum quemlibet promisit ab hujusmodi fidejussione servare indempnes etc. Actum Gebennis, in Domo communi, presentibus n. Guillielmo Roget et Petro de Fernex, et pluribus aliis consiliariis in consilio hodie celebrato existentibus, testibus, etc. Montyon.

Martis xxviij^a novembris. — Sindici quatuor; — P. Levrerii, Bueti, Jo. du Soex, Fusserii, Pichon, Prepositi, Borjaly, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Burdignyn, Roget, Lyonardi, Tacon.

Duo marcha ferri pro civitatis molendinis Johanni du Soex detur.

Venundentur fassine xiiij solidos, habita consilii episcopalis oppinione.

N. Johannes Ludovycus de Versonnex, pro introgio vini quod vehi fecit ad hanc civitatem, cum sit suis super vineis excretum, nichil solvat pro nunc.

Appunctuamentum inter magistrum Mandrillionis et parentes ipsius pueri fiat. Cui Prepositi abbas, Burdignyn et Richardet vacare debeant.

Forrerio civitatis florenus unus detur, pro pena habita in adventu domini.

De illu. et reverendissimo d. nostro Gebenn. episcopo et principe et licteris destinatis, auditis equidem que exposuit consindicus Byollesii, concluditur loqui debere consilio episcopali.

(8) *Die Veneris prima decembris.* — Sindici quatuor; — Levrerii, Pichon, Bueti, C. Chicandi, Jo. du Soex, Roget, Vuarambert, Bertel-

lier, Burdignyn, Richardet, Jo. Taconis, B. Genodi, Fusserii, Prepositi, d. Chivallerii, Lyonardi.

Vendatur vinum de Subtus Mons ad viij d. et Choutagnye ad xij d.

De serralliono et aliis, nocte preterita detentis et captis in Domo communi, justicia ministretur.

Peritorum cum consilio feratur sentencia detenti in Insula.

De molendinis illu. et r. d. nostri Gebenn. episcopi et principis, loquantur nobiles sindici consilio episcopali.

Conclusione de forrerio de Ulmo facta non obstante, floreni duo persolvantur per civitatis thesaurarium pro ultimo adventu d. ducis.

Die Martis v^a decembris. — Sindici quatuor; — P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Prepositi, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi, M. Nergaz, P. Taconis.

Sumantur informaciones contra Moury et conquerantur r. d. vicario.

Johannes Valleti, firmarius bossetarum, singulis diebus Martis pecunias per eundem exactas occasione dictarum bossetarum ad consilium ordinarium, dictis diebus celebrandum, apportare teneatur, et illas civitatis thesaurario dare. Et quia dictus Valleti, ut proposuit, exactam fecit diligenciam de reperiendo fidejussores et nullos reperire potuit, se obtulit de perda, si, quod Deus advertat, evenire contingat, civitati satisfacere velle, ut equitati congruit, fuit conclusum quod ipse, suo anno durante, exigat et faciat prout supra.

Per olim Curti et Pecolat vini gabelle exactores compellatur dominus Coudree ad solvendum gabellam vini, et inde n. sindici assumant onus deffensionis cause.

Audita relacione per h. Michaelem Nergaz et consindicum Ro. Nycolay facta, ad causam servitoris quem thesaurarius pro negociis civitatis tenuit, ut apparet per fidedignos, fuit conclusum quod conclusio de somma xl ff. facta suo inesse maneat, et fiat mandatum.

(9) *Die Veneris viij^a decembris.* — Sindici: P. Orsieres, Leamon, Byollesii; — C. Chicandi, Jo. Bueti, Fusserii, Pichon, Vuarambert, Richardet, Prepositi, B. Genodi, Jo. du Soex, P. Fernex, Roget, (Pichon,) Burdignyn.

Consindico Byollesii, de duobus diebus cum dimidio quibus permansit Thaurini pro negociis civitatis, fiat satisfacio.

Predicatori conventus Sancti Francisci impresenciarum predicanti floreni quinque dentur.

Loquantur n. sindici m. d. Vyriaci ut fenestras in meniis civitatis constructas ferro muniri faciat, ne, deffectu ferrature, civitas cogatur subire detrimentum.

Ematur artillieria que quondam fuit r. d. de Peneyrol, prioris Sancti Victoris, per expertos prius taxata et ponderata [1].

De facto thesaurarii, ad Martis fiat discussio.

Die Sabacti nona decembris, consilium quinquaginarium extitit celebratum et fuere presentes : n. P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — P. Levrerii, Burdignyn, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Peyrolerii, Jo. Taconis, Jo. du Soex, Pichon, Lyonardi, Borjaly, d'Aqua Nygra, de Ulmo, S. Bonivaux, C. Roge, Fusserii, Jo. de Poste, L. Rogis, A. Gervex, Jo. Nycodi, Vuarambert, Richardet, Bertellier, Ny. Gentilis, Jo. Bernardi, Bessonet, A. Amyaulx, A. patisserius, Lullini, P. expinguerius, F. barbitonsor, Jo. Frojon, Donzelli, Jo. Fabri, Bochuti, S. borserius, Ja. Nepotis, G. Carraz, A. Peyrollier, A. Reynaud.

Faces duodecim de duabus libris pro sepellimento r. d. S. Victoris detur. Cujus corpus defferendum apud Paernaz n. sindici associare debeant, civitatis limites non exeundo.

(10) De quatuor peciis artillierie que fuere quondam r. d. abbatis de Peneyrol, ut fertur, religiosis prioratus Sancti Victoris legatis, pro campanis fiendis et construendis, in quorum supra presencia, facto sermone, an civitas pro deffensione et thuycione ejusdem emere debeat eandem artillieriam, et super hiis votis astancium prius auditis, conclusio facta fuit quod ponderetur et taxetur eadem artillieria, et, ipsa prius taxata per probos et expertos, retineatur et ematur precio taxato. Et inde metallum, civitatis parte, aptum et validum pro cimbalis fiendis et con-

[1] Jean-Amé Bonivard, abbé de Pignerol et de Payerne, prieur de Saint-Victor, était mort la veille, 7 décembre 1514. Sur ses canons, dont il sera souvent question, voir Bonivard, *Chroniques,* édition citée, t. II, p. 24, et J.-J. Chaponnière, *Notice sur François Bonivard,* M. D. G., t. IV, Ire partie, p. 148-151.

struendis, ematur, ipsis religiosis tradendum et expediendum, ad racionem taxe fiende. Et, constructis ipsis cimbalis, in recompensam horum facture, quoniam pro metallo rupto dicti religiosi venundare sunt contenti, civitatis obsequia facere peroptantes, ne hoc ideo communitas ingratitudinis vicio censeatur esse fedata, ad campanile sumptibus ejusdem civitatis alcientur in loco statuendo reponenda, baptitoriaque cimbalis apta civitas dare et ministrare teneatur, equidem jugum ferro munire expertorum dictamine.

Vigilles quatuor ebdomadarii, cum portitore consilii, aliorum more fuere soluti.

Die Martis xija decembris. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Pichon, Lyonardi, Borjaly, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Fusserii, M. Nergaz, Roget, Prepositi.

(Burgensis.) — Rolandus filius quondam Moneti Reymondi, de Grisini, mercerius, parrochie S. Gervasii, burgensis pro viij ff.

Ematur artillieria que fuit quondam domini Sancti Victoris, et se obliget thesaurarius, quem n. sindici et consilium promictent servare indempnem, et detur metallum, ut conclusum fuit.

De Johanne Nycodi, loquantur n. sindici r. d. vicario.

Quia consilium non est completum, de facto thesaurarii nichil fuit conclusum, ideo ad primum remictitur discussiendum.

(11) *Die Veneris xva decembris.* — Sindici : Leamon, Nergaz loco n. P. Orsieres; — P. Fernex, n. H. de Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Pichon, Prepositi, Lyonardi, Borjaly, B. Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, L. Regis, Roget, Jo. du Soex.

Visitetur locus de quo conqueruntur coriorum affectatores per n. sindicos, et inde fiat relacio.

(Burgensis.) — Ludovycus filius quondam Glaudii de Putheo, de Dogveno, auriga, parrochie Magdalenes, burgensis effectus pro viij ff.

De artillieria, fuit conclusum quod, habitis neccessariis, experiatur, et interim infra turrim reponatur tute custodienda.

Die Martis xixa decembris. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Byollesii; — P. Fernex, P. Montyon, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex,

Prepositi, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, B. Genodi, Bertellier, Pichon, Richardet, Roget, Levrerii, m. Ro. Alleodi, A. Gervex.

(Burgensis.) — Honestus vir Glaudius filius quondam Glaudii Pensabini, de Ruppe, mercerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro et mediantibus x ff.

Fiat mandatum vigillibus de somma lxiij ff., unicuique quatuor cum dimidio, pro termino festi nativitatis Domini, ut moris est.

Conclusione de facto thesaurarii facta non obstante, de somma xl ff. pro clerico etc., concluditur nunc quod eidem intrentur l floreni parvi ponderis, pro stipendiis et expensis ejusdem clerici etc.; et fiat mandatum computorum auditoribus.

Viso rotulo per n. Gruet, magistrum monetarum, exhibito occasione monetarum, fuit conclusum quod eidem graciosa fiat responsio, et facere prout in eodem tocius reipublice minimum dampnum censetur esse.

(H. Pichon.) — Honorabilis Pichon, loco consindici Ro. Nycolay, faciat parcellas, et faciendi impartitur licencia.

(12) *Die Veneris xxij^a decembris.* — Sindici : P. Orsieres, Leamon ; — C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Prepositi, Pichon, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi, Levrerii, Burdignyn, Richardet.

Pro sepellimento quondam Ro. Nycolay, consindici, dentur sex faces de duabus libris cum dimidia, pro honore civitatis.

De pena et labore sumptis per Millanoys in piscium, ut asserit, visitacione, fuit conclusum quod videatur registrum, quo dies constitucionis sibi facte comperiatur.

De Rozeti in domo episcopali detento sermone facto, fuit conclusum quod solvat mercatori cui est obnoxius, aut fidejubeat, suadente justicia.

De Pecolat, nichil fuit conclusum.

Die Martis xxvj^a decembris, non fuit consilium celebratum ob festum Sancti Stephani.

Die Veneris xxix^a decembris. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, S. Byollesii ; — P. Levrerii, B. Genodi, Jo. du Soex, Borjaly, Prepositi, Pichon, Lyonardi, Vuarambert, Richardet, C. Chicandi, Bueti, Bertellier, Fusserii, Roget.

De cridis et exequucione earundem, loquantur nobiles sindici r. d. P. Grueti, vicario episcopatus.

De querela per hospitallerium hospitalis pestifferi facta, fuit conclusum quod sumantur informaciones.

Detur una vestis magistro Berthodi, carpentatori, usque ad sommam undecim aut duodecim florenorum parvi ponderis, livria civitatis vigillium more, ultra stipendia sua, occasione edifficacionis molendinorum civitatis.

(13) *(Burgensis.)* — Johannes filius quondam Johannis Bertheti, de Valleyrie, carpentator, burgensis effectus pro viij ff., parrochie S. Germani.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Hugonini Comitis, de Sancto Mauricio supra Bellam Rippam, burgensis effectus pro viij ff., parrochie Magdalenes, lathomus.

(Burgensis.) — Amedeus filius quondam Donati Pingonis, de Sancto Felice in Albanesio, tissoctus, parrochie Sancti Victoris, burgensis effectus pro viij ff.

(Burgensis.) — Ludovycus filius quondam Johannis Suchardi, barbitonsor, de Compesyeres, parrochie Sancte Crucis, burgensis effectus pro viij ff.

De facto presbiterorum ecclesie parrochialis Magdalenes minancium personam hospitalerii hospitalis pestifferi male tractare, fuit conclusum quod conqueratur consilio episcopali.

ANNI MUTACIO
IN ANNUM MILLESIMUM QUINGENTESIMUM DECIMUM QUINTUM.

Die Martis 2^a januarii. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — H. Pichon, Vuarambert, C. Chicandi, Fusserii, Prepositi, Bertellier, Roget, Bueti, Jo. du Soex, Richardet, B. Genodi, Jo. Taconis, Lyonardi.

(Burgensis.) — Egregius Matheus filius quondam Petri Carrerii, de Confignion, notarius, burgensis pro x ff.

(Burgensis.) — Michael filius quondam Rodulphi de Canali, de Megeva, auriga, parrochie S. Gervasii, pro viij ff.

(Burgensis.) — Petrus filius Johannis Brigandi, de Vyeu in Salacio, tissoctus, parrochie Magdalenes, burgensis, pro viij ff.

(Burgensis.) — Ludovycus filius quondam Glaudii Paquiez, de Burno, tissoctus, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Ludovycus filius quondam Johannis Pictet, tissoctus, de Neydens ultra Arerem, parrochie Magdalenes, pro viij ff.

(Burgensis.) — Henricus filius quondam Nycodi de Clauso, tissoctus, de Vuachio, parrochie Magdalenes, pro viij ff.

(Burgensis.) — Ludovycus filius quondam Jacobi Boverii, de Foucigniaco, mercerius, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ft.

(14) *Die Veneris v^a^ januarii.* — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Prepositi, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Bertellier.

(Burgensis.) — Egregius vir Guilliermus filius quondam Glaudii Pensabini, de Ruppe, parrochie Sancti Germani, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Monetus filius quondam Henrici Trotellini, de S. Johanne Gonvilliarum, tissoctus, parrochie Sancti Victoris, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Glaudii Puthodi, de Parvo Bornando, tornerius, parrochie S. Victoris, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Johannis Vouterii, de Juria prope Chanciacum, carpentator, parrochie S. Leodegarii, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Jacobus filius quondam Martini Meczerii, de Rignier, lathomus, parrochie S. Crucis, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Nycodi de Comba, de Leluyset, charrerius, parrochie S. Crucis, burgensis pro viij ff.

De molendinis reveren. domini episcopi, loquatur domino sigillifero ut solvat reparaciones et faciat admodiacionem, ne se intromictant sindici.

Visitetur curtile Nycodi Rupphi prope molendina et eidem fiat satisfacio ordinacione proborum.

Retrahantur buchillie et fusta veteres, et plus offerenti vendatur.

De latrinis Fusterie ventorum rabie in terram prostratis sermone facto, fuit conclusum ad Martis proximam remicti debere.

Unicuique vigillum unum part de gardebras fuit expeditum.

(15) *Die Martis ix^a^ januarii.* — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — P. Levrerii, Jo. Mara, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, Prepositi, Jo. du Soex, M. Nergaz, Pichon, B. Genodi, Borjaly, Vuarambert, Richardet, Lyonardi, Bertellier.

(Burgensis). — Petrus filius quondam Petri Theyserat, de Vyeu in Salacio, carpentator, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

(D. S. Clare.) — Dominabus Sancte Clare dentur floreni duo, pro satisfaciendo carpentatores qui construccerunt luyserium, de quo orta est questio inter easdem et Boulo.

De Pecolat, videatur testamentum per quondam Ro. Nycolay condictum.

Quia errores veniunt corrigendi, ideo refficiatur parcella per Lespa exhibita.

(Buchillie.) — A modo in antea, buchillie per carpentatores facte et fiende in operibus communi pertinentibus remaneant civitati, dictis et propositis per operarios civitatis modernos non obstantibus.

Visitetur locus in quo collobrinarii peroptant ludum edifficare et construi facere.

Die Veneris xij^a^ januarii. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — P. Levrerii, Burdignyn, Bueti, Peyrolerii, Jo. Taconis, Fusserii, P. Fernex, Prepositi, C. Chicandi, B. Genodi, (Peyrolerii,) Jo. du Soex, Bertellier, Richardet, Borjaly, Pichon, Lyonardi, Roget.

(Burgensis.) — Glaudius filius quondam Glaudii Dognyon, du Byot, condurerius, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Georgius filius quondam Petri Chavet, de Tornon supra Monmillian, tissoctus, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Magister Petrus filius quondam Thome Chatel, de Bonatret, bolongerius illu. d. Sabaudie ducis, parrochie S. Leodegarii, burgensis pro x ff.

Fiat locus collobrinariorum in loco per eosdem petito, citra cujus-

cunque prejudicium, et construi faciendi h. Phi. Bertellier impartitur omnimoda facultas.

Omnes vinum vendentes qui cridarum limites excedere non eruberunt vadientur et pignorentur, et cride serventur illese.

(Juramentum prestitum per r. d. de Arlo.) — Reverendus d. Ludovycus de Arlo, procurator fiscalis, promisit et juravit civitatis franchesias servare illesas, suorum predecessorum more, presentibus n. Ludovyco de Lestelley, H. Pichon, et egregio P. Navis.

(16) *Die Martis xvj^a januarii.* — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — Levrerii, P. Taconis, Burdignyn, C. Chicandi, Pichon, Prepositi, Lyonardi, Borjaly, Fusserii, Jo. Taconis, Jo. du Soex, Richardet, Jo. Mara, Roget, Bertellier, Vuarambert, B. Genodi.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Mermeti Valleti, de Vignie in terra Langini, carpentator, parrochie S. Crucis, pro viij ff.

(Burgensis.) — Glaudius filius quondam Petri Jaquemoz, laborator, de Villiez le Boveret, parrochie Sancti Victoris, burgensis pro viij ff.

(Intrentur.) — Intrentur thesaurario contenta in rotulo signato per Pichon. — *(Levatum.)*

Solvat Milliaulx, pro vino per ipsum vendito, pro penis spretis, videlicet xviij gr.

Spectabilis d. Grossi introgium vini solvat.

Anthonyo Millanoys persolvantur xxx solidi pro uno anno, occasione visitacionis piscium.

Evocetur consilium quinquaginarium ad diem crastinam, an artillieria illu. d. duci veniat remictenda.

De lathomis sermone facto, concluditur quod magister pro qualibet jornata solidos tres cum dimidio et servitores singuli tres tantum percipiant.

Consilium quinquaginarium. Die Mercuri xvij^a januarii. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — P. Levrerii, M. Nergaz, Bueti, Richardet, de Ulino, Bertellier, Jo. Valleti, Jo. Nepotis, Lambert, Bacho, Magistri, A. Gervex, Burdignyn, Bessonet, de Poste, Jo. Fabri, P. Taconis, Prepositi, Cadodi, Borjaly, Chambet, N. Gentilis, Jo. Balli, G. Philippi, Grassie, Jo. Nycodi, G. Genodi, B. Genodi, Peyrolerii, Lyonardi, Megerandi, Serventis, L. Bec, Amyaux, Pichon, Porralis, La Tire, Chabodi, P. Poterel, de Pi[leo] Rubeo, Vuarambert, A. patisserius, P. Joly, Ja. Belli, P. Piscatoris, Poujalis, A. Reynaud, A. Chabodi, de Aqua Nygra, P. Fernex, Jo. Lullini, C. Chicandi, G. Curti, Jo. Taconis, A. Millanoys, D. Dadaz, S. Arnaudi, Mara, (Peyrolerii).

Visis licteris illu. d. Sabaudie ducis n. sindicis et communitati transmissis, quarum vigore mandat artillieriam que quondam fuit r. d. abbatis de Pyneyrol in manibus vicedompni remicti, fuit conclusum quod eidem rescribatur ut, pro municione signanter burgi Sancti Gervasii, dimictere dignetur.

Suprascriptis in consilio existentibus, supervenit Besanzonus filius quondam Conrardi Hugonis, pluribus ex civibus et burgensibus civitatis associatus, qui exposuit ad eorum aures pervenisse (17) illu. d. Sabaudie ducem licteras missivas destinasse n. sindicis et toti communitati, pro habendo artillieriam per quondam d. de Pynerol religiosis Sancti Victoris suo in ultimo testamento donatam et legatam, et inde per eosdem religiosos civitati venditam. Et quia civitas eadem sommopere indiget, exorant ne vicedompno et in ipsius manibus remictatur, non consenciendo remissioni, si que fiat, nisi in generali colloquio fiat conclusio ; quoniam, si secus fiat, non pacientur vicedompno remicti. Et hiis expositis, tenore licterarum prius audito, consilium absentarunt, suprascriptis in eodem existentibus et remanentibus.

Rescribatur equidem illu. et r. d. Gebenn. episcopo ut apud illu. d. Sabaudie ducem fondere velit preces, quo artillieria, de qua supra, in civitate maneat pro burgi Sancti Gervasii, ut preest, fortifficacione.

De collobrinariis locum dare petentibus pro exercitacione ludere volencium collobrina, fuit conclusum hanc materiam consilio ordinario remicti debere, cui providendi impertitur licencia.

Nota quod quatuor vigilles ebdomadarii, cum janytore domus seu aule consilii, aliorum more fuere soluti.

Die Veneris xix^a januarii. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, M. Nergaz, Pichon, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Roget, Jo. Taconis, P. Taconis, Bertellier, s. d. Chivallerii.

(Abre iiij ff.) — Viso rotulo per magistrum Abre Ros exhibito, fuit conclusum quod, pro rebus in eodem descriptis, floreni quatuor dentur.

(Mandatum.) — Mandatur thesaurario quod solvat Anthonio Millanoys, videlicet quinque florenos pro piscium visitacione temporis preteriti. — *(Levatum.)*

Egregio Ruphi restituatur borgesia sua, habita lictera de qua per hospitalerium Jo. du Soex sermo factus extitit.

Loquantur n. sindici s. d. Grossi, ne contra civitatem litigare presumat occasione introgii vini, a quo non est exemptus.

(Burgensis.) — Jacobus filius quondam Jaquemeti Paccocti, de Verneye, carpentator, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

(18) *(Burgensis.)* — Honnorabilis vir Johannes filius quondam Glaudii Vuarrerii, de Neydens, parrochie Magdalenes, drapperius, burgensis pro x ff.

(Burgensis.) — Honestus vir Johannes filius quondam Petri Poncet, de Moures, mercator, parrochie Sancte Crucis, burgensis pro ix ff.

(Burgensis.) — Franciscus filius quondam Ludovyci Brot, de Thono, excofferius, parrochie Magdalenes, burgensis pro et mediantibus viij ff.

Die Martis xxiij^a januarii. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — P. Levrerii, Burdignyn, C. Chicandi, Vuarambert, Richardet, Roget, Bueti, Prepositi, Jo. du Soex hospitallerius, B. Genodi, M. Nergaz, Pichon, Borjaly, Jo. Taconis, Fusserii, Lyonardi, P. Taconis.

Nobilis de Syonzier efficiatur burgensis, alias vinum per ipsum venditum confiscetur, ad formam civitatis franchesiarum.

Die Veneris xxvj^a januarii. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — Bertellier, Burdignyn, Roget, P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Borjaly, Pichon, Lyonardi, Vuarambert, Fusserii, Richardet, Jo. du Soex, M. Nergaz, B. Genodi, Prepositi.

(Burgensis.) — Stephanus filius quondam Petri Frachardi, de Thoyrie in terra Gay, affanator, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro et mediantibus viij ff.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Anthonyo Millanesii de somma quatuor florenorum cum dimidio, pro vino quod vehi fecit r. d. Sancti

Victoris, et adjungantur cum quinque florenis pro piscium visitacione etc. — *(Levatum.)*

Intrentur Anthonio Pecolat quinquaginta solidi, pro vino vendito per r. d. preceptorem Berni[1].

Audita requisicione per n. consindicum Dorsieres consilio facta, racioni consona, fuit conclusum quod n. sindici exorare habeant d. de cappitulo ecclesie Sancti Petri Gebenn. quatenus, prima prebenda vacante, eligere et postulare, n. sindicorum et tocius communitatis contemplacione, dignentur in canonicum filium dicti n. P. de Orseriis.

De artillieria et illius ponderantibus, fuit conclusum supersederi debere usque ad Martis proximam.

(19) *Die Martis penultima januarii.* — Sindici: P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — P. Levrerii, C. Chicandi, Burdignyn, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Nergaz, Pichon, Prepositi, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Humberti Fassoret, de Bardonex, cutellerius, parrochie S. Gervasii, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Petrus filius Petri de Villa, de Choulex, condurerius, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Johannes filius Glaudii Collonex, de Sancto Mauricio Albiaci, tissoctus, parrochie Sancti Leodegarii, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Honorabilis vir Franciscus filius honorabilis viri Georgii Testuti, de Leluyset, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

Abbas civitatis solvat introgium vini, aliorum burgensium more, alio non edocto.

Vigil efficiatur burgensis et tractetur graciose.

(D. S. Victoris.) — De domino Sancti Victoris, fuit conclusum quod, pro nunc, nichil solvat de vini introgio suis in vineis non excreti, et de vino excreto est exemptus ab hujusmodi introgio.

Pro carterono ypocratis, solvat appothecarius j f. thesaurario.

[1] François Mallet, « praeceptor praeceptoriae Bernae » (cf. ci-dessus, t.VII, p. 293), était curé d'Anières et de Corsier en avril 1518. *(Visite épiscopale de 1516-1518,* fol. 387 v° et 388. Arch. de Genève.)

Consilium quinquaginarium. Die Jovis prima februarii, loco Veneris ob festum Purifficacionis Marie. — Sindici in Domo communi: n. P. Orsieres, Leamon, Byollesii ; — M. Nergaz, Richardet, Ruchi, Navis, de Ulmo, Ja. Nepotis, Pichon, Ja. basterius, de Fonte, Chambet, Magistri, Grassie, de Ponte, Bueti, Chabodi, F. barbitonsor, P. Rosset, Megerandi, Cartellier, A. Gervex, G. Genodi, P. Taconis, Bachodi, de Poste, Jo. Valleti, C. Chicandi, Bertellier, Ly. Boytet, Jo. Fabri, Burdignyn, Megex, Bessonet, Amyaulx, P. Fernex, Danelli, Jo. Nycodi, Poujalis, H. pictor, P. Peyrolié, Jo. Bernardi, Bochuti, B. Genodi, Prepositi, Lyonardi, Fusserii, P. patisserius, P. Poterel, de Aqua Nygra, de Pilleo Rubeo, P. de Bosco, G. Curti, Cadodi, P. expinguerius, P. Levrerii, Jo. Mara, L. Bec, Jo. du Soex, Leta, Ja. Frojon, La Tire, S. Arnaudi, Lullini, A. peyrolerius.

Consilium suprascriptum extitit celebratum signanter pro sindicorum electione, et, vocibus emissis, electi fuerunt ut in rotulo.

Fiat mandatum appothecario de somma in rotulo per Pichon signato.

(20) *(Mandatum.)* — Mandatur thesaurario quod solvat egregio Lyonardi, procuratori civitatis, pro suis stipendiis anni lapsi, videlicet x ff. parvi ponderis. — *(Levatum.)*

Precipitur thesaurario ut licteram borgesie egregio Ruphi restituat. *(Intrentur.)* — Intrentur thesaurario contenta in rotulo per Pichon signato et carculato.

(Lo. Montyon.) — Solvat thesaurarius Ludovyco Montyonis xxxij solidos pro instrumento vendicionis domus Fusseriorum.

Ebdomadarii quatuor, cum janitore consilii, fuerunt soluti.

Admodiacio molendinorum
noviter communitatis parte edifficatorum.

(Habet duplum Jo. du Soex.) — Anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto, indicione tercia cum eodem anno sumpta, et die prima mensis februarii, in mis notarii et testium subscriptorum presencia etc., constituti personaliter nobiles Petrus de Orseriis, Franciscus de Leamon et Stephanus Byollesii, sindici et procuratores civitatis Gebenn., qui, gratis et sponte, sindicario nomine tocius communitatis, de voluntate, scitu et consensu omnium suprascriptorum ibidem astancium et generale colloquium representancium, admodiant et in

admodiacionem tradunt honorabili viro Johanni du Soex, presenti etc., videlicet molendina parte civitatis noviter edifficata, et eidem communitati Gebenn. spectancia et pertinencia, per eundem tenenda et possidenda, donec et quousque eidem integra fuerit facta solucio et satisfacio de somma decem octo centum et decem septem florenorum auri parvi ponderis, octo grossorum et novem denariorum, pro edifficacione et constructione dictorum molendinorum exbursatorum, communitati mutuo concessorum, et in quibus eidem Johanni eadem communitas tenetur, prout per sua computa, memoratis n. sindicis, consilio ordinario et suprascriptis inibi astantibus per eundem exhibita, et per computorum auditores visa et, ut decet, carculata, in calce illorum signata[1], inthuentibus perspicue poterit apparere, ad que, si opus sit, habeatur relacio. Sub condicione tamen, quod ipse Johannes du Soex de dictis molendinis anno quolibet solvat et solvere teneatur, in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis, viginti quinque florenos parvi ponderis, illaque debite manutenere, et censam seu annuale tributum illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo debitum solvere; equidem, pro qualibet cupa frumenti, ab omnibus grana seu blada in dictis molendinis molentibus, quinque libras tantum et non ultra exhigere et recuperare deinceps teneatur. Et quod, quamprimum de prescriptis pecuniis eidem, causa qua supra et ut prefertur debitis, foret integre satisfactum, eadem in manibus n. sindicorum dicte civitatis, sine quacumque difficultate, remictere, tradere et relaxare teneatur. Cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis in talibus opportunis, que hic pro expressis habeantur. Actum Gebenn., in Domo communi et in aula in qua consilium celebrari solet, presentibus ibidem n. P. Levrerii et Michaele Nergaz, testibus etc.

Montyon.

Intrentur thesaurario contenta in rotulo per Pichon signato, de somma ix c lviij ff., iij s., iiij d., prima februarii.

(21) *Die Dominica quarta februarii,* in claustro Sancti Petri Gebennarum, ad sonum grosse campane, generale colloquium extitit celebratum et interfuerunt subscripti et plures alii, tam cives quam burgenses ejusdem civitatis :

[1] Arch. de Genève, P. H., nº 897.

Et primo: n. P. de Orseriis, F. de Leamon, et Stephanus Byollesii, consindici civitatis; — necnon n. et honorabiles P. Levrerii, A. Lyonardi, H. de Burdignyno, H. Emonyni alias Pichon, de Ulmo, Amyaulx, Jo. Nycodi, G. Genodi, Guigo Prepositi, F. Cartellier, Jo. Bernardi, S. Arnaudi, Jo. Boconis, S. Girardi, G. Perrini, Jo. Bocardi, P. Fabri, L. Daguyni, Ny. Mistralis, P. Vindret, M. Quynirii, Ja. Machardi, Jo. Grossi, G. Canalis, Ny. Vuyfri, P. Valleti, G. Molet, G. Megex, Grassi, P. Joly, A. Chabodi, A. Medici, L. de Lestelley, de Pyleo Rubeo, Jo. Taconis, Ja. Matellini, de Fonte, P. Bertherardi, M. Spade, Jo. Fabri, Ny. Gentilis, P. Pellis, P. Fornerii, P. Poterel, H. de Nanto, Jo. Excofferii, H. pictor, Ja. Frojon, P. Mermeti, Julliardi, Lu. Plonjon, Jo. Gerbet, F. Destra, P. Chousardi, P. Constant, Troctier, P. Papaz, Ja. Cardinalis, Ja. Carrelli, A. Michallon, Ja. Folli, P. Guigneti, Megerandi, Jo. Leta, G. carpentator, Jo. Clerici, Jo. du Soex, C. Chicandi, Jo. borserius, Navis, Richardet, A. Chavant, Jo. Vallet, G. Philippi, P. Gra, Jo. Pecolat, Jo. Conscience, Ja. Prophenat, G. Cadodi, Ja. Carren, M. de Canali, Ja. Nepotis, Jo. Sept Baptozard, P. du Crest.

Per supranominatos fuere constituti, creati et deputati sindici et procuratores civitatis Gebenn. n. et honorabiles P. de Orseriis, G. Prepositi, M. Nergaz et Henricus Pichon, cum potestate substituendi etc., et clausulis opportunis in forma solita.

(22) Exhigantur pro qualibet cuppa frumenti in molendino civitatis quinque emyne tantum.

Die Martis vj^a^ februarii. — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, M. Nergaz, Pichon; — P. Versonnex, Levrerii, P. Fernex, Burdignyn, Jo. Balli, C. Chicandi, Bueti, Jo. du Soex, de S. Michaele, Roget, Byollesii, Lyonardi, Vuarambert, B. Genodi, Richardet, (Jo. du Soex,) Fusserii, Berthellier, s. d. Chivallerii, A. Tornier, P. Paquet, L. Scarron, Leamon.

Precipitur thesaurario quod solvat religiosis Sancti Johannis, pro passagio vinee, videlicet sex florenos cum dimidio parvi ponderis.

Omnes suprascripti consiliarii civitatis solita prestiterunt juramenta etc.

Die Veneris ix^a^ februarii. — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, M. Nergaz, Pichon; — P. Fernex, Leamon, Bueti, Peyrolerii, Fusserii, Jo. du

Soex, Cartellier, C. Chicandi, Roget, Levrerii, Richardet, Lyonardi, Bertellier, Jo. Taconis, Byollesii, Borjaly, Mara.

Consindico Nergaz remictatur clavis tronci seu plocti indulgenciarum Sanctorum Petri et Pauli de Urbe.

Qui voluerint venundare vinum Choutagnie, vendant, dummodo non excedant xiiij d., cridis quoad vinum patrie et Subtus Mons illesis remanentibus.

Sumantur informaciones de artillieria existente in castro Vuachii, et inde provideatur.

Franchesie serventur illese, dictis et propositis parte domini vicedompni non obstantibus.

Tractetur per egregios Levrerii et Leamon cum n. Johanne Goyeti de laudimio debito pro domo Fusseriorum.

(23) *Die Martis xiij^a^ februarii.* — Sindici: P. Orsieres, G. Prepositi, M. Nergaz, H. Pichon; — P. Levrerii, P. Versonnex, Jo. Mara, Burdignyn, C. Chicandi, Byollesii, Lyonardi, Fusserii, Bueti, Jo. du Soex, Richardet, Roget, B. Genodi, Leamon, Bertellier.

(De domino Carolo Magni.) — De domino Carolo Magni, auditis que per procuratorem suum exposita fuere, fuit conclusum, inherendo conclusioni in consilio quinquagenario facte, quod solvantur expense, et prosequatur causa civitatis sumptibus.

De charrothono petente sua in borgesia intrari solidos vij, fuit dictum quod n. sindici loquantur carterio Amiaulx qui, ut fertur, assumpsit onus solvendi.

(De vicariis.) — De vicariis parrochialium ecclesiarum civitatis, fuit conclusum quod evocentur in consilio episcopali, et fiant demonstraciones.

Die Veneris xvj^a^ februarii. — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, M. Nergaz, Pichon; — Roget, Leamon, P. Levrerii, Jo. Mara, P. Fernex, Burdignyn, C. Chicandi, Jo. du Soex, Lyonardi, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Borjaly, Bertellier, Fusserii, Bueti, Byollesii, H. Pollerii, P. Taconis, Ducis.

Johannes Fabri, serrallionus, supplicacione per ipsum porrecta non obstante, observet statuta confecta pro reipublice utilitate.

De molendinis illu. et reveren. d. Gebenn. episcopi, fuit conclusum quod, habitis primo licteris donacionis tributi frumenti annualis in favorem communitatis facientibus, provideatur.

Porrecto libello contra dominum Coudree, loquantur eidem n. sindici, perscructaturi causam exempcionis gabelle vini et aliorum tributorum.

R. d. Goyeti seu ejus fratri persolvantur xv floreni, pro laudimio domus Fusseriorum, et tres solidi ad mutagium domini, dummodo fiat amortarizacio, directo dominio remanente.

Magistri Ludovycus Regis, Guilliermus Potel et Nycolaus Ballieti refferunt artillieriam que quondam fuit r. d. de Pineyrol visitasse, et quintalem pro materia rupta valere xxiij ff. et ita eorum juramentis retulerunt, presentibus suprascriptis et venerando d. Baptista, procuratore prioratus S. Victoris.

(24) *Die Martis xx^a februarii.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, M. Nergaz, Pichon ; — Leamon, Jo. Mara, Burdignyn, C. Chicandi, Jo. du Soex, Fusserii, Roget, Levrerii, Byollesii, Lyonardi, Vuarambert, Richardet, P. Taconis, Bueti, B. Genodi.

Besanczon filius quondam honorabilis viri Conrardi Hugonis admictitur in consiliarium civitatis, qui juravit post conclusionem factam in forma solita.

De nobili Jacobo de Syonzier, fuit conclusum quod admictatur in burgensem pro uno tappisserio super tabulare reponendo.

Secretario Bordon detur scutos quatuor ad solem pro licteris molendinorum noviter edifficatorum.

Conclusio de molendinis illu. et reveren. domini nostri Gebenn. episcopi et principis facta maneat illesa.

Die Veneris xxiij^a februarii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Levrerii, Leamon, P. Versonnex, P. Fernex, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Lyonardi, Vuarambert, H. Pollerii, Richardet, Bertellier, Besanczon, B. Genodi, Cartellier.

(A. Millanoys.) — Visitacio piscium commictitur A. Millanoys, qui

post consilii celebracionem juravit in forma. Et neominus n. sindici alternatis vicibus visitare et visitacionem facere debeant.

Fiant cride de trotanis, Deum blasphemantibus, libis et revenditricibus [1].

Tollatur le brelant, graviora ne succedant et scandalla oriantur hujus occasione.

De indulgenciis nunc in ecclesia Sancti Petri existentibus, fuit conclusum quod n. sindici loquantur subdelegatis.

(25) *Martis xxvij^a februarii.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz et Pichon ; — Leamon, C. Chicandi, Jo. Taconis, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Lyonardi, Vuarambert, H. Pollerii, Cartellier, B. Genodi, Bueti, Richardet, Fusserii, Bertellier, P. Levrerii.

Visa lictera missiva parte r. d. episcopi et principis transmissa in favorem Jo. Taconis et Bertellier, petencium se exhimi ab introgio vini et aliis tributis, fuit conclusum quod solvant aliorum more, ne in iniquam traxatur consequenciam.

De molendinis dicti r. d. episcopi, concluditur quod n. sindici accedere debeant ad consilium episcopale, petituri testimoniales in casum in quem recusent admodiare, protestantes de perda, cum per eosdem non stet etc.

Fiat mandatum Thome Bessonet de contentis in rotulo signato per Pichon.

Mandatur thesaurario quod solvat Petro Villiet sommam in rotulo descriptam [2].

Deputentur clavarii ad exhigendas penas de quibus in franchesiis civitatis [mentio fit], habita conferencia cum d. de cappitulo quorum interest providere.

[1] La crie faite le lendemain, 24 février 1515 (Arch. de Genève, R. P., I, fol. 8 v°), concerne les blasphèmes, le « barlant » et les jeux de dés ou de cartes, « toutes gens vagabondes et oyseux », les « gatelletz », les revendeurs et « revenderessez » de blé, bois, poisson, vin et autres vivres.

[2] Voyez pour les mandats de cette année, jusqu'au 25 janvier 1516, le compte (du 4 février 1515 au 3 février 1516) de Louis de Lestelley, receveur général. (Arch. de Genève, *Comptes de la Communauté,* n° 17, fol. 24-26).

Die secunda marcii, Veneris. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Levrerii, P. Fernex, Leamon, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, P. Taconis, Roget, Byollesii, Lyonardi, Vuarambert, H. Pollerii, Richardet, Besanczon, P. Versonnex, Jo. Tacon, Bertellier, B. Genodi.

Si constet patisserium vendidisse liba ultra formam cridarum, concluditur fore pugniendum.

Visitetur locus in quo collobrinarii ludum erigere volunt.

De nobili Anthonio de Versonnex, petente certa membra existencia in domo hospitalis verecundorum, cujus predecessores fondatores fuere, fuit conclusum quod videatur fondacio[1], et inde eidem n. Anthonio responsum detur.

(Burgensis.) — Honorabilis vir Johannes filius quondam Johannis de Heyricurt, de Dyvione, mercator, efficitur burgensis pro una pecia artillierie ponderis centum lb., quam peciam suis sumptibus fieri faciat, et facta, communitati expediat pro sua borgesia. — *(Computavit receptor in computis suis anni 1516, in foliis extraordinariis.)*

(26) *Die Martis vj^a marcii.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, Burdignyn, Byollesii, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, B. Genodi, Fusserii, Cartellier, C. Chicandi, Richardet, Bueti, Jo. du Soex, P. Montyon, Bertellier, Besanczon, Leamon, Roget.

Observetur appunctuamentum cum dominis religiosis Sancti Victoris factum, occasione artillierie que fuit quondam domini ejusdem Sancti Victoris.

Nichil percipiat dominus vicedompnus pro sigillo sentenciarum per ipsum latarum, sed franchesias observare inconcusse teneatur.

Dominus Vyriaci dictus du Poutex solvat gabellam.

Equidem dominus Petrus Fabri, quoniam ab hujusmodi gabella non est exemptus.

Habita vera informacione, de adventu r. d. episcopi et principis provideatur.

[1] Acte du 20 décembre 1434 (Arch. de Genève, P. H., n° 500), publié par J.-J. Chaponnière, M. D. G., t. III, p. 407-418. — Cf. *ibid.*, p. 247-264.

Die Veneris ix^a marcii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Levrerii, Leamon, Jo. Mara, P. Montyon, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, d. S. Michaele, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Borjaly, Vuarambert, Richardet, Bertellier, Besanczon, Cartellier, B. Genodi, P. Versonnex, H. Pollerii.

Quoniam ultime voluntates sunt adimplende, fuit conclusum observari debere fondacionem hospitalis pestifferi, dictis et propositis per n. Anthonium de Versonnay non obstantibus.

Relicte Curteti fiat mandatum de somma vij ff. pro lapidibus, etc.

Fiant demonstraciones vicedompno, ne presumat franchesias infringere civitatis.

De clavariis, ad Martis videantur capitula et pro utilitate reipublice provideatur.

Prohibeatur magistro Henryco ut se desistat a ceptis.

(27) Admodiacio vini gabelle.

Anno Domini m° quingentesimo decimo quinto, indicione tercia cum eodem anno sumpta, et die Lune duodecima mensis marcii, in claustro Sancti Petri Gebennarum, candela incensa et inde, ut moris est, extincta et fonditus consumpta, nobiles Petrus de Orseriis, Michael Nerguaz et Henricus Pichon, sindici et procuratores civitatis Gebennarum, admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt provido viro Aymoni Chambet, notario et civi ejusdem civitatis, videlicet gabellam vini venalis, ad racionem unius grossi pro singulo floreno, ut assuetum est etc., cum honore et onere etc., et hoc per unum annum integrum, die crastina decima tercia incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto etc., sub firma mille septem centum et nonaginta florenorum auri parvi ponderis, solvendorum per eundem Chambet, de mense in mensem centum et quinquaginta florenorum parvi ponderis, usque ad complementum solucionis, in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis. Cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis, que hic pro expressis habeantur. Presentibus egregiis et honorabilibus viris Francisco de Leamon, Jo. de Mara, Johanne de Saxo, Guilliermo Curti, Anthonio Millanesii, Andrea Gervasii, Johanne Pecollat, Colino Chicandi, Petro de Quarro et Petro de Cresto, cum pluribus aliis ibidem existentibus, etc.

Die Martis xiij^a marcii. — Sindici : P. Orsieres, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, P. Fernex, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Lyonardi, Vuarambert, Bertellier, P. Versonnex Richardet, Roget, B. Genodi, Borjaly.

De pavimento Ripparie, fuit conclusum quod fiat expensis quorum intererit.

Caucio.

Ibidem et in quorum supra presencia, providus vir Aymo Chambet, in admodiacione nominatus firmarius gabelle vini venalis, cavet per egregios Petrum Levrerii, Andream Vyennesii, Anthonium de Fonte, et honorabilem Guigonem Comitis, cives Gebenn. Qui et quilibet ipsorum principaliter et in solidum, promiserunt eorum juramentis etc. solvere in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis sommam mille et septem centum et nonaginta florenorum parvi ponderis, de mense in mensem centum et quinquaginta, prout in admodiacione etc. Cum promissionibus et renunciacionibus etc., signanter juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc. Et ipse Chambet eosdem fidejussores promisit servare indempnes etc., presentibus quibus supra. Montyon.

(28) *Die Veneris xvj^a marcii.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Leamon, P. Versonnex, Jo. Mara, P. Montyon, C. Chicandi, Fusserii, Byollesii, Borjaly, Besanczon, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, P. Fernex, Jo. du Soex, Roget, Bueti, Lyonardi, de S. Michaele.

De heredibus Roleti Nycolay, petentibus satisfieri de pena et laboribus sumptis per dictum Nycolaum in fossalibus burgi Sancti Gervasii, ad Martis provideatur.

De pissibus venalibus, fuit conclusum quod deputentur visitatores Johannes Valleti et Petrus Paquet, et veniant juraturi.

Nichil detur n. Petro de Orseriis, consindico civitatis, occasione fossallium burgi Sancti Gervasii, pro quorum reedifficacione asserit multos adhibuisse labores.

(Burgensis.) — Glaudius filius quondam Aymonis de Cresto efficitur burgensis gratis contemplacione nobilis consindici de Orseriis.

Martis xx^a marcii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Versonnex, Levrerii, P. Fernex, P. Montyon, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Byollesii, Lyonardi, Vuarambert, B. Genodi, Roget, Bertellier, Leamon, Jo. Taconis, Richardet, s. d. Chivallerii.

De facto domini Coudree, fuit conclusum, auditis juribus per ipsum exhibitis, quod ipse duplum illorum remictat in manibus n. sindicorum, et eidem communicetur duplum licterarum imposicionis gabelle vini, a qua asserit se esse exemptum, franchum et immunem suorum privilegiorum vigore.

De clavariis eligendis, nulla extitit facta conclusio.

De domino Girardi, presbitero, renitente vini gabellam solvere, ad Veneris fiat provisio.

(29) *Die Veneris xxij^a marcii.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, P. Fernex, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, d. S. Michaele, Jo. du Soex, Byollesii, Lyonardi, Vuarambert, Bertellier, Roget, Richardet, B. Genodi, Jo. Taconis, Leamon, P. Montyon.

Liba venalia exposita dominabus Sancte Clare, Dei amore, dentur.

Prohibeatur n. Anthonio de Versonnex ne quicquam facere presumat in prejudicium pauperum verecundorum.

Ematur domus existens prope scolam, et magno magistro observentur lictere constitucionis inconcusse, quas equidem servet illesas.

Appunctuentur n. Petrus de Fernex et de Fonte cum eidem adherentibus, ne litibus ambiguis se immisceant.

Die Martis xxvij^a marcii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nerguaz, Pichon ; — F. de Leamon, P. Levrerii, P. Montyon, C. Chicandi, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi, Jo. du Soex, Richardet, Byollesii, Burdignyn, Bueti, Roget, Fusserii, d. S. Michaele.

Observentur cride novissime facte, et, si quis contra easdem venire presumat, pugniatur.

Auditis que exposuit r. d. prior Domine Nostre de Graciis, ad causam cujusdam itineris publici, fuit conclusum quod n. sindici visitent locum, et, visitato, vocatis vicinis et quorum intererit, iter ipsum limitari fa-

ciant et divertant, requisicioni ipsius fratris annuendo, citra tamen cujusquam prejudicium.

In facto Acqueneaz et Jo. Fabri, visa relacione etc., quia dictus Acqueneaz est impresenciarum absens, supersedeatur usque ad adventum ipsius, quo tunc appunctuentur si sit possibile, ne sese processibus involvant.

(30) *Die Veneris penultima marcii.* — Sindici quatuor; — Leamon, P. Montyon, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Lyonardi, Borjaly, H. Pollerii, Bertellier, B. Genodi, Richardet.

Filius illius macellarii gaudeat patris privilegiis, equidem franchesiis civitatis.

De Serex de vicedompno conquerente, fuit conclusum quod n. sindici loquantur eidem vicedompno.

Carpentatori magistro solidi tres cum dimidio pro qualibet jornata persolvantur.

De vino Marqueti, quod asserit fuisse gabellatum de anno novissime lapso, quia id non vendidit tempore admodiacionis durante G. Curti et Chicandi, fuit dictum et conclusum quod, si vinum ipsum venale velit exponere, vini gabellam modernis exactoribus et firmariis solvere teneatur.

Die Martis 3ª aprilis. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon; — Jo. Mara, Leamon, Levrerii, P. Montyon, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, Bertellier, Cartellier, B. Genodi, P. Fernex, P. Versonnex, Jo. Taconis, d. S. Michaele, Richardet.

Fiat mandatum vigillibus de summa lxiij ff. pro stipendiis festi Pasche proxime futuri. — *(Levatum.)*

(Mandatum.) — Mandatur thesaurario quod solvat Johanni Sadodi [1] sommam in rotulo descriptam. — *(Levatum.)*

Pauperi Johanni Perroctini, pietatis inthuitu, floreni duo dentur.

Auditis que exposuerunt duo ex subdictis dominorum Bernensium ad

[1] *Lisez, comme dans te mandat :* Sassodi.

causam domus Johannis Fabri, fuit conclusum quod exposita notifficentur r. d. vicario, et, viso prius instrumento faciente in favorem Acqueneaz, inter quos Fabri et eundem Acqueneaz orta est differencia, graciosa fiat responsio, et, lite semota, pacifficentur partes meliori modo quo fieri poterit.

(31) *Veneris sancta vjª aprilis*, ob memoriam et Christi passionis misterium, non fuit consilium celebratum.

Die Martis xª aprilis. — Sindici quatuor ; — P. Fernex, Fusserii, C. Chicandi, Byolesii, d. S. Michaele, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Lyonardi, H. Pollier, Richardet, B. Genodi, Cartellier, Bueti, Vuaraınbert, (H. Pollerii.)

Visa lictera missiva in favorem Glaudii filii quondam Petri Polliat, de Burgo in Breyssia, descripta n. sindicis et communitati per illu. et r. d. episcopum et principem, fuit conclusum quod admictatur in burgensem.

Macellarii evocentur ad Veneris proximam.

Bastube maneant suo in esse.

Liberetur Cinquantodi a Domo communi, cum comminacione quod, si civitatem intret, virgis verberabitur.

Die Mercuri undecima aprilis, in claustro S. Petri, existentibus n. et honorabilibus Petro de Orseriis, G. Prepositi, M. Nergaz, H. Pichon.

(Plathea communis prope scolam.) — Suprascripti n. sindici, in eodem claustro, candela incensa etc., admodiaverunt honorabili Guigoni Comitis, presenti etc., tanquam plus offerenti, platheam communem a domo Fratrum Minorum usque ad hospicium Oliphantis, et hoc per unum annum, incohandum die crastina et simili die finiendum etc., precio octo solidorum, solvendorum terminis assuetis etc., cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

(Plathea Molaris.) — Ibidem, plathea Molaris extitit admodiata honorabili Besanczono Hugue, in personam Francisci Bernardi ejus servitoris, per unum annum die crastina incohandum etc., precio tresdecim florenorum auri parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

(Plathea de Longemale.) — Ibidem, plathea de Longemale admodiata fuit honorabili Guigoni Comitis, presenti etc., per unum annum integrum, die crastina incohandum et simili die finiendum, sub firma trium florenorum et trium grossorum monete, solvendorum ut supra, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

(32) *Veneris xiij^a aprilis.* — Sindici quatuor; — Leamon, P. Versonnex, Levrerii, Jo. Mara, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Byollesii, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, H. Pollerii, Richardet, Bertellier, Cartellier, B. Genodi, Roget, Jo. Balli, Besanczon.

(Burgensis gratis.) — Glaudius Polliat admictitur in burgensem, contemplacione illu. et r. d. episcopi, gratis. Qui solitum prestitit juramentum. — *(Levatum.)*

Visitetur hospitale pauperum verecundorum, et unicuique quod suum est tribuatur.

Observentur lictere rectorie scole hujus civitatis magistro Excertonis, et tractetur appunctuamentum inter ipsum et Mandrillionis per n. sindicos.

Admodiatarii suprascripti promiserunt solvere pecunnias in admodiacionibus descriptas.

Vocatis n. de Quarro et Serventis per n. sindicos, feratur ordinacio, et unicuique carpentatori solidi quatuor persolvantur.

Die Martis xvij^a aprilis. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Pichon; — Leamon, C. Chicandi, Bueti, P. Levrerii, B. Genodi, Jo. du Soex, Byollesii, Lyonardi, Vuarambert, Cartellier, H. Pollerii, Bertellier, Jo. Taconis, Richardet, Burdignyn, Fusserii, Roget.

Vinum quod Fratres Minores hujus civitatis ad hanc civitatem vehi fecerunt, pro usu et provisione conventus, nichil solvat pro introgio, et eisdem pignus restituatur.

Pro laudimio domus moventis de feudo Sancti Johannis, floreni Jo. de Conches viginti persolvantur.

De hospitali verecundorum sermone facto, fuit conclusum quod n. sindici ad id accedere debeant, et, justicia requisita, non permictant se sua possessione privari franchesiam inmictando.

(*De Rossillion.*) — Nobiles Franciscus de Rossillion et de Lompnaco promiserunt paviri facere ante curtillia seu cheneveria sua in locis necessariis, hinc ad festum Magdalenes.

Fiat provisio super supplicacione per Beffam porrecta, et ad suas admictatur deffensiones.

(33) *Die Veneris xx^a aprilis.* — Sindici quatuor; — Leamon, P. Versonnex, Levrerii, P. Fernex, Jo. Mara, C. Chicandi, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Borjaly, Vuarambert, Bertellier, Jo. Ramel, Besanczon, B. Genodi, Cartellier, de S. Michaele, Jo. Balli, Lyonardi, H. Pollerii, Bueti.

De artillieria empta a religiosis Sancti Victoris, fuit conclusum quod respondeatur metallum per eosdem comperiendum pro campanis fiendis.

Macellarii servire debeant ad formam statutorum confectorum.

Duo eligendi, cum uno ex vigillibus, deputentur messilliarii.

De vino venerabilis viri domini de Plastro extra limites existente et reposito, fuit conclusum quod solvat introgium, si contingat per civitatem et infra limites facere transitum. Et eidem fiant demonstraciones ut abinde vehi faciat infra civitatem.

De causa Johannis Balli, loquantur n. sindici domino Nantuaci.

Unicuique charrotono injungantur ut doleum teneant pro igne, et restituantur vadia pro hac vice.

Die Martis xxiiij^a aprilis. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon; — s. d. Chivallerii, Leamon, Levrerii, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Peyrolerii, de S. Michaele, Jo. du Soex, Lyonardi, Byollesii, Pillioz, Jo. Balli, Vuarambert, H. Pollerii, Bertellier, Jo. Loys Ramel, B. Genodi, Cartellier, Roget, Fussier, P. Versonnex, de Fonte.

Vigilles efficiantur missilliarii et jurent in forma etc.

Evocentur messilliarii coram consilio episcopali, ut cogantur servire civitati ad formam statutorum novissime confectorum.

De causa vertente indecisa inter r. d. Nantuaci et Balli, concluditur quod n. sindici loquantur eidem, quo compromissum facere velit, et interim supersedeatur in causa.

Ut clarius fiat decisio in et super differencia exorta inter Jo. Fabri et Acqueneaz, occasione sponde muri etc., fuit conclusum quod hora prima post meridiem, in ala consilium celebretur et parcium jura videantur.

(34) *Die suprascripta xxiiij^a aprilis*, in ala pagnorum, existentibus n. P. de Orseriis, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Versonnex, Jo. Balli, Peyrolerii, Vuarambert, Bertellier, Levrerii, C. Chicandi, Jo. du Soex, d. S. Michaele, B. Genodi, H. Pollerii, s. d. Chivallerii, de Fonte, Leamon, Byollesii, P. Bernex, Bueti, F. Cartellier.

Suprascriptis in dicta ala existentibus, parte n. Guilliermi Acqueneaz et Johannis Fabri exhibita fuere jura parcium, et hinc inde porrecte peticiones, relacio equidem per operarios facta super differencia inter eosdem existente. Et, omnibus visis et discussis, ut validius et securius appunctuamentum fieri possit, ne in dies inter eosdem questio oriatur, conclusum extitit quod unusquisque ad locum differencie accedere debeat et locum visitare. Et inde, vocatis operariis expertis et cum eisdem conferencia habita, sommarie negocium ipsum terminetur et sommaria feratur ordinacio, litibus ambiguis forte in tempore suscitandis ut obvietur et parcium parcatur laboribus et expensis.

Die Veneris xxvij^a aprilis. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Peyrolerii, P. Versonnex, P. Fernex, Jo. du Soex, Jo. Bueti, Leamon, G. Roget, A. Lyonardi, C. Chicandi, Vuarambert, Fusserii, G. Genodi, Borjaly, Cartellier, Bertellier, Jo. Mara, H. Pollerii, Jo. Balli, d. S. Michaele, s. d. Chivallerii, S. Byollesii.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Bessonet de somma in rotulo descripta. — *(Levatum.)*

N. Guilliermus Acqueneaz, compromissum novum faciant super omnibus suis differenciis occasione domorum etc., et, facto, feratur ordinacio que lata fuit et per egregium Byollesii recepta.

De honorabili Johanne Balli, fuit dictum quod n. sindici loquantur d. Nantuaci, quo fiat appunctuamentum antequam civitatem absentet.

De hospitali pauperum verecundorum, concluditur ut jam extitit conclusum.

(35) *Die Martis prima maij*. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Pichon ; — Leamon, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, S. Byollesii, Lyonardi, Jo. Balli, Vuarambert, H. Pollerii, Roget, Bertellier, B. Genodi, Cartellier.

Auditis que exposuerunt religiosi Sancti Victoris, occasione artillierie civitati vendicte, fuit conclusum quod theotonico Mali sic vocato, in civitate existente, ematur metallum pro cimbalis fiendis in prioratu Sancti Victoris, et ipsis religiosis expediatur.

Fiant cride de macellariis, ut servire debeant ad formam statutorum, et observare habeant statuta confecta occasione carnium, etc.

De n. Anthonio de Versonnex, qui priorem et confratres Heucaristie Christi sua possessione, jure incognito, privare non erubuit pollerium disruendo, fuit conclusum quod restituat in eo esse quo erat ante disructionem per eundem factam.

Die Veneris 4^a maij. — Sindici quatuor ; — Leamon, Jo. Mara, C. Chicandi, Roget, Byollesii, Lyonardi, Jo. Balli, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Fusserii, Borjaly, H. Pollerii ; lathomus.

De excessibus nocte preterita factis, sumantur informaciones et, sumptis, provideatur.

Fiant cride de victualibus et rebus in rotulo descriptis.

De controversia inter n. Petrum de Fernex et egregium de Fonte existente, quia dictus de Fonte conquestus est de eodem, qui se, in fide dignorum presencia, jactavit velle verberare eundem de Fonte, fuit conclusum quod n. sindici loquantur eidem, et inde, testes hinc inde examinentur per egregium Byollesii.

Detur tachium pro lapidibus aptis in portale burgi Sancti Gervasii.

Informaciones sumpte contra Beffant tradantur visitande doctoribus, an vel ne suas pede ligato facere teneatur deffensiones.

Fiat mandatum Jacobo Pacocti de somma in rotulo per Pichon signato.

Mandatur thesaurario quod solvat Guyocto Rolandi xviij gr. vj d. ab una, et xix ff. iij gr. ab alia, ut in duobus rotulis annexis simul per Pichon signatis.

(36) *Die Martis viij^a maij.* — Sindici: Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Leamon, P. Levrerii, Jo. Mara, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, P. Fernex, Burdignyn, Lyonardi, Jo. du Soex, Byollesii, Borjaly, Vuarambert, B. Genodi, P. Versonnex, Roget, Cartellier, Bertellier, Taconis.

Rescribatur magniffico d. presidenti de Deyrie, ut nomina sociorum appellatorum *les voleurs* destinare velit.

Loquantur n. sindici domino Langini, ne quicquam in prejudicium franchesiarum facere velit, aut eidem rescribatur.

Si constet magistrum Mandrillionis licteras impetrasse occasione rectorie scolarum hujus civitatis a r. d. Maurianensi episcopo, subtili ingenio, si se juvare velit, ab eadem scola expellatur.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Guiocto, carpentatori, de somma in rotulo descripta, per Pichon signato. — *(Levatum.)*

Videantur cride et, si constet fuisse erratum, iterum, tramicte recto, proclamentur, quo macellarii animentur civitati servire.

Die Veneris xj^a maij. — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Leamon, Levrerii, Jo. Mara, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Byollesii, Lyonardi, Jo. Balli, Vuarambert, Bertellier, Roget, B. Genodi, Jo. Taconis, P. Versonnex, (Bueti).

(Admodiacio facta Jo. Martini.) — Memorati n. sindici admodiaverunt Johanni Martini, vigilli, presenti etc. scannum existens prope Dominam Nostram pontis Rodani, per tres annos, die xxvij^a aprilis novissime lapsi incohatos et simili die finiendos etc., sub firma cujuslibet anni duorum florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis etc. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

Loquantur n. sindici dominis de cappitulo, quo facere dignentur demonstraciones d. Nantuaci, ne bona que fuerunt quondam Tissocti infra civitatis limites petere, nec quicquam in prejudicium franchesiarum facere velit, alias cogentur onus deffencionis assumere, requirendo ut cum eisdem assistere velint etc.

Observentur edicta et cride novissime facte occasione carnium venalium.

Detur in tachium portale burgi Sancti Gervasii.

(37) *Die Martis xv^a maij.* — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Lyonardi, Borjaly, Jo. Balli, Richardet, Bertellier, Cartellier, H. Pollerii, Leamon, Levrerii, (Bueti,) B. Genodi.

Hora prima post meridiem videatur processus, agitatus contra filiam honorabilis Johannis Balli instante d. Nantuaci, per n. sindicos, quo viso, in primo consilio refferant illius continencia n. sindici.

De homine in Insula detento pro latrocinio, fuit conclusum quod n. vicedompnus eundem tute custodire habeat pro justicia ministranda.

Fiat mandatum Johanni Ballardi de somma in rotulo descripta. — *(Levatum.)*

Mandatur equidem thesaurario quod solvat eidem decem novem florenos, duos grossos et tres d. ut in rotulo etc. — *(Levatum.)*

Veneris xviij^a maij. — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Pichon ; — P. Levrerii, Leamon, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Byollesii, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, C. Chicandi, Bertellier, Roget.

N. sindici ordinaverunt Beffant fore ad suas deffensiones admictendum pede ligato, juris allegacionibus actentis etc.

Remictuntur Pinochet et Chabo ad Martis, ut unicuique quod suum est tribuatur.

Detentus in Insula examinetur hora prima post meridiem.

Si constet Chamoex vinum per magnifficum dominum Vyriaci destinatum in vineis ejusdem Chamoex fuisse excretum, nichil solvat de introgio vini.

Veniat filius Johannis Fabri, relaturus verba que n. consindico de Orseriis protulit totam communitatem concernencia.

(38) *Die Martis xxij^a maij.* — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Pichon ; — Leamon, P. Levrerii, Bueti, Jo. du Soex, Byollesii, Lyonardi, Borjaly, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Bertellier, P. Versonnex, Jo. Taconis, C. Chicandi, Roget.

Memorati n. sindici, in quorum supra presencia, dant in tachium Amedeo de Foron, Petro Langini, Anthonio Jugeti, Johanni Camerarii et Petro Velat alias Ramu, ad faciendum iter passus Amidalli, per et

inter possessiones dicti Guigonis Prepositi ex borea et G. Acqueneaz ex vento, videlicet per limites ibidem appositos et affixos suprascriptis presentibus, ita quod currus et homines pedes et eques, paludibus semotis, transire faciliter possint. Promictentes eorum juramentis id iter facere bonum hinc ad festum Sancti Jo. Baptiste, sub salario xij ff. et novem solidorum, solvendorum terciam partem in principio, aliam in medio et reliquam terciam partem opere finito; et cavent unus per alium etc. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

De juridicione quam r. d. Gebenn. episcopus et princeps nititur tollere n. sindicis hujus civitatis, fuit conclusum quod comperiatur processus et negocium consulatur [1].

De facto filii Chabodi, regis balistariorum, remictitur consilio L°, et tunc fiat discussio.

Quia Pinochet est excommunicatus et persona inhabilis ad gaudendum privilegio regis collobrinariorum, concluditur quod detur eidem iij ff. et sociis decem. Et, hoc anno, maneant sine rege.

Die Veneris xxv^a maij. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Pichon, Nergaz ; — P. Versonnex, Leamon, P. Levrerii, P. Fernex, Burdignyn, Jo. du Soex, Byollesii, Fusserii, Borjaly, P. Montyon, Jo. Mara, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Jo. Taconis, P. Taconis, H. Pollerii, Lyonardi, Cartellier, Bueti, C. Chicandi.

De collobrinariis, fuit conclusum quod n. sindici visitare habeant locum, qui inde terminetur de consensu r. d. episcopi et principis, consensu n. sindicorum et consulum interveniente.

Nobiles sindici exorare habeant r. d. nostrum Gebenn. episcopum ut sindicos et communitatem in esse quo sui in episcopatu presules relinquerunt dimictere dignetur, franchesiisque et bonis usibus ab evo observatis gaudere permictat, vestigiis predecessorum inherendo.

De filio Jacon, quem nonnulli asserunt fuisse captum pro civili debito in bancha vicedompni, fuit conclusum quod n. sindici loquantur eidem vicedompno et observentur franchesie civitatis, nec permictant quicquam fieri in prejudicium ipsarum.

De detento in castro Insule, justicia ministretur.

De vino Mandallaz, ad Martis remictatur et fiat decisio.

[1] Cf. ci-après p. 42-43 (19 juin), et Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 31.

(39) *Die Martis xxix^a maij.* — Sindici quatuor; — Byollesii, Jo. Mara, P. Montyon, Jo. du Soex, Vuarambert, Leamon, Richardet, B. Genodi, C. Chicandi, Bueti, Cartellier, Lyonardi, Levrerii, H. Fusserii, Roget.

Religiosis Sancti Victoris debentur, calculo per consindicum Nergaz facto, xj^c xxv ff. iij gr., pro artillieria ab eisdem empta civitatis parte.

Conclusio de confratria Heucaristie Christi herina die in conventu Fratrum Minorum facta servetur illesa.

Quoniam filii quondam Mandallaz non resident in civitate, conclusum extitit quod de vino quod vehi huc fecerunt solvant introgium, nec gaudere debeant franchesiis civitatis, obstante absencia etc.

Porta quem n. Anthonius de Versonnex in hospitali pauperum verecundorum, propria sua auctoritate, apperuit in prejudicium pauperum claudatur et cancelletur, ne communitas seu confratres sua possessione priventur contra franchesiarum tenorem. Et, quoad murum de quo oritur questio, eligere debeat ipse Versonnex unum doctorem et cum alio eligendo n. sindicorum parte qui cognoscant, fondacione visa, cui murus pertinere et spectare debeat.

Veneris prima jugnii. — Sindici quatuor; — Leamon, Levrerii, Jo. Mara, Fusserii, Jo. du Soex, Byollesii, Lyonardi, Borjaly, Richardet, Cartellier, B. Genodi, C. Chicandi, Roget, Bertellier, Vuarambert.

Deputentur carnium visitatores, videlicet P. Rosset et alius probitate vigens.

(Pavisseriis tribus.) — Pavisserio, ejus filio et Mermeto pavisserio persolvantur unicuique ipsorum quatuor solidi, pro qualibet jornata dum et quando dabunt operam in negociis civitatis.

De domino Carolo Magni et molendinis r. d. nostri Gebenn. episcopi et principis, loquantur eidem n. sindici, et inde refferant responsum in primo consilio celebrando.

Fiat instancia erga r. d. episcopum ut lictere occasione molendinorum confecte sigillo ipsius sigillentur.

(40) *Die quinta jugnii, Martis.* — Sindici quatuor; — P. Levrerii, Leamon, Bueti, Jo. du Soex, Byollesii, Lyonardi, Jo. Mara, P. Fernex, Cartellier, Richardet, B. Genodi, Bertellier, Fusserii, Borjaly.

(Pollet. — Laudimium.) — De prato empto per Pollet precio centum florenorum auri parvi ponderis ab heredibus Navetaz ‖ borrelerii ‖, fuit conclusum, morem in talibus insequendo, quod ‖ pro ‖ quarto denario detracto fiat, et aliunde, pro gratis serviciis, floreni duo dentur cum dimidio. — *(Levatum.)*

In exactione laudimii domini Ludovyci, supersedeantur hinc et per totum mensem augusti proxime futurum.

De domino Carolo Magni et molendinis, loquantur r. d. episcopo, ut superius extitit conclusum.

Evocentur priores confratriarum, si n. sindicis videatur acceptum, ut in processione die solempnitatis festi Heucaristie ordine debito ire debeant.

Die Veneris vij[a] [viij[a]] jugnii. — Sindici: G. Prepositi, Nergaz, Pichon, in conventu Rippe; — Leamon, P. Levrerii, P. Versonnex, Jo. Mara, C. Chicandi, Burdignyn, Lyonardi, Bueti, P. Fernex, Roget, B. Genodi, Richardet, Jo. du Soex, Cartellier, H. Pollerii, Jo. Bernardi, Borjaly.

Visis licteris patentibus commissionis n. sindicis et consilio factis per illu. et r. d. Gebenn. episcopum et principem, occasione nonnullorum illicitorum contractuum per Oddetum Paqueti, ut asseritur, factorum, fuit conclusum quod videantur informaciones, et, visis, provideatur[1].

De consiliariis eligendis pro confratria Heucaristie Christi, concluditur statuta fore servanda inconcusse.

De domino Coudree sermone facto, fuit conclusum quod n. sindici eidem responsum graciosum facere debeant et, alio non edocto, vini gabellam aliorum civium more solvere debeat.

(41) *Die Martis xij[a] jugnii.* — Sindici : G. Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Leamon, Mara, P. Montyon, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, P. Versonnex, (Bueti,) Levrerii, P. Fernex, Bertellier, Borjaly, Richardet, Lyonardi, Cartellier, B. Genodi, (Bertellier).

De Oddeto Paqueti, visis jurium allegacionibus contra Oddetum Paqueti factis, fuit conclusum quod videantur informaciones, et, visis, procedatur, franchesiis suis in esse remanentibus et servatis.

[1] Sur l'affaire d'Odet Paquet, voir Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 32-34.

De revenditricibus existentibus in domo seu ante domum n. Petri Versonnex, fuit conclusum quod in loco statuto reponantur.

De serralliono, concluditur quod faciat caput operis, et suam exerceat artem, quo inopem possit deffendere vitam et liberos educare.

Magister Julliardi pugniatur ad formam cridarum.

Die Mercuri xiij[a] jugnii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — s. domini A. Sucheti, G. Grossi, d. Chivallerii ; — P. Versonnex, P. Levrerii, Burdignyn, C. Chicandi, Roget, Byollesii, Lyonardi, Bertellier, B. Genodi, Jo. du Soex, Fusserii, Bueti, H. Pollerii.

(De Oddeto Paquet.) — Auditis trium doctorum et consulum suprascriptorum votis et oppinionibus[1] super facto Oddeti Paqu[et]i, qui extitit intitulatus barateriam, falsum et furtum commisisse et alia pugnicione digna perpetrasse, constantibus informacionibus sumptis inibi perlectis, fuit conclusum, d. vicedompno cum suprascriptis presente, [juxta] formam commissionis n. sindicis per illu. d. nostrum Gebenn. episcopum et principem facte, cui obedire phas esse censetur fidelitatis zelo, quod dictus Paquet capiatur et detineatur, et, ipso in castro Insule existente, examinetur et contra eundem, justicia suadente, formetur processus. Et hiis gestis, memorati n. sindici dederunt in mandatis predicto vicedompno ut eundem capiat seu capi faciat suos per servientes, pro veritate habenda et inde justicia ministranda.

(42) *Die Veneris xv[a] jugnii.* — Sindici : P. Orsieres, Nergaz, Prepositi ; — Levrerii, Leamon, Fusserii, Jo. du Soex, Borjaly, Bueti, Cartellier, B. Genodi, Jo. Mara, Burdignyn, Roget, Lyonardi, Byollesii, Ducis, C. Chicandi, Richardet, s. d. Grossi.

(Paquet.) — De facto Oddeti Paquet, concluditur quod, prandio sumpto, n. sindici suis cum consulibus ad castrum Insule accedere debeant, et eundem Paquet impresenciarum detentum examinare et facere que suadet justicia, ad formam commissionis facte.

De vino r. d. preceptoris Berni cujus gabellam solvere recusat, fuit

[1] Cinq avis de droit, dont trois de Chevallier, un de Suchet et un de Grossi, relatifs à ce procès, font partie des pièces de la « Collection Galiffe » rentrées aux Archives de Genève en 1915.

conclusum quod n. sindici loquantur eidem, et, alio non edocto, solvat aliorum more.

(Burgensis.) — Magister Johannes filius quondam Michaelis Rillierii, civis Musterii, efficitur burgensis pro viij ff.

Egregius Andreas Vyennoys solvere debeat priori moderno Heucaristie Christi, pro expensis etc., xxv florenos parvi ponderis, in causa contra Mauricium Vuy factis, et fieri faciat quictanciam de processibus etc. et ratifficari faciat per eundem etc., et, hiis mediantibus, bona pax etc.

Die Martis xix[a] jugnii. — Sindici quatuor; — P. Levrerii, Leamon, Jo. Mara, P. Montyon, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Lyonardi, H. Pollerii, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Besançzon.

De negociis in hujusmodi consilio propositis, nichil fuit conclusum, sed omnia ad horam primam post meridiem ad mature deliberandum et concludendum fuere remissa.

Die suprascripta et hora prima, in Domo communi: n. P. Orsieres, Prepositi, Nergaz et Pichon; — P. Levrerii, F. de Leamon, P. Fernex, P. Montyon, C. Chicandi, Jo. du Soex, Lyonardi, H. Pollerii, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Besanczon, Bueti, P. Taconis, d. S. Michaele, Fusserii, Byollesii, Jo. Mara.

(43) De lusoribus ludere debentibus, die festi sancti Johannis Baptiste proxime venturi, rem memoria dignam et multis in exemplum cadentem, visa supplicacione per eosdem porrecta, fuit conclusum quod floreni sex dentur.

De adventu illustris d. comitis Gebennesii sermone facto, fuit dictum quod n. sindici, associati magis apparentibus et equos habentibus, ire obviam debeant. Et inde, donum tale eidem fiat quale factum extitit illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo et principi suo in ultimo adventu.

De juridicione temporali hujus civitatis, quia fertur publ[ic]e illustrissimum dominum Sabaudie ducem esse supremum dominum quoad temporalitatem, et erga s. d. nostrum papam modernum hoc impetrasse, concluditur quod n. sindici id notifficare debeant venerabili capitulo insignis civitatis, cujus interest in parte providere cum tota communitate. Et inde, junctis ipsis dominis seu aliquibus ex ipsis, quos duxerint eligendos, cum n. sindicis, illu. et d. nostro Gebenn. episcopo ipsi omnes vocem et famam publicam de hujusmodi negocio laborantem notifficare velint, quo ipse venerabile cappitulum et communitas media excogitare velint quibus res forte cepta indigesta et infructuosa remaneat.

De Oddeto Paqueti, in castro Insule, suis ut dicitur causantibus forefactis, detento, bona et brevis ministretur justicia.

Die Jovis xxj[a] jugnii. — Sindici quatuor; — Jo. Mara, P. Fernex, C. Chicandi, Jo. Bueti, Jo. Taconis, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Lyonardi, Richardet, Bertellier, P. Taconis, Cartellier.

Visis et perlectis in quorum supra presencia allegacionibus per jurisperitos confectis de facto Oddeti Paqueti, videlicet an ad suas deffensiones veniat admictendus infra aut extra carceres, quorum conclusio stat firma ipsum fore admictendum infra carceres, cui oppinioni adherent suprascripti, majorem sectando oppinionem, et dicunt sic fore fiendum.

Veneris xxij[a] jugnii. — Sindici quatuor; — P. Levrerii, Leamon, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Byollesii, Lyonardi, Roget, B. Genodi, Richardet, P. Versonnex, Bertellier, P. Taconis.

De magnifficis dominis de Ligis quorum armata, ut fertur, huc venit, fuit conclusum quod destinentur, nedum ad eos, verum ad partes Burgondie, perscructatur[i] an eorum intencionis sit per civitatem transire velle. Sed primo ea notifficentur r. d. Gebenn. episcopo et principi.

(44) De adventu r. d. prothonotarii Sabaudie, fuit conclusum, quia vicarius generalis, quod eidem malvaticum detur et vinum claretum et album.

Die Martis xxvj[a] jugnii. — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon; — Levrerii, Leamon, P. Versonnex, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Byollesii, Borjaly, Jo. Balli, Bertellier, Cartellier, B. Genodi, Roget, P. Fernex, Jo. Mara, Bueti, Lyonardi, Richardet.

(Paquet, Oddet.) — De Oddeto Paquet, visis juris allegacionibus hinc

inde exhibitis et coram suprascriptis perlectis, quia doctores vario modo loquuntur, nonnulli dicunt ipsum Paqueti fore admictendum ad suas deffensiones infra carceres, alii vero extra, mediante caucione ydonea, concluditur quod jurisperito legum difficultate[s] et juris nodos solvere scienti detur processus, et, oppinione habita, dubiis in lucem versis, procedatur juridice et justicia ministretur.

Die Jovis xxviij^a jugnii, loco Veneris ob festum Sancti Petri. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, P. Levrerii, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Lyonardi, H. Pollerii, Bertellier, Cartellier, B. Genodi, de Ulmo, Richardet, C. Chicandi.

Sumpto prandio, post horam secundam evocentur doctores cum d. Conodi, advocato illu. d. episcopi et principis, inter quos disputetur an Paquet veniat admictendus ad suas deffensiones extra carceres aut infra, et fiat ordinacio per n. sindicos peritorum dictamine.

Fiat responsio d. locumtenenti et consulibus parlamenti Dole super lictera missiva per eosdem destinata n. sindicis et consulibus occasione nonnullorum appellatorum *les voleurs*.

De vino per Jo. du Soex, hospitalerium modernum hospitalis pestifferi, fuit conclusum quod suo maneat in esse, suorum predecessorum vestigia sectando, dictis et propositis per de Fonte non obstantibus.

Procuratores Omnium Animarum sua ante omnia reddant computa.

(Mandatum.) — Fiat mandatum vigillibus pro stipendiis termini Sancti Johannis novissime lapsi, et unicuique persolvantur iiij^or floreni cum dimidio. — *(Levatum.)*

(45) *Jovis xxviij^a jugnii,* in Domo communi. — Sindici : P. Orsieres, Nergaz, Pichon, inter septimam et octavam horas noctis ; — P. Levrerii, P. Taconis, Bueti, Fusserii, Byollesii, H. Pollerii, Bertellier.

(De Vandelli.) — De detencione egregii Vandelli, quia fuit captus contra civitatis libertates et franchesias, fuit conclusum quod n. sindici accedere debeant ad illu. et r. d. Gebenn. episcopum et principem, supplicando ut eundem relaxari faciat a carceribus quibus impresenciarum subest, et civitatis franchesias velit observare. Et, si id facere recuset, ad diem crastinam consilium generale evocetur, cui notifficetur detencio[1].

[1] Cf. Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 34-38-40.

Die Veneris xxix^a jugnii, in Domo communi. — Sindici : P. Orsieres, Nergaz, Pichon ; — P. Versonnex, Leamon, P. Fernex, Bueti, C. Chicandi, Jo. du Soex, Fusserii, Byollesii, Lyonardi, Richardet, Bertellier, Jo. Taconis, B. Genodi, P. Montyon, Jo. Mara.

(De Vandelli.) — In quorum supra presencia, prescripti n. sindici retulerunt denuo supplicasse illu. et r. d. Gebenn. episcopo ut Vandelli, detentum in Domo episcopali in enervacionem franchesiarum civitatis, relaxare dignetur, cujus velle est, ut subdicti arbitrantur, easdem servare illesas, suorum predecessorum vestigia sectando. Quibus prince[p]s respondit nullo modo dictis franchesiis derogare velle, sed easdem observare. Et tunc r. d. vicario Philiberto de Bona, s. d. Glaudio Grossi et d. judici excessuum Vuarnoz commisit ut viderent super libris, presente advocato Vandelli, franchesiis eisdem prius exhibitis et communicatis, si captio facta foret ultra formam franchesiarum. Et inde eidem fieret relacio. Et si constaret fuisse captum franchesiis lesis, reparanda reparentur. Et hiis dictis, memorati domini doctores, post premissa, in domo dicti d. Grossi se reperierunt. Et conferencia super hujusmodi negocio habita, supervenit d. procurator fiscalis, quem r. d. vicarius et ceteri ad eundem illu. d. episcopum, facturum relacionem de conclusione tunc inter eos sumpta, destinarunt. Et reversus ab eodem, nobilibus sindicis dixit quod irent ad eundem et suis votis satisfacet. Quo tunc, dicti sindici ad eundem iverunt. Sed relaxacionem dicti Vandelli obtinere non potuerunt. Et, hiis intellectis, concluditur quod consilium quinquaginarium cum omnibus de civitate magis apparentibus evocentur ad horam septimam, et negocium notifficetur.

Eodem die Veneris xxix^a jugnii, sindici P. Orsieres, Nergaz, Pichon, in Domo communi, inter septimam et octavam horas post meridiem existentes ; — s. dominis : P. Millieti, Jo. Loys, Sucheti, d. Chivallerii, F. Millieti ; — P. Versonnex, Leamon, P. Fernex, P. Montyon, (46) Jo. Mara, C. Chicandi, Lyonardi, Byollesii, Borjaly, Jo. Bueti, Fusserii, Jo. Balli, de Fonte, de Ulmo, Richardet, Ja. Basterii, P. patisserius, m. S. barbitonsore, filius Nepotis, Jo. Valleti, Jo. Malliardi, G. Curti, L. Bec, La Tire, Ja. Cardinalis, (Leamon,) Jo. Pecolat, P. Taconis, Jo. Bernardi, P. Levrerii, Navis, G. Perrini, Bertellier, H. Pollerii, B. Genodi, A. Gervasii, P. Leta, Jo. Taconis, P. Navis, L. de

Pane, N. Gentilis, (G. Curti,) Porralis, Magistri, P. Porralis, Ja. Nepotis, Megex clerico, P. Rosset, L. Curteti, H. pictore, Jo. du Soex, Chambet, Lesgorpha, F. de Lompnes, m. S. borserio, G. Philippi, Megerandi, Cartellier, de Poste, (Jo. Taconis,) P. Paquet.

Memorati n. sindici, organo n. Petri de Orseriis, consindici, in presencia quorum supra et aliorum de numero iij c vel circa, exposuerunt plene que gesta et facta fuere hucusque in prosequucione relaxacionis et liberacionis egregii Glaudii Vandelli, in Domo episcopali existentis in enervacionem et prejudicium franchesiarum civitatis. Et quid inde sit agendum et faciendum circa hujusmodi negocium, unusquisque suum velit reserare votum, quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari, sapiente dicente. Super quibus, oppinionibus dominorum doctorum inherendo, conclusum extitit, viso quod fuit inique capptus, tam de jure quam civitatis franchesiarum vigore, quod n. sindici suos dirigere debeant gressus ad illu. et r. d. episcopum, enarrantes quemadmodum tocius oppinionis consilii nunc celebrati est dictum Vandelli nullo justo subsistente fondamento captum, cujus captio in prejudicium franchesiarum civitatis censetur esse facta; ob quod petant relaxari a carceribus. Et in casum recusacionis, pro hujusmodi materia discussienda et fine debito terminanda, generale colloquium celebretur.

Admodiacio introgii salis.

Anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto, indicione tercia cum eodem anno sumpta, et die ultima mensis jugnii, in claustro Sancti Petri Gebennarum, factis prius proclamacionibus solitis per carraphos civitatis etc., nobiles Petrus de Orseriis, Guigo Prepositi, Michael Nergaz et Henricus Pichon, sindici et procuratores civitatis Gebenn., sindicario nomine (47) tocius communitatis, admodiant et in admodiacionem tradunt nobili Bernardino de Romagniano, mercatori et burgensi Gebenn., presenti etc., tanquam plus offerenti, videlicet introgium salis marini et salsagonum communitati pertinens, per unum annum integrum, die crastina prima jullii incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma septem centum florenorum auri parvi ponderis, solvendorum in manibus receptoris emolumentorum etc., terminis tribus assuetis etc. Promictentes etc. Submictens se om-

nibus curiis etc. Renuncians etc. Actum Gebennis in dicto claustro, presentibus ibidem n. Petro de Quarro et Anthonio Lyonardi, civibus Gebenn., testibus etc. Montyon.

Die Martis 3ª jullii. — Sindici: P. Orsieres, G. Prepositi, Nergaz, Pichon;— Leamon, Jo. Mara, P. Fernex, C. Chicandi, Jo. Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Byollesii, Borjali, Richardet, Levrerii, Cartellier, B. Genodi, P. Versonnex, Roget, Bertellier, H. Pollerii.

Querimonia audita per Petrum Borsat de d. vicedompno, qui ab eodem florenos quinque ultra formam franchesiarum nititur exhigere, conclusum est quod n. sindici loquantur eidem.

De patisseriis fuit conclusum quod panis ponderetur. Et, ne blada carius venundentur, n. sindici in mercatis se reperire debeant et ordinem ponere pro bono reipublice.

Parentes et amici supplicare habeant illu. et r. d. episcopo ut relaxari faciat Oddetum Paquet, cujus uxor hodie ab hac valle miserie migravit.

In quorum supra presencia, nobilis Bernardinus de Romagniaco, burgensis Gebennarum, firmarius introgii salis marini et salsagonum, cavet per honorabilem Guilliermum Curti, presentem, etc. Qui et ipsorum quilibet principaliter et in solidum promiserunt eorum juramentis etc. sommam septem centum florenorum parvi ponderis in admodiacione descriptam terminis assuetis in manibus receptoris emolumentorum solvere, et ipse firmarius eundem Curti ab hujusmodi fidejussione indempnem servare. Cum et sub aliis promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis, que hic pro expressis habeantur; presentibus quibus supra etc. Montyon.

(48) *Die Veneris vjª jullii.* — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon; — P. Levrerii, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Jo. Bueti, Lyonardi, Borjaly, Richardet, Cartellier, Bertellier, B. Genodi.

Nobilis Guilliermus Acqueneaz suum faciat terrale de longitudine sue possessionis; utque decencius fiat, accipiat commune in locis minus dampnosis; cui impertitur licencia.

Floreni tres super borgesia sua reverberentur, seu quod non fuerit

solutum, et si constet solvisse, dicti tres floreni eidem persolvantur prout conclusum est.

(Mandatum.) — Fiat mandatum magistro Machardi de somma in rotulo mencionata.

(Thesaurario.) — Intrentur thesaurario contenta in rotulo per Pichon signato et coram suprascriptis perlecto, ut moris est.

Die Martis x^a jullii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Leamon, Levrerii, P. Versonnex, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Byollesii, Borjaly, P. Fernex, de Fonte, Cartellier, A. Lyonardi, Bertellier, B. Genodi, Roget, Jo. Taconis.

(De Johanne Bernardi.) — Visa et perlecta lictera missiva per Johannem Bernardi n. sindicis et consulibus transmissa, cujus tenor dilucidat eundem apud Pyney fore detentum, audita inde requisicione suos per fratrem et parentes facta, ut erga illu. et r. d. Gebenn. episcopum et principem, pro eodem et ejus relaxacione obtinenda intercedere dignentur n. sindici et consulares, fuit conclusum, requisicioni ipsi annuendo, quod n. sindici, associati suis fratre, uxore et aliis parentibus, accedere debeant ad eundem d. episcopum, supplicando ut a loco de Pyney huc, causante infirmitate qua detinetur, transduci faciat et a carceribus relaxari, saltem mediante ydonea caucione, et eundem tocius communitatis contemplacione commendatum suscipere dignetur [1].

(49) *Die Mercuri xj^a jullii*, in Domo communi. — Sindici quatuor; — Leamon, P. Levrerii, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Lyonardi, Jo. Balli, B. Genodi, Cartellier, (P. Fernex,) P. Versonnex, Bertellier.

(De Johanne Bernardi.) — Inherendo conclusioni novissime facte de Johanne Bernardi, in castro de Pyney impresenciarum detento, fuit conclusum quod denuo illu. et r. d. episcopo per n. sindicos, cum omni humilitate, benigna et graciosa fiat verbalis supplicacio ut, inthuytu pietatis, actento eciam quod ipse Bernardi uxore pluribusque liberis est oneratus, quibus compaciendum est, eundem Johannem relaxari faciat a carceribus, et, juris rigore obmisso, sue ignorancie parcere et sua solita clemencia et misericordia uti in hoc facto dignetur, et ydoneam cau-

[1] Cf. Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 38-40.

cionem admictere. Cui notifficetur quemadmodum illustris et metuendus dominus comes Gebennesii in brevi, ut ad eorum pervenit aures, est recessurus, re ex qua ad eundem ire proposuerunt, se offerentes in omnibus possibilibus servire etc.; et post hec, supplicent eidem ut, pro Jo. Bernardi ut preest detento, erga d. episcopum velit esse intercessorem, ut relaxet a carceribus contemplacione ipsius, et rem gratissimam toti communitati efficiet.

Die Veneris xiij^a jullii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Leamon, P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Lyonardi, Borjaly, Richardet, Bertellier, B. Genodi, P. Versonnex.

Fiat mandatum Moneto Bessonet de somma in rotulo descripta.

Pugniantur macellarii ad formam cridarum.

De domino Carolo Magni, visa lictera missiva et dubiis exhibitis, fuit conclusum quod videatur in jure si n. sindici habuerint potestatem precipiendi d. Carolo fodendi seu perforandi menia civitatis.

De scano novo fiendo in Longemale, loquantur r. d. episcopo Gebennarum.

Supersedeant moderni gabelle vini exactores in exactione vini venditi per r. d. commendatarium Bernensem.

(50) *Die Martis xvij^a jullii.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Versonnex, Levrerii, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Lyonardi, Borjaly, Bertellier, B. Genodi, Cartellier, Acqueneaz, Richardet, Jo. Taconis.

De molendinis illu. et reveren. domini nostri Gebenn. episcopi et principis, fuit conclusum quod n. sindici alloquantur dominum Marronis ut faciat seu fieri faciat admodiacionem mugnerio eadem in admodiacione habere peroptanti ; cui presentetur per eosdem n. sindicos.

Insequendo conclusiones de domino Carolo Magni jam factas, denuo concluditur quod nobiles sindici alloquantur r. d. episcopum, supplicando ut sue voluntatis sit, juris rigore obmisso, videre offensam quam pretendit eidem fuisse factam per eundem dominum Carolum ‖ fodendo ‖ seu perforando menia civitatis, quoniam, de hujusmodi offensa

prius cognito, n. sindici et communitas pro eodem satisfacere sunt contenti eidem illu. d. episcopo.

De Acqueneaz et Fabri, visa relacione per operarios facta, ad Veneris partes remictuntur.

Die Veneris xx^a jullii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Leamon, Levrerii, Roget, C. Chicandi, Byollesii, Cartellier, Bueti, de Borjaly, Jo. Taconis, Fusserii, Bertellier, B. Genodi, P. Fernex, Jo. du Soex.

Die prescripta, de occurrenciis nichil fuit conclusum.

Die Martis xxiiij^a jullii. — Sindici : P. Orsieres, G. Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Leamon, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, P. Versonnex, Borjaly, Bertellier, B. Genodi, Byollesii, Lyonardi, Levrerii.

De artillieria in Domo communi et in crota existente, non extrahatur pro nunc.

(51) De Paquet, fuit conclusum quod consulatur si danda veniat quarta dilacio cum juris solempnitate, et fiat que juris ordo exposcit.

Die Veneris xxvij^a jullii. — Sindici : Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Versonnex, P. Levrerii, F. de Leamon, Jo. Mara, Bueti, Peyrolerii, Jo. Taconis, H. Fusserii, Roget, Byollesii, Lyonardi, Richardet, Bertellier, Cartellier, Borjaly, Jo. du Soex, B. Genodi, de Fonte.

Mandatur thesaurario quod solvat Mermeto de Ulmo, forrerio, pro uno mense novissime lapso, videlicet v ff.

Destinetur n. P. de Orseriis ad illu. et r. d. Gebenn. episcopum et principem, informaturus de impresenciarum occurrentibus et de destinando ad partes Allemagnie.

Martis ultima jullii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Roget, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Byollesii, Lyonardi, Borjaly, Richardet, B. Genodi, Leamon, Bertellier, Vuarambert.

De egregio Leamon et Vuarambert, procuratoribus Omnium Animarum pissidis, sermone facto, quia tres sunt anni elapsi quibus fuere pro-

curatores creati, fuit conclusum quod, primo et ante omnia, et antequam alia fiat electio, de libratis et receptis in manibus auditorum computorum emolumentorum civitatis sua reddant computa.

Moderni vini gabelle exactores non presumant suos debitores occasione dicte gabelle assignari facere coram d. vicedompno, nec in castro Insule arrestum tenturos, sed rebelles evocentur coram n. sindicis et consilio, corum medio dictis exactoribus condigna fiat satisfacio.

Edictum de blado factum servetur illesum.

(52) *Die Veneris 3^a augusti.* — Sindici : P. Levrerii [*corr.:* Orsieres], Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Byollesii, Lyonardi, Borjaly, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Cartellier, Jo. Taconis, Vuarambert.

De Pollet, pro gratis serviciis floreni duo dentur cum dimidio, equidem jornatis etc.

De macello Longemale, loquantur n. sindici secretario Bordon, ut facere velit demonstraciones r. d. episcopo de scanno noviter erecto, quia stante eodem, plus incomodi quam comodi ipsi et communitati inest.

De egregio Vyennoys et promissione verbali, ut asseritur, facta, fuit dictum quod primo interrogetur si velit stare ordinacioni facte in Domo communi.

Die Martis septima augusti. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Leamon, P. Fernex, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Borjaly, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, P. Levrerii, Jo. Malliardi.

(Laudimium levatum.) — De possessione per venerabilem virum dominum Glaudium Ludovyci ab heredibus Borrellerii acquisita, viso vendicionis instrumento de somma centum et triginta florenorum parvi ponderis, fuit conclusum quod fiat laudimium, cui pars quarta more solito detur.

Die Veneris x^a augusti. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Pichon, Nergaz ; — Leamon, Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Byollesii, Vuarambert, Cartellier, B. Genodi, A. Gervex, Bertellier.

Leprosi expellantur a civitate et a sanorum consorcio.

(53) De pontibus levey, loquantur r. d. nostro Gebenn. episcopo ut fieri facere dignetur.

De patisseriis, servetur edictum novissime factum.

Nobiles sindici exorare habeant illu. et reveren. dominum Gebenn. episcopum, ut scannum novum, suo de precepto erectum in bocheria de Longemale, tollatur et cancelletur pro reipublice utilitate.

De molendinis spectantibus et pertinentibus r. d. episcopo, de quibus plerumque sermo factus extitit, fuit conclusum, inherendo conclusionibus factis, quod civitas nullo modo ea admodiet, sed particulari ydoneo fiat admodiacio, si sue fuerit voluntatis.

Proclametur pondus bladi et plus offerenti solito more expediatur.

Evocetur consilium quinquaginarium ad Martis proximam.

Processus agitatus in curia metropolitana, instante domino procuratore fiscali, contra dominum Carolum Magni doctoribus tradatur, legum difficultates solvere scientibus, et, eorum oppinionibus habitis, provideatur.

Consilium quinquaginarium. — Die Martis xiiij^a augusti. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Versonnex, P. Levrerii, P. Tacon, F. de Leamon, F. Cartellier, Richardet, de Ponte, P. Magistri, P. Leta, Bachodi, B. Genodi, de Ulmo, B. Sept appothecarius, Borjaly, Jo. du Soex, H. pictor, Bessonet, de Pilleo Rubeo, P. Mathey, A. Reynaud, A. Gervex, G. Megex, Ja. appothecarius, P. Rosset, m. F. barbitonsor, Ny. Gentilis, H. Fusserii, Amiaulx, La Tire, Jo. Nycodi, C. Chicandi, Jo. Bernardi, de Aqua Nygra, Jo. Taconis, Grassie, Navis, Jo. Ballard, Jo. Malliard, P. Poterel, Ja. Nepotis, Lullini, G. Curti, Chaboz, G. Philippi, G. Cadodi, Jo. Fabri, Jo. de Poste, A. peyrolerius, Bienvenuz, (P. Poterel,) A. patisserius, Serventis, G. Genodi, Ja. basterius, Poujalis, parvus pelliparius, Bochuti, A. Millanoys, P. Porralis, Chambet.

Procuratores Omnium Animarum eligantur per consilium generale, et, visis modernorum procuratorum computis, fuit conclusum quod de pecuniis earundem rehemantur molendina civitatis a Jo. du Soex.

(54) Exposito per nobiles sindicos, in quorum supra presencia, tenore licterarum tribus regibus concessarum per illu. et r. d. episcopum et principem Gebenn., conclusum extitit quod observentur. Sed, ne in

iniquam trahatur consequenciam, fiant lictere modo debito, quoniam de exempcione emolumentorum civitati pertinencium agitur.

(De abbate.) — De pondere bladi, quia honorabilis Johannes Taconis se offert daturum centum et quadraginta quinque ff., fuit conclusum quod eidem predicto precio fiat admodiacio, vocato thesaurario domini episcopi, cujus emolumenta pro semisse pertinent.

De molendinis domini episcopi, servetur conclusio in consilio ordinario facta.

De scanno noviter erecto in macellario de Longemale, consenciente domino, fuit conclusum quod n. sindici loquantur eidem, ut jam conclusum est.

Contra n. Anthonium de Versonnay, asserente murum in domo hospitalis pauperum verecundorum esse suum et sibi pertinere, procedatur via amicabili si velit, sin autem juris via.

Guilliermus Curti et H. de Nanto habeant onus visitandi cathenas et seras in eisdem affixas, et reparanda reparentur modo debito[1].

Perficiantur edicta pro reipublice utilitate confecta et exequucioni demandentur.

Quatuor vigilles ebdomadarii, cum portitore consilii, aliorum more fuere soluti.

Die Veneris xvij^a augusti. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Levrerii, Leamon, C. Chicandi, Fusserii, Roget, Byollesii, Richardet, Bertellier, Jo. du Soex, Borjaly, B. Genodi, P. Versonnex.

Visitentur terralia burgi Sancti Gervasii, ne furto subtrahantur nemora fossallium.

Lictere dudum concesse in favorem trium regum videantur primo et ante omnia.

Loquantur nobiles sindici reveren. domino vicario de ordinacione per eosdem lata super edifficiis cujusdam domus de Poujalis, ut licteras juridicas concedere velit, et permictat eosdem sindicos bonis usibus et consuetudinibus uti, antiquam consuetudinem servando.

[1] Le rapport de ces commissaires existe aux Archives de Genève (P. H., n° 901). Il est daté du 20 août, comprend 19 pages, et donne les noms de tous ceux qui détiennent les clefs des chaînes.

Quia fertur dominum vicedompnum dedisse licenciam nonnullis macellariis excoreandi et assandi carnes porcinas in civitate, fuit conclusum quod loquantur eidem n. sindici ut a talibus desistat.

(55) *Die Martis xxj^a augusti.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, Bueti, Roget, Byollesii, de Fonte, P. Tacon, B. Genodi, A. Gervex, Jo. Malliard, Jo. Fabri, (P.Tacon,) Jo. Tacon, P. Fernex, Jo. Mara, H. Fabri, Peyrolier, G. Philippi, Chambet, Leamon, P. Versonnex, Cartellier, Vuarambert, Jo. Frojon, Bertellier, Nanto, Henry, Jo. du Soex, Ja. Bel, Villiet, N. Tissocti, Jo. Balli.

Suprascriptis in consilio existentibus, Henry hospes exposuit licteras a quodam mercatore Friburgi recepisse, mencionem facientes de subdictis dominorum Bernensium et Friburgensium, quia, de eorum voluntate, huc in magno numero transire et transitum facere volunt. Quo audito, fuit [conclusum] quod pro victualibus habendis provisio fiat, et destinetur Falconet apud Lausanam, cum licteris directivis d. Lausane et d. de Romagnyan, eorum adventum perscructaturus.

De modo hospitandi, remictitur consilio quinquagenario, quod evocetur ad horam terciam post meridien cum magis apparentibus de civitate.

Die suprascripta xxj^a augusti. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, de Fonte, M. Michael, Jo. Sallerii, Matellin, A. Millanoys, F. Jo. Fabri, Ja. Cardinalis, de Ulmo, Loys Bec, Amiaulx, Jo. Sept, Bessonet, La Moche, Jo. du Soex, Leamon, Pensabini, P. Fernex, Poujalis, Besanzon, Mahuet, Bueti, Chambet, B. Genodi, Ja. Nepotis, H. de Rages, (B. Genodi,) Jo. Thuardi, H. pictor, B. de Romagniano, Lullini, Magistri, P. Rosset, de Nanto, Bochuti, Jo. Pensabini, Grassie, Jo. Pecolat, S. Pecolat, Favyer, d. S. Michaele, Cartellier, Testuti, Jo. Vallet, le Gressonay, P. Taconis, Ge. Genodi, La Tire, G. Philippi, P. Versonnex, Jo. Mara, Dy. Dadaz, Borjaly, F. Pecolat, Ja. Basterius, (Testuti,) Cergat, M. marescallus, Jo. Balli, Serventis, de Ponte, F. Verdani, d. Aqua Nygra, Ja. Belli.

Die suprascripta xxj^a augusti, supradictis et pluribus aliis civibus et burgensibus, numero tercentum et ultra, in consilio hodie celebrato existentibus et ad consilium evocatis et petitis, extitit lecta lictera credencie per

d. Bernenses et Friburgenses n. (56) sindicis et communitati transmissa in personam n. castellani de Serrasson (?), cujus credencia est quod subdicti dictorum dominorum in maximo numero, hinc ad diem Dominicam proxime futuram, transitum per civitatem hanc facient[1]. Re ex qua, ipse castellanus, parte qua supra, exoravit n. sindicis ut de victualibus fiat provisio, et rem ipsis dominis efficient gratissimam. Hiis auditis, ex consilii matura deliberacione, fuit conclusum, votis ipsorum obtemperando, provisionem fieri debere, et quod omnes juxta sue possibilitatis vires sint provisi de victualibus neccessariis, et in hospiciis et tabernis graciose et humaniter tractentur sine questione et querelarum murmuracione. Et si non solvant aut solvere recusent, expensarum de perda per communitatem et corpus tocius communitatis unicuique, equitate suadente, fiat condigna satisfacio. Utque res ipsa recto procedat tramite, honestiusque ad exequucionis effectum perducatur et demandetur, n. sindici emant bladum et alia neccessaria precio quo nunc sunt, et emendi, consensu omnium suprascriptorum interveniente, n. sindicis impartiuntur licenciam et facultatem omnimodam.

Ad obviandum sinistris casibus et periculis nostris palam oculis eminentibus, destinentur honorabiles Jo. Taconis et Dyonisius Dadaz ad m. d. Bernenses seu Friburgenses, facturi demonstraciones debitas, eorum velle equidem perscructaturi, quo civitatem et inhabitantes dignentur suscipere commendatam.

Loquantur n. sindici venerabilibus dominis de capitulo, ut in onerum supportacione contribuere, prout suadet racio, velint, quoniam hujusmodi negocium omnes tangit et ab omnibus, sapiente dicente, debet approbari. Et inde responsum consilio ordinario refferant.

Die Veneris xxiiij^a augusti. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Leamon. Jo. Mara, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Cartellier, Peyrolerii, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Borjaly, de Fonte, Vuarambert, H. Pollier, Bertellier, Besanzon, B. Genodi, Byollesii, Burdignyn, Levrerii.

Nobiles sindici precio nunc currente emant blada ab omnibus habentibus usque ad quantitatem, si comperire valeant, v^c cuparum ; et inde tradant molenda pro provisione subdictorum dominorum de Ligis per civitatem transire volencium.

[1] Voir Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 40.

Dicti n. sindici suppliciter exorare habeant illu. et r. d. episcopum ne civitatem, actentis rebus impresenciarum occurrentibus, absentare velit, sed nobiscum permanere quia caput, princeps et pastor dignissimus.

(Nanto.) — Admictatur providus de Nanto in consiliarium civitatis, et amodo veniat.

Tempore neccessitatis, n. sindici et unusquisque ipsorum vigillem unum accipiant civitatis sumptibus.

Nycodus Soudani efficitur custos vinearum de Cocta Roz, qui juravit etc.

Eligantur forrerii de carreria in carreriam, qui sua dulciter excerceant officia.

(57) *Die Martis xxviij^a augusti.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Leamon, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Borjaly, de Fonte, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi, Cartellier, Levrerii, Nanto, P. Versonnex.

Magister Excertonis solvat in pondere bladi aliorum more.

De vino domini Coudree, fuit conclusum quod evocetur, et, justicia mediante, expediatur doleum vini, quia servando servari non potest.

De laudimio de Ravonel fuit conclusum quod de domo subastata, si venundetur, non solvat laudimium occasione subastacionum, sed emptor ultimus integre solvat.

De patisseriis quibus bladum datum extitit, fuit conclusum quod grana integra restituantur, et de farina dequocatur panis, et inde computum reddant ad racionem duorum florenorum pro cuppa.

Filius illius pauperrime mulieris nutriatur, Dei amore, per procuratores Omnium Animarum Purgatorii.

De quatuor conventibus, unicuique cuppa una frumenti detur, quia pro pace Deum suppliciter exorare voluerunt.

Die Veneris ultima augusti. — Sindici quatuor ; — P. Levrerii, Leamon, P. Versonnex, H. Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Nanto, Bertellier, Fusserii, Jo. du Soex, de Fonte, Roget, Borjaly, B. Genodi, Byollesii.

De molendinis domini episcopi, quia n. sindici retulerunt eundem dominum omnia in pristinum statum reduci velle, extitit conclusum, si ipse allocatur n. sindicos de eisdem molendinis, quod, restitutis prius

pecuniis per eundem habitis, erunt contenti sue obtemperare voluntati n. sindici et communitas.

De egregio Levrerii petente, suo et Jo. Taconis nominibus, sibi satisfieri de pena habita eundo ad dominos Friburgenses et Bernenses tempore detencionis domini presidentis Dyvionis, quia peticio censetur ab omni equitate aliena, ideo stet infructuosa.

Et quia ipse Levrerii, hiis diebus non longe effluxis, fuit destinatus parte domini episcopi ad dominos Friburgenses, de expensis et pena eidem per eundem condigna fiat satisfacio, dictis et propositis per eundem non obstantibus.

De equo domini consindici Nergaz, quem mutuo tradidit dicto Levrerii ad civitati serviendum, qui infirmitate detentus seu vastatus stat in hospicio Rotuli, fuit conclusum quod ipse Levrerii instare habeat erga eundem dominum episcopum, ut solvere velit. Et nichilominus ne deffectu solucionis fiende jacturam paciatur ipse Nergaz, de eodem equo solucio fiat civitatis parte.

(58) De excessibus et debatis, fuit conclusum quod hora nocturna capiantur et detineantur qui excessus facere non verentur et inde justicia ministretur.

Visitetur artillieria in Domo communi existens per cappitaneum Bertellier et jam onus habentes, et muniatur pulvere et neccessariis.

Cappitanei in rotulis nominati et duo ex desineriis omnium carreriarum suas habeant visitare disenas, perscructaturi numerum horum qui neccessitatis in tempore civitati servire possent, et de hiis veniant ad proximum consilium relacionem facturi.

Die Martis 4^a septembris. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, Leamon, Roget, Byollesii, de Fonte, P. Fernex, Jo. du Soex, Vuarambert, P. Versonnex, Bertellier, B. Genodi, Nanto, Fusserii.

(Ro. Nycolay.) — Persolvantur heredibus Roleti Nycolay, pro pena et labore habitis in terralibus Sancti Gervasii et confectionis parcellarum spacio unius anni, videlicet xiiij ff. — *(Levatum.)*

Stipendia dari solita in proximo festo Sancte Crucis Guilliermo, vigilli ab officio expulso, causante latrocinio per eundem perpetrato, ejus uxori, inthuitu pietatis, solvantur per civitatis thesaurarium.

Notifficetur r. d. episcopo quemadmodum duo ex servitoribus n. Petri Anthonii de Rippa in Gracianopolitanensi oppido fuere, sumpta occasione pro causa, carceribus mancipati et perpere tractati, ut dignetur providere et rescribere cum communitate, si opus sit.

De equo consindici Nergaz, concluditur prout extitit conclusum.

Visitetur domus Gaville, que nonnullorum relacione minatur ruynam et, relacione habita, provideatur.

Die septima mensis septembris, Veneris. — Sindici quatuor ; — P. Levrerii, Leamon, Burdignyn, Bueti, B. Genodi, Fusserii, Byollesii, Bertillier, Roget, P. Versonnex, C. Chicandi, de Nanto, de Fonte, Borjaly.

Johannes de Nanto extitit vigil creatus, qui solitum prestitit juramentum.

Feratur sentencia Johannis Martini modo quo jacet.

(59) Johanni Martini infirmitate detento, quia compasciendum est, ideo solidi duodecim dentur.

(Lyonardi.) — Heredibus quondam Lyonardi, suis pro stipendiis sex mensium novissime lapsorum, solvat thesaurarius quinque florenos auri parvi ponderis. — *(Levatum.)*

Martis xj^a^ septembris. — Sindici quatuor ; — P. Levrerii, Leamon, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, B. Genodi, de Fonte, Jo. du Soex, Byollesii, Borjaly, Nanto, Bertellier, Roget.

De molendinis r. d. episcopi et cridarum exactione, loquantur n. sindici eidem domino et consilio episcopali.

Equidem de equo consindici Nergaz, ut solvere dignetur, equitate et justicia suadentibus.

Quia macellarius, cujus scannum extitit eversum, pecunias aliis macellariis exbursavit, fuit conclusum quod de exbursatis fiat satisfacio.

Consilium quinquiaginarium. — Die Veneris xiiij^a^ septembris. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — s. d. Chivallerii, P. Levrerii, Leamon, C. Chicandi, Per. Peyrolerii, Fusserii, Jo. du Soex, Byollesii, Cartellier, Nanto, de Fonte, A. Gervex, Jo. Bernardi, P. Joly, M. Plonjon, Bachodi, Ja. Frojon, F. barbitonsor, Ly. Boytet, Vuarambert, B. Genodi, de Aqua Nygra, Porralis, de Ulmo, de Nemore, A. Millanoys, Ja. Nepotis, Ny. Gentilis, Serventis, Grassi, H. de Rages, P. Versonnex, de Poste, Megerandi, Magistri, H. pictor, Jo. Fabri, G. Genodi, m. S. borserius, Chambet, A. peyrolerius, P. Vindret, Bertellier, Le Borguynon, P. Leta, Panissodi, Jo. Nycodi, P. Poterel, S. Praderii, Jo. Bueti, A. patisserius, Chaboz, La Tire, P. Tornerii, Cadodi, Burdignyn, A. Chenevalis, Jo. Vallet, G. Philippi, G. Curti, de P[ileo] Rubeo, de Bosco, P. Mathieu, Poujalis, Amiaulx, P. de Cresto, Chappellet.

De molendinis r. d. Gebenn. episcopi et principis equidem civitatis sermone facto, quia dictus d. episcopus res[ti]tuit pecunias eidem civitatis parte donatas occasione anullacionis tributi annualis quo molendina civitatis eidem et ecclesie erant astricta, quodque vult omnia statui pristino reduci. Super quibus extitit deliberatum, sed nichil conclusum ob solempnem processionem pro pace factam, et hora meridiana celebrandum fore consilium interruptum censere.

(60) Suprascripti omnes fuere soluti, cum quatuor vigillibus et huysserio Domus communis.

Die suprascripta et hora meridiana. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — B. Vuarambert, S. Praderii, Plonjon, de Ulmo, A. Millanoys, Amyaulx, Jo. Bernardi, F. Cartellier, Jo. de Poste, Bueti, A. Gervex, Lud. Bec, Jo. Fabri, H. de Rages, P. Poterel, Serventis, Frojon, Bochu, Lullini, de Aqua Nygra, Chambet, Porralis, Fusserii, C. Chicandi, de P[ileo] Rubeo, M. Guyocti, Jo. Tissocti, Leamon, D. Salaz, Megex, Leta, Byollesii, Jo. Nycodi, Pecolat, Ja. Servelli, (Jo. Fabri,) Panissodi, P. Vindret, A. patisserius, P. de Cresto, Chappellet, Chaboz.

Quia n. sindici exposuerunt exorasse dominos Glaudium Grossi, Goyeti, Marronis et Trolliet ut erga r. d. episcopum velint esse intercessores, quo pecunias redditas suscipere et recipere dignetur, demonstraciones opportunas faciendo, conclusum fuit quod, post responsionem factam n. sindicis per suprascriptos dominos, qui velle ipsius domini episcopi perscructabuntur, consilium quinquaginarium evocetur et, ordinario presente, dicti n. sindici omnibus presentibus explicare et resserare habeant responsum eisdem fiendum, quo matura cum deliberacione provideatur, peroptantes principis nostri iram lenire et cum eodem uti veri et fideles subdicti fidelitetatis zelo quiete vivere.

Nobilis P. Versonnex, justicia mediante, agat contra communitatem, si velit, occasione molendinorum civitatis de quibus conqueritur, et eidem tunc respondeatur.

Die Martis xviij^a septembris. — Sindici : P. Orsieres, Nergaz, Pichon; — P. Versonnex, Leamon, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Byollesii, Nanto, B. Genodi, de Fonte, Bertellier.

Conclusio facta de molendinis r. d. episcopi servetur illesa.

Fusserii pugniantur ad formam licterarum occasione fuste concessarum.

Detineantur et capiantur, signanter tempore nocturno, qui excessus facere non verentur, et sumantur informaciones de vulnere illato in personnam vigillis civitatis.

De vini gabella, concluditur prout extitit conclusum.

Quia nonnulli consiliarii negligunt ad consilium venire, concluditur quod in consilio L^rio decens fiat provisio.

(61) *Veneris xxj^a septembris.* — Sindici : Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon; — Levrerii, Leamon, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Roget, Byollesii, B. Genodi, Jo. du Soex, Bertellier, S. Praderii, Fusserii, Nanto.

De duobus scutis auri cugni regis ad solem per consindicum Nergaz in helemosinam, Dei amore, Theotonico depredato per nonnullos Suycos datis parte communitatis, et uno floreno fratribus D. N. de Graciis, quo fervencius pro pace apud Deum supplices fondere velint preces, fuit conclusum quod eidem persolvantur per civitatis thesaurarium.

Vendatur equus dicti consindici Nergaz et plus offerenti expediatur.

Sumantur informaciones contra mugnerios monopolum, ut fertur, facientes in prejudicium reipublice.

Fiat mandatum vigillibus de somma lxiij ff., pro termino festi Sancti Michaelis proxime futuri.

Equidem pro grossa campana pulsata tempore nubiloso et turbido, ad tempestatibus et grandinibus terrenis bonis nocivis obviandum.

Die Martis xxv^a septembris. — Sindici quatuor; — Levrerii, Burdignyn, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Roget, Byollesii, Nanto, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Leamon.

De excubiis fiendis in hac civitate, pro nunc nichil concluditur.

De molendinis r. d. Gebenn. episcopi et principis, stetur conclusioni novissime facte.

Equus consindici Nergaz tradatur et expediatur n. Petro de Orseriis, precio sex scutorum cugni regis ad solem.

De cymbalis Sancti Victoris, fiat mercatum cum aliquo experto operario, pro ferratura eorundem, precio decenti et honesto.

De fusteriis, observentur lictere confecte horum occasione.

(62) *Veneris xxviij^a septembris.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Pichon ; — Levrerii, Leamon, C. Chicandi, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Nanto, B. Genodi, P. Versonnex, Borjaly, Bertellier, S. Praderii, Burdignyn, Vuarambert, Bueti.

Exposuit n. Petrus Versonnex civitatis molendina in et super suo aquagio fuisse erecta, equidem tres molas ad molendum bladum inibi constructas in ipsius prejudicium. Et, quanquam ex consilii L^ii deliberacione fuerit conclusum, relatum ut sibi extitit per consindicum P. Orsieres, quod, si pretendat jus habere, justicia mediante suam faciat peticionem et tunc eidem respondebitur, exorat neominus ut sommarie sua jura videantur. Super quibus conclusum extitit ea consilio quinquagi-nario fore notifficanda.

Vinum patrie proclametur ad iiij^or den. pro nunc, habita conferencia cum d. vicario.

De scannis et archis existentibus in Ripparia, vide[antur] lictere horum occasione confecte in crota Domus communis, ut fertur, existentes.

De expensis equi venditi n. P. Orsieres, persolvantur thesaurario Lestelley, pro quindecim diebus quibus durantibus expensas ministravit, videlicet triginta septem solidi cum dimidio.

Martis secunda octobris. — Sindici quatuor; — Levrerii, P. Fernex, Byollesii, de Nanto, de Fonte, Vuarambert, B. Genodi, Jo. du Soex, Leamon, C. Chicandi, Cartellier, S. Praderii, Fusserii, Roget, Bertellier.

Missa celebrari solita die Jovis proxima celebretur die Jovis post.

Proclametur vinum patrie ad quatuor den., sub pena perdicionis vini et quinque solidorum.

Persolvantur consindico Nergaz, pro equo suo, quindecim scuti cugni regis ad solem.

De revenditricibus, fuit conclusum quod exequantur cride novissime facte.

(63) *Die Veneris quinta octobris.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Levrerii, C. Chicandi, Byollesii, G. Borjaly, de Nanto, Roget, Richardet, S. Praderii, de Fonte, Vuarambert, B. Genodi, Fusserii, Jo. du Soex, Leamon.

De extimacione vini et pena imponenda contravenientibus cridis fiendis, proclametur ad quatuor den., prout conclusum extitit.

Evocetur consilium quinquaginarium, pro rebus impresenciarum occurrentibus, ad Martis proximam.

Die Martis ix^a octobris. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Versonnex, P. Levrerii, P. Fernex, A. Millanoys, de Ulmo, A. Gervex, Fusserii, Bertellier, Le Rosset, Amiaulx, P. Porralis, G. Curti, H. pictor, P. Magistri, Vuarambert, Leamon, P. Peyrolier, de Nanto, Le Bastier, G. Genodi, B. Genodi, Jo. Nycodi, Poujalis, Navis, Cartellier, S. Byollesii, Jo. du Soex, A. patisserius, de Aqua Nygra, Grassi, Bueti, P. Poterel, Jo. Fabri, Bessonet, Bochuti, Chambet, Frojon appothecarius, Jo. de Poste, P. Leta, F. barbitonsor, P. Mathieu, A. Chabodi, Jo. de Bosco, S. Praderii, Lesgorfa, Ja. Bel, Roget, A. Chenevalis.

(N. P. Versonnex.) — De molendinis n. Petri Versonnay, se conquerentis et dicentis civitatis molendina in et super sue aque cursu fuisse fabricata, fuit conclusum quod primo et ante omnia suam faciat peticionem, et visa, provideatur.

Exequantur cride novissime facte ad formam illarum[1].

(64) De clavariis deputandis et ordinandis, loquantur n. sindici r. d. Gebenn. episcopo et principi.

Quia mugnerii civitatis soliti sunt pro qualibet cuppa frumenti sex libras ab omnibus grana molentibus [exigere], in prejudicium tocius reipublice et contra tenorem licterarum concessarum, concluditur quod

[1] Crie du 6 octobre 1515, signée P. Grueti, vicarius, sur les vivres, le blé, les revendeurs et le vin nouveau. (Arch. de Genève, R. P., I, fol. 9.)

eedem lictere inconcusse observentur. Et loquantur n. sindici dicto r.d. episcopo ut illas observari facere dignetur.

De excubiis fiendis, concluditur quod fiant per vigilles excubie, et tendantur cathene ante portas civitatis.

De scannis et archis existentibus in Ripparia civitatis sermone facto, quia scanna et arche, modo quo sunt constructa et constructe, in prejudicium reipublice redundare videntur, ut omnibus perspicuum est, fuit conclusum quod tollantur et admoveantur, prout dudum, signanter tempore felicis recordie illu. et r. d. Gebenn. episcopi et principis domini Auxitanensis, fuere sublata, ut ex nonnullorum fidedignorum relacione accepimus.

Vigilles quatuor ebdomadarii, cum portitore Domus communis, fuere soluti.

Die Veneris xij^a octobris. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz ; — Leamon, Levrerii, C. Chicandi, S. Byollesii, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Nanto, de Fonte, Bertellier, Richardet, B. Genodi, Jo. Taconis.

De re per s. utriusque juris doctorem dominum Grossi acquisita de civitatis feudo movente, solvat medietatem laudimii debiti.

Preconizetur pratum civitatis et plus offerenti expediatur.

N. sindici clavarie officium exercere habeant et penas in franchesiis exaratas exigere.

Persolvantur Nanto solidi duodecim, pro pena habita in cathenis et clavibus civitatis.

(65) *Die Martis xvj^a octobris.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Pichon ; — P. Versonnex, Levrerii, C. Chicandi, Jo. Taconis, Byollesii, Nanto, Roget, Be. Genodi, Fusserii, Bertellier, Leamon.

De agricolis appellatis *ganedenierz*, vinum in cavis reponentibus, quia in exhigendo racionis limites excedere non verentur, n. sindici alloquantur eosdem ut pro quolibet doleo sint contenti de tribus denariis.

Die Veneris in octo, pratum civitati pertinens, in claustro, candela incensa, expediatur plus offerenti.

De duabus cuppis frumenti quas consindicus Nergaz et Jo. du Soex solvere convenerunt, quia sunt absentes, ad Veneris eorum velle perscructetur.

Admodiacio ponderis bladi.

Anno Domini mº quingentesimo decimo quinto, indicione tercia cum eodem anno sumpta, et die decima sexta octobris, in mis subsignati etc. constituti nobiles Petrus de Orseriis, Guigo Prepositi et Henricus Pichon, consindici et procuratores civitatis Gebenn., qui, sindicario nomine tocius communitatis, admodiant et in admodiacionem tradunt honorabili viro Johanni Taconis, civi Gebenn., presenti etc., pondus bladi cum suis pertinenciis pro parte communitati pertinente, per unum annum integrum, die decima septima mensis augusti novissime lapsi jam incohatum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma octuaginta duorum florenorum parvi ponderis, — inclusis decem florenis de et super jure et porcione illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo et principi pertinenti et spectanti, dicto Taconis, ut asserit, admodiato, et qui decem floreni n. sindici percipere soliti sunt super illius porcione, pro pena et labore singulis annis sumptis pro pane per civitatem ut moris est etc., — solvendorum terminis assuetis etc. Ad cujus preces, se dat fidejussor et principalis in solidum Colinus Chicandi, qui promisit in forma etc. Promictentes ipse partes etc., et ipse Taconis eundem Chicandi servare illesum. Renunciantes etc., signanter juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussore[m] etc.; cum clausulis opportunis. Actum in consilio ordinario, die suprascripta sexdecima octobris, (in consilio ordinario,) presentibus n. Guilliermo Roget et Henrico de Nanto, testibus etc. Montyon.

(66) *Veneris xixª octobris.* — Sindici quatuor; — P. Levrerii, Burdignyn, C. Chicandi, Roget, Byollesii, Nanto, de Fonte, Vuarambert, P. Versonnex, Jo. du Soex, Leamon, Fusserii, B. Genodi.

(N. P. Versonnex.) —Visa peticione per n. Petrum de Versonnex facta occasione suorum molendinorum, fuit conclusum eandem peticionem in scriptis redactam consilio quinquaginario fore communicandam.

De domino de Fons, loquantur n. sindici domino nostro Gebenn. episcopo.

Ibidem et in quorum [supra] presencia, n. P. de Orseriis, Guigo Prepositi, Michael Nergaz et Henricus Pichon, sindici civitatis Gebenn.; admodiaverunt Jacobo Peyter, habitatori Gebenn., presenti etc., videlicet quandam cameram existentem in domo hospitalis Magdalenes, precio trium florenorum parvi ponderis, et hoc pro tribus annis incohandis die vigesima novembris proxime futuri, solvendorum terminis assuetis etc. Promictentes etc. Renunciantes etc. Actum ubi supra, presentibus quibus supra. Montyon.

Martis xxiijª octobris. — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Pichon; — Leamon, Jo. Mara, P. Fernex, Burdignyn, C. Chicandi, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Nanto, Vuarambert, Bertellier, Cartellier, B. Genodi, Bueti, de Fonte, P. Versonnex, P. Tacon, Levrerii.

Taxentur victualia, ne cariora venundentur in civitate [et] suburbiis ejusdem.

De illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo et principe petente Domum communem, actenta infirmitate qua detinetur, voto ipsius obtemperetur.

Omnes equos habentes, modo honestiori quo fieri poterit, exire obviam illu. domino Sabaudie duci[1] teneantur.

De vino venali et rebus in rotulo exaratis fiant cride.

(67) *Die Jovis xxvª octobris.* — Sindici quatuor; — n. P. Versonnex, Burdignyn, C. Chicandi, Jo. du Soex, Per. Peyrolerii, de Nanto, P. Levrerii, B. Vuarambert, B. Genodi, Cartellier, H. Fusserii, de Fonte.

De donis et muneribus fiendis tam illu. Sabaudie duci, i. d. comiti, quam ambassiatoribus regiis et Suycis, de proximo venturis[2], sermone facto, auditis prius astancium oppinionibus et votis, concluditur primo

[1] Philippe de Savoie, comte de Genevois, écrit d'Annecy, le 17 octobre [1515], à son « bon cousin » l'évêque Jean, que le duc « sera à Genesve le xxvᵉ de ce moys, pour le tracté de la paix d'entre le Roy et les Souysses. » — (Arch. de Genève, P. H., nº 898.)

[2] Le 29 octobre et jours suivants, les envoyés des Cantons eurent, avec les ambassadeurs français et le duc de Savoie, — ce dernier comme médiateur désigné par son neveu François Ier, — une conférence qui aboutit au traité de paix entre la France et les Ligues suisses, conclu le 7 novembre, à Genève (et non à Gênes, ainsi que le dit le *Catalogue des actes de François Ier*, t. I, 1887, nº 373). La ratification royale est datée de Milan, 24 décembre 1515. (E. A., t. III, 2me p., p. 927-933, 1398-1402. — Éd. Rott, *Histoire de la représentation diplomatique de la France auprès des Cantons suisses*, t. I, 1900, p. 214.)

donum esse fiendum dicto d. duci de duodecim facibus et xij olobostris dragie, equidem uno carlato malvatici muscadelli, cum duabus cocassiis ypocrati.

Illu. d. comiti, ejus fratri, detur medietas doni suprascripti.

Ambassiatoribus regiis, ypocratum et malvaticum ad discretionem n. sindicorum detur.

Equidem dominis de Ligua, ypocratum et malvaticum.

Fiat custodia extraordinaria et excubie tempore nocturno.

Veneris xxvja octobris. — Sindici quatuor, in conventu Fratrum Minorum Rippe ; — n. P. Versonnex, P. Levrerii, P. Fernex, Burdignyn, C. Chicandi, Vuarambert, B. Genodi, de Fonte, H. Pollerii, H. Fusserii, Borjali, de Nanto, P. Taconis, Jo. du Soex, Phi. Bertellier, Leamon, Jo. Taconis, Richardet, Bueti.

Fiat pavimentum in locis neccessariis in civitate commune concernentibus.

De ambassiatoribus regiis et Suycis in civitate existentibus, concluditur prout conclusum fuit.

Ut unusquisque vinum precio competenti et honesto vendere teneatur, fiant cride.

De nundenis et illarum restauracione, alloquantur n. sindici r. d. episcopum, qui, si res exigat, loqui dignetur illu. d. Sabaudie duci.

(68) *Die Sabbacti xxvija octobris.*

Anno Domini mo quingentesimo decimo quinto, indicione tercia cum eodem anno sumpta, et die vigesima septima mensis octobris, in claustro Sancti Petri, factis cridis etc., candela incensa et inde extincta, n. Petrus de Orseriis, Guigo Prepositi, M. Nergaz et Henricus Pichon, sindici et sindicario nomine tocius communitatis, admodiant nobili Petro Cornaz[1], presenti, tanquam plus offerenti, jus allarum civitati pertinens, cum dependenciis et pertinenciis solitis etc., et hoc per unum annum integrum, die vigesima nona incohandum et simili die finien-

[1] On conserve aux Archives de Genève deux parchemins manuscrits encadrés, contenant l'un et l'autre les tarifs des « peages appertenans en l'alle de la cité de Geneve. » Ils offrent au verso cette note en rouge : « Par le maistre des Elles Pierre Corne, l'an 1515. »

dum, anno prius revoluto, sub firma ducentum et nonaginta florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis etc. Promictentes ipse partes etc. Renunciantes etc. Actum in dicto claustro, presentibus ibidem egregiis Petro Levrerii et Petro de Quarro, testibus ad premissa astantibus etc. Montyon.

Ibidem et in quorum supra presencia, prenominati nobiles sindici admodiaverunt dicto nobili Petro Cornaz gribellum, cum suis pertinenciis etc., per unum annum incohandum ut supra, precio duodecim florenorum, solvendorum terminis assuetis. Cum promissionibus et renunciacionibus etc.; presentibus quibus supra etc.

Anno, loco, die et presentibus quibus supra, memorati nobiles sindici admodiaverunt platheam Burgiforis M. Machardi, presenti etc., per unum annum, dicta die vigesima nona hujus octobris incohandum etc., precio triginta duorum solidorum etc., solvendorum terminis assuetis. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

(Plathea Fusterie.) — Plathea Fusterie, anno, die, loco et presentibus quibus supra, admodiata extitit Petro de Cresto, presenti etc., precio quadraginta sex solidorum, solvendorum ut moris est, per unum annum, die xxviiij hujus incohandum etc. Cum promissionibus et renunciacionibus etc.

(S. Gervasii.) — Plathea Sancti Gervasii admodiata fuit Johanni Lechex, presenti etc., precio triginta solidorum, solvendorum terminis assuetis etc., per unum annum ut supra.

(D. Nostre.) — Plathea Domine Nostre pontis Rodani fuit admodiata n. Petro Anthonyo de Rippa, precio duodecim solidorum, solvendorum ut supra, cum parva carreria Palacii etc.

Die Martis penultima octobris, in conventu Rippe. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — n. P. Versonnex, Jo. Taconis, P. Levrerii, Byollesii, Peyrolerii, Cartellier, Roget, B. Genodi, Nanto, Leamon, Bueti, Vuarambert, Bertellier, P. Fernex, H. Pollerii, C. Chicandi, de Fonte, Fusserii, Richardet.

Monetus Giron efficitur designerius carrerie de Constance ; qui juravit in forma etc.

(69) Johannes Rubini et Berengier promiserunt stare ordinacioni n. sindicorum super eorum differencia etc.

Compellantur Johannes Vallet et gabellarii gabelle vini, ad satisfaciendum communitati de pecuniis per eosdem debitis etc.

De officiario per r. d. episcopum, ut fertur, deputato ad exhigendum penas in cridis descriptas, quia hec constitucio facta est in enervacionem franchesiarum civitatis, quas illu. et r. d. episcopus servare promisit illesas, eidem n. sindici loquantur, ut a ceptis desistat.

De domino Langini, qui burgenses civitatis, pro bonis in civitate existentibus talliabilibus et eidem, ut asserit, excheutis, coram consilio Chamberiaci traxit, concluditur quod fiat cedula appellatoria, et petant se remicti coram judice ordinario hujus civitatis.

Compellatur dominus Coudree per Johannem Vallet, exactorem introgii bossetarum, et gabelle vini exactores, si velint.

Consilium ordinarium die Veneris proxima celebrandum hora meridiana in conventu Rippe celebretur, ob commemoracionem mortuorum, pro quibus primum est exorare, ut a peccatis solvantur.

Die Veneris secunda novembris. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Versonnex, P. Levrerii, P. Fernex, S. Byollesii, H. de Nanto, de Fonte, Bueti, B. Genodi, Vuarambert, Richardet, Borjaly, Leamon, P. Taconis, Bertellier, C. Chicandi.

Exposuit nobilis consindicus Orsieres nonnullos Suycos ambassiatores, in civitate impresenciarum existentes, civitatis sindicos alloqui velle de facto nundenarum. Equidem bonum esse censetur, hac tempestate, visis rebus nunc occurrentibus, aliquod medium tenere pro nundenis habendis. Et ne in dies sibi et sociis negligentes fuisse in hujusmodi negocio improperetur, notifficant ea consilio ordinario, ut de modo tenendo unusquisque suum velit reserare votum. Super quibus conclusum est suprascripta illu. et r. d. episcopo per nobiles sindicos fore dicenda et communicanda.

Ab excubiis tempore nocturno fiendis nullus sit exemptus, et vadientur per civitatis vigilles qui sua temera[ria] audacia edicto contravenire presument.

De victualibus vendendis, pro nunc nichil concluditur.

(70) *Martis vj^a novembris.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Vuarambert, Jo. Balli, F. de Leamon, S. Praderii, P. Taconis, Fusserii, Nanto, B. Genodi, Richardet, Jo. Taconis, P. Fernex, Byollesii, Borjaly, Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Bertellier, de Fonte, P. Versonnex, Burdignyn.

Ille pedagogus rectori magno scolarum obedire teneatur, sub pena discipline scolastice.

Solicitare habeant n. sindici erga d. presidentem de Deyria, pro relacione habenda super licteris juridicionis ecclesie et episcopatus Gebennarum.

De minis illatis in personam cujusdam excubias facientis per Bochet, sumantur informaciones, et, si constet, capiatur et justicia ministretur.

(Mandatum.) — Fiat mandatum abbati Taconis de somma in rotulo per consindicum Pichon signato etc. — *(Levatum.)*

Veneris ix^a novembris. — Sindici quatuor in conventu Fratrum Minorum ; — P. Versonnex, P. Bertellier, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Nanto, Fusserii, Jo. Taconis, Roget, B. Genodi, Leamon, Cartellier, Vuarambert, Byollesii, Richardet.

De domino Coudree petente se eximi ab omnibus talleiis et vini introgio, occasione nonnullorum documentorum et jurium parte ipsius exhibitorum et coram suprascriptis perlectorum, quia non constat illorum jurium pretextu eundem fore exhemtum nec eximi debere a suprascriptis, concluditur neominus quod dictus dominus eligere velit duo fidedignos parte ipsius, cum duobus parte civitatis deputandis, qui quatuor concordes via amicabili id negocium conco[r]dent, si foret possibile.

De Paquet, feratur ordinacio modo quo describitur in foleo papiri.

Plus offerenti pratum civitatis, cridis factis, die crastina expediatur.

Consilio episcopali de patisserio, conquerente fuisse assignatum instante procuratore fiscali, dicente cridis contravenisse, loquantur n. sindici ne ultra formam cridarum molestetur.

(71) *Die Sabbacti x^a novembris.*

Admodiacio bossetarum.

Anno Domini m° quingentesimo decimo quinto, indicione tercia cum eodem anno sumpta, et die decima mensis novembris, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis cridis solitis, candela incensa et inde extincta, n.

et honorabiles Petrus de Orseriis, Guigo Prepositi, Michael Nergaz et Henricus Pichon, sindici civitatis Gebennarum et sindicario nomine ejusdem, admodiant et in admodiacionem tradunt egregio viro Glaudio Serventis, presenti, tanquam plus offerenti etc., videlicet introgium bossetarum cum pertinenciis solitis etc., cum honore et onere etc., et hoc per unum annum integrum, die duodecima hujus incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma quatercentum et quadraginta quinque florenorum auri parvi ponderis, solvendorum more debitorum fiscalium, terminis assuetis etc., in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis etc. Cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis. Presentibus ibidem nobili Petro Versonnex, Johanne Bernardi et Johanne Bueti, testibus etc. Montyon.

|| Admodiacio prati Pasqueriorum civitati seu communitati pertinentis.

Anno, indicione, loco et presentibus quibus supra, nobiles et honorabiles Petrus de Orseriis, Guigo Prepositi, Michael Nergaz et Henricus Pichon, sindici et sindicario nomine tocius civitatis, in claustro Sancti Petri Gebenn., candela incensa, cridis solitis prius factis, et inde extincta et penitus consumpta, admodiant et in admodiacionem tradunt Ludovyco Buctie, boyterio et burgensi Gebenn., presenti, tanquam plus offerenti etc., videlicet pratum Pasqueriorum civitati seu communitati pertinens, et hoc spacio et per tempus sex annorum, die duodecima aprilis proxime futuri incipiendorum et simili die finiendorum, annis prius revolutis, sub firma seu salario cujuslibet anni sexaginta duorum florenorum parvi ponderis, solvendorum in quolibet festo beati Michaelis archangelli in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis. Cum dampnis etc. Sub pactis et condicionibus in prima admodiacione Jacobo de Putheo facta, die duodecima aprilis anni millesimi quingentesimi decimi[1]. Promictentes etc. Renunciantes etc. Cum clausulis opportunis, que hic pro expressis habeantur. Montyon. ||

(Cancellata quia recusavit servare pacta in admodiacione Jacobo de Putheo dudum facta[2].)

[1] Ci-dessus, t. VII, p. 130-131.
[2] Note en marge.

Die Martis xiij^a novembris. — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Nergaz; — Leamon, P. Versonnex, P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, Nanto, Byollesii, Vuarambert, S. Praderii, Cartellier, Richardet, B. Genodi, de Fonte, P. Fernex, Borjaly, Bertellier.

Accedere debeant n. sindici ad consilium episcopale, facturi querimoniam de officiario noviter deputato per illu. et r. d. Gebenn. episcopum et principem, ut a ceptis desistat.

(72) *Veneris xvj^a novembris.*

Anno Domini m° quingentesimo decimo quinto, indicione tercia cum eodem anno sumpta, et die decima sexta novembris, in mis subsignati etc. constitutus personaliter egregius Glaudius Serventis, civis Gebenn., firmarius introgii bossetarum vini, constante admodiacione per me subsignatum recepta die decima dicti novembris, qui cavet de solvendo quatercentum et quadraginta quinque florenos per egregium Andream Vyennesii, presentem etc. Qui Serventis et Vyennesii, quilibet ipsorum principaliter et in solidum, promiserunt eorum juramentis etc., subque obligacione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium etc., sommam prescriptam terminis assuetis in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis solvere, more debitorum fiscalium exhigendam et recuperandam. Cum dampnis etc. Renunciantes etc., signanter juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem. Actum Gebennis apud Sanctum Petrum, presentibus n. P. de Orseriis, Guigone Prepositi et Henrico Pichon, sindicis civitatis Gebenn., hujusmodi caucionem acceptantibus, necnon egregiis Aymone Chambet et nobili Ludovyco de Lestelley, civibus Gebenn., testibus ad premissa astantibus etc. Montyon.

Die Veneris xvj^a novembris. — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Pichon; — P. Levrerii, Bertellier, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Nanto, Richardet, B. Genodi, S. Byollesii, de Fonte, Leamon, Jo. du Soex.

De Johanne Vallet, concluditur quod solvat sommam cc et septem florenorum communitati debitam, aut caveat de solvendo in qualibet nundena viginti quinque florenos parvi ponderis.

Eliguntur, per suprascriptos, procuratores Omnium Animarum pis-

sidis egregius Leamon et Vuarambert, qui consilio generali presententur die Dominica proxime futura.

De vino r. d. Lausanensis episcopi, concluditur quod nichil solvat; quia pertransit, non tenetur ad solucionem introgii.

Equidem de vino spectante et pertinente fratribus Pallacii et curato Villenove, quia pro eorum usu, nichil solvant de introgio, quia dictus curatus juravit vinum in suis vineis fuisse excretum etc.

Quia sumpte fuerunt informaciones contra hospites civitatis[1], concluditur easdem r. d. episcopo fore destinandas, cum lictera missiva parte civitatis etc.

Fiat mandatum magistro Matellini de somma descripta in rotulo per Pichon signato.

Nota quod Amedeus Chivillardi et Pactey vigil, loco magistri Machardi, promiserunt pro plathea Burgiforis solvere sommam triginta duorum solidorum, terminis assuetis, in manibus receptoris emolumentorum civitatis etc.

(73) *Die decima octava mensis novembris.*

Consilium generale ad sonum campane ut moris est celebratum extitit, pro rebus subscriptis et venda vini gictanda, et adherant in eodem venerandi d. Petrus Grueti et Petrus Goyeti, concanonici ecclesie S. Petri, pro venda vini etc., necnon n. P. de Orseriis, G. Prepositi, M. Nergaz, H. Pichon, sindici civitatis; — Phi. Cabelli, H. de Villeta, M. Bossuti, G. Vulliermoz, Jo. de Furno, Ny. Mory, P. Vallet, P. Mathieu, P. Paccocti, Jo. Crochet, G. Marchiandi, A. Rages, P. Rages, Ja. de Rua, P. Versonnex, P. Levrerii, P. Fernex, de Fonte, Bertellier, P.

[1] Des ambassadeurs d'Allemagne *(presertim Allemanie)*, se rendant auprès du duc de Savoie, avaient séjourné deux semaines à Genève, avec une suite nombreuse. Le 15 novembre, le vidomne et les syndics interrogent les hôteliers de la Tête Noire, de la Croix Blanche (à la Corraterie), du Lévrier, de l'Ours, de Saint-Georges, et quatre autres : la plupart répondent qu'ils ont demandé 15 à 20 sous par jour, pour un homme et son cheval. Quatre déclarent avoir remis aux commissaires ducaux, chargés du paiement, des pourboires *(pro eorum vino)* variant de 4 à 12 écus d'or. Les cinq autres disent que ces commissaires les ont obligés à compter plus d'hommes et de chevaux qu'ils n'en avaient réellement hébergé et se sont attribué ce supplément. L'un des commissaires était un noble Colombier. (Arch. de Genève, *Procès et Informations*, Ire série, nº 180.) — Cf. plus loin, p. 76 (4 déc.).

Fabri, A. Pitard, M. de Vineys, A. Bernardi, F. Cartellier, P. de Mussy, Jo. Georgii, Ja. Fabri, L. de Lestelley, P. Vindret, P. Pilliodi, B. Genodi, Chambet, Jo. Grossi, M. Spatule, Jo. du Soex, F. de Leamon, Vuarambert, P. Navis, S. Byollesii, de Fontana, P. Poterel, P. Macheret, Ja. Prophenat, L. Philippi, L. Peyrolier, Glaudius Serventis, Ny. Gentilis, de Boulo, Baptizardus Sept, M. Julliardi, Ny. carpentator, H. de Rages, Ja. Nepotis, G. Philippi.

In quorum supra presencia venda vini gitata fuit ad xij s.

Inherendo conclusioni in consilio ordinario novissime celebrato facte, per nobiles sindicos, coram suprascriptis et presentibus aliis civibus et burgensibus civitatis, organo consindici Orsieres, explicate, eliguntur et constituuntur procuratores Omnium Animarum pissidis egregius Franciscus de Leamon et honorabilis Bernardinus Vuarambert, cives Gebenn.

Et, quia petunt se eximi ab omnibus gabellis, talliis et imposicionibus per consimiles burgenses solvi solitis, conclusum consilio quinquaginario rem per eosdem petitam fore remictendam, pro cognicione fienda.

Audita querimonia per n. Petrum Versonnay facta, occasione molendinorum civitatis, consilio equidem quinquaginario impertitur licencia providendi.

De scannis, archibannis et rebus in Ripparia et stratis publicis existentibus et meatum et communia impedientibus, fiat provisio per consilium quinquaginarium, cui remictitur.

(74) *Martis xxª novembris.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon; — P. Versonnex, P. Levrerii, P. Fernex, Bertellier, Vuarambert, S. Byollesii, Borjaly, Leamon, Jo. Taconis, de Fonte, Jo. du Soex, Burdignyn, Fusserii, C. Chicandi, Richardet, Cartellier, Roget, B. Genodi.

(S. d. Grossi.) — De laudimio s. d. Grossi, conclusio facta maneat illesa, et detur pars dimidia laudimii.

Portitori porte Rodani, actentis paupertate, pena et laboribus, floreni duo pro hac vice dentur.

(Pro carpentatore civitatis.) — Carpentatori civitatis fiat una vestis livria civitatis vigillum more, quam gerere teneatur.

D. vicedompnus qui, ut fertur, nititur franchesias vyolare, evocetur ad Veneris et franchesias observare teneatur.

(Burgensis.) — Mauricius filius quondam Mermeti Baudi, de Bons, parrochie S. Leodegarii, laborator, burgensis effectus pro viij ff.

Die Veneris xxiij^a novembris. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — C. Chicandi, Richardet, Burdignyn, Leamon, Roget, Bueti, Borjaly, de Fonte, Cartellier, Taconis, B. Genodi, Bertellier, n. P. Versonnex, Levrerii, Jo. Taconis, Vuarambert, Byollesii, (Richardet).

(Burgensis.) — Bricius filius quondam Johannis Clavelli, parrochie Magdalenes, minuserius, burgensis effectus pro et mediantibus viij ff.

De Bauda, loquantur n. sindici episcopali consilio, quo justicie locus sit.

Prohibeatur ne per civitatem fiant ystorie in adventu d. de Brandis.

(Mandatum.) — Fiat mandatum forrerio moderno de Ulmo de somma v ff. et duorum solidorum cum tribus d., pro portu culcitrarum. — *(Levatum.)*

Consilium quinquagenarium, voto consilii generalis satisfaciendo, ad Martis proximam celebretur.

(75) Admodiacio prati Pasqueriorum civitati pertinentis, facta honestis viris Nycollao Alliodi et Petro Chatel, burgensibus Gebenn.

Anno Domini m° quingentesimo x° quinto, indicione tercia cum eodem anno sumpta, et die suprascripta vigesima tercia mensis novembris, in mis subsignati etc., constituti n. Petrus de Orseriis, Guigo Prepositi, Michael Nergaz et Henricus Pichon, sindici civitatis Gebenn., qui, sindicario nomine tocius communitatis, admodiant et in admodiacionem tradunt Nycollao Alliodi et Petro Chatel, burgensibus Gebenn., presentibus etc., videlicet pratum Pasqueriorum communitati pertinens, et hoc spacio et per tempus sex annorum hodie incohandorum et simili die finiendorum, annis prius revolutis, sub firma cujuslibet anni sexaginta duorum florenorum parvi ponderis solvendorum in quolibet festo Sancti Michaelis in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis, cum dampnis etc., sub condicionibus in admodiacione facta Jacobo de Putheo die duodecima aprilis m° quingentesimo decimo. Promictentes etc. Renunciantes etc. Actum in Domo communi et in aula in qua consilium celebrari solet, presentibus consiliariis supranominatis etc. Montyon.

Nota quod Ludovycus Buctiez, cui in claustro S. P. tanquam plus offerenti de dicto prato, facta extitit admodiacio, quictavit quibus supra presentibus pratum eidem admodiatum, cum sue facultatis non sit pacta et condiciones in dicta admodiacione descriptas observare.

Die Sabbacti xxiiij^a novembris, hora quarta post mediam noctem in Domo communi. Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, Leamon, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Byollesii, de Fonte, Bertellier, H. Pollerii, B. Genodi, Richardet.

Quia quidam N. ex servitoribus domini de Latrimollie partem formalem contra dominum de Fons facit et eundem capi et detineri requirit, justiciamque sibi ministrari, fuit conclusum quod capiatur et detineatur cum eodem nobili.

Consilium L^rium. — Martis xxvij^a novembris.

Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Versonnex, P. Levrerii, P. Fernex, S. Byollesii, H. de Nanto, Vuarambert, A. Millanoys, de Ulmo, Ja. Nepotis, Bertellier, H. Fusserii, Jo. du Soex, F. de Leamon, Grassie, Amiaulx, Chaboz, Chambet, Villiet, de Aqua Nygra, P. patisserius, P. Leta, P. Magistri, Megex, (76) Ny. Gentilis, Ja. Donzelli, Baptizardus Sept, Ja. Frojon, M. Plonjon, Jo. de Poste, Le Bastier, P. Rosset, F. Galliardi, Migerandi, Jo. Vallet, B. Genodi, Jo. Nycodi, (Megex,) Jo. Bueti, Cadodi, Jo. Fabri, de Pilleo Rubeo, Jo. Bernardi, de Bosco pellipparius, C. Chicandi, Ja. Bel, F. Cartellier, Lullini, A. Peyrolerius, P. Poterel, H. Bochuti, G. Genodi, A. Chaveni.

(Burgensis.) — Anthonius filius quondam Michaelis Chaveni, de Mollia, condurerius, parrochie S. Crucis, burgensis pro viij ff.

Egregius F. de Leamon et Bernardinus Vuarambert, electi procuratores Omnium Animarum pissidis per generale colloquium, fuere per suprascriptos confirmati, et procure officium per triennium excerceant et ulterius dum benefecerint et consilii generalis fuerit voluntatis.

De clavario seu penarum exactore, donec proviso, n. sindici suum excerceant officium.

Dominus vicedompnus franchesias civitatis per ipsum juratas de puncto ad punctum servare teneatur illesas, conclusionibus precedentibus de eodem factis inherendo.

De scannis et archivis fabricatis in prejudicium reipublice, fuit conclusum licteras super hoc confectas fore observandas.

Redditis pecuniis ho. Jo. du Soex debitis, restituat molendina noviter edifficata; quod facturum se obtulit.

(N. P. Versonnex.) — Negocium n. P. Versonnex ordinario consilio remictitur discussiendum pro electione fienda etc., et via amicabili, si foret possibile, terminetur.

De victualibus taxandis, consilio equidem ordinario remictitur.

Quatuor vigilles ebdomadarii fuere soluti aliorum more etc.

(77) *Die Veneris ultima novembris.* — Sindici : P. Orsieres, Nergaz, Pichon ; — Leamon, P. Levrerii, P. Versonnex, S. Byollesii, C. Chicandi, Bueti, Bertellier, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Nanto, Vuarambert, Richardet, B. Genodi.

De clavario seu penarum exactore eligendo, ad Martis remictitur, quo interim n. sindici suum reddant debitum erga signanter revenditrices victualiaque vendenda, ne harum occasione respublica detrimentum paciatur.

(Electio hinc inde.) — Ut controversia existens inter n. sindicos et communitatem ex una, et n. Petrum de Versonnay ex alia, ad causam molendinorum, que, ut asserit, suo super aque cursu sunt fabricata, via amicabili terminetur, pro parte n. sindicorum et consilii eliguntur s. d. Petrus Millieti, egregius P. Levrerii et consindicus Nergaz; pro eodem n. Petro, s. d. Sucheti, d. vicedompnus et P. Montyon.

Die Martis 4ª decembris. — Sindici quatuor ; — P. Fernex, Burdignyn, Byollesii, Leamon, Vuarambert, Nanto, Bertellier, de Fonte, Levrerii, C. Chicandi, Cartellier, B. Genodi, Jo. du Soex, Richardet, Roget, Bueti.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Gervasii Meyrini, clericus, parrochie Sancti Gervasii, burgensis effectus pro et mediantibus viij ff.

(Burgensis.) — Amedeus filius quondam Humberti de Furno, alias Pilliodi, hospes, de Avuyson, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

De hospitibus contra quos sumpte fuere informaciones, justicia ministretur.

Procedatur via juris in causa Paqueti, et admictantur articuli parte fisci producti novissime.

Bona mobilia in exequucione levata vicinis propinquioribus custodienda remictantur, et in expedicione servetur consuetudo ab evo observata.

De n. Petro Versonnex, ad Veneris remictatur et inde fiat electio etc.

(78) *Die Veneris vijª decembris.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Leamon, P. Versonnex, Levrerii, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, S. Byollesii, Nanto, de Fonte, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Jo. du Soex, d. vicedompnus, Ducis.

(Vestis.) — Cride civitatis una vestis detur livria civitatis aliorum vigillum more, pro hac vice dumtaxat.

(De Paquet.) — Quia Oddetus Paquet appellavit et appellacionem imposuit a sentenciis seu ordinacionibus per n. sindicos, causarum criminalium judices, a quibus nunquam visum fuit appellasse, quod cedit in enervacionem libertatum, privilegiorum et franchesiarum civitatis Gebenn., conclusum fuit dictum Paquet fore borgesia privandum, et quem ex nunc privant equidem omnibus emolumentis communitati pertinentibus, et pro non burgensi habeatur et teneatur ab inde.

(Electio.) — Loco consindici Nergaz et Levrerii, eliguntur honorabiles Franciscus Cartellier, Borjaly seu Jo. Mara.

(Pro d. Grossi.) — Domino Grossi pro viginti florenis fiat laudimium de re de feudo civitatis movente.

Intrentur thesaurario contenta in rotulo signato per Pichon, etc. — *(Levatum.)*

Die Martis xjª decembris. — Sindici : G. Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, S. Byollesii, de Nanto, Bueti, Fusserii, Burdignyn, Richardet, Bertellier, C. Chicandi, Roget, Leamon, Cartellier, Vuarambert, P. Versonnex, du Soex.

De hospitibus civitatis, non se immisceant n. sindici nec contra eosdem instare habeant.

De domino vicedompno, concluditur ut in precedentibus conclusionibus.

Fratribus Palacii et Magdalenes, unicuique ipsorum floreni duo dentur.

Oddetus Paquet renunciet sue appellacioni, si velit; postquam, si quicquam proponere velit, consilio ordinario remictatur.

(Burgensis.) — Glaudius filius quondam Johannis de Nanto, de Bona, excofferius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis efficitur pro viij ff.

(79) *Die Veneris xiiij^a decembris.* — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon; — P. Versonnex, Leamon, Levrerii, C. Chicandi, Jo. Bueti, Fusserii, Byollesii, Borjaly, (F. de Leamon,) Nanto, de Fonte, Richardet, B. Genodi, Bertellier, Roget, Cartellier, Burdignyn.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Anthonii Neynens[1], excofferius, parrochie Magdalenes, pro viij ff. burgensis efficitur.

(Burgensis.) — Hugoninus filius Leodegarii Quey, de Champel, condurerius, parrochie Sancti Germani, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Glaudius filius quondam Henrici Neyrodi, tissoctus, parrochie Sancti Germani, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Honorabilis vir Mathias filius Francisci Andryonis, de Caburro, drapperius, burgensis pro viij ff.

Evocetur consilium quinquaginarium, an velint potestatem dare consilio ordinario se compromictendi in differencia existente inter n. sindicos et communitatem ex una, et n. P. Versonnex ex alia, occasione molendinorum civitatis etc.

Mandatur thesaurario quod solvat Michaeli Lyonardi, vigilli, florenos sex, quia portitor consilii, ut moris est.

Fiat mandatum vigillibus suis pro stipendiis termini festi Nativitatis Domini de somma videlicet lxiij ff. parvi ponderis.

Lictera missiva n. sindicis et consilio transmissa parte illu. et r. d. episcopi pro facto Paquet communicetur episcopali consilio.

Du berland, loquantur n. sindici dicto consilio et tollatur, ne scandalla oriantur quibus obviare, justicia suadente, phas est.

Cousilium Lrium. — Die Martis xviij^a decembris.

Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon; — n. P. Versonnex,

[1] Meynens, dans sa lettre de bourgeoisie. (Portef. VI.)

P. Levrerii, C. Chicandi, H. de Nanto, A. Millanoys, Bueti, Fusserii, Richardet, Ja. Nepotis, Bachodi, L. Ramel, S. Byollesii, Ny. Gentilis, Danelli, G. Curti, A. patisserius, Porralis, La Tire, Leamon, Vuarambert, Bessonet, Le Rosset, Jo. Sept appothecarius, B. Genodi, Roget, Jo. Bernardi, Poujalis, de Pileo Rubeo, Lullini, P. Leta, (80) Chambet, Jo. de Poste, (Ja. Nepotis,) Chabodi, Jo. Fabri, Bertellier, Magistri, P. Poterel, de Ponte, espinguerius, de Nemore pellicerius, Le Picard, de Cresto, Jo. du Soex, Ballon, Cadodi, G. Philippi, Megex, G. Genodi, F. barbitonsor.

(Contra dominum Langini.) — Visa et perlecta lictera missiva egregio de Fonte destinata per procuratorem de Bona, occasione retencionis cause existentis inter n. et potentem dominum Langini, ex una, et Rossetos, burgenses civitatis, ex alia, coram Chamberiaci consilio, quia peticio per dominum Langini facta concernit bona infra civitatis limites existencia in prejudicium franchesiarum hujus civitatis, pro quarum manutencione fuit conclusum quod interponatur appellacio coram auctentica persona, nomine dictorum Rossetorum, et prosequatur sumptibus civitatis.

(Licencia u. sindicis impertita.) — Impertitur licencia n. sindicis se compromictendi in electos inibi nominatos in differencia existente inter eosdem n. sindicos et communitatem, ex una, et n. Petrum Versonnex, ex alia, occasione molendinorum noviter parte civitatis edifficatorum etc., dantes potestatem sex arbitris electis pronunciandi hinc ad festum proximum Purifficacionis beate Marie. Cui pronunciacioni partes ipse obtemperare teneantur, sub pena quinquaginta scutorum auri cugni regis ad solem, applicandorum hospitali pestiffero per partem ordinacioni obtemperare recusantem etc.

Fiat mandatum Guiocto Rolandi de somma in rotulo descripta etc.

Die Veueris xxj^a decembris. — Sindici: P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon; — P. Versonnex, P. Levrerii, Burdignyn, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Borjaly, Genodi, Nanto, de Fonte, Vuarambert, Richardet, (B. Genodi,) Leamon, Bueti, (de Nanto).

(Du berland.) — Continuentur injunctiones facte contra n. de Lompnes, ut desistat a berlando et vita lubrica et ludis tacillorum et sortis, scandallis ut obvietur.

De domino vicedompno, concluditur ut conclusum extitit et observentur per eundem franchesie jurate per eundem.

N. et potens dominus de Brandix admictatur in consiliarium hujus civitatis.

(81) *Die Martis vigesima quinta decembris*, in honorem festi Nativitatis Domini, consilium ordinarium non fuit celebratum.

Veneris xxviij^a decembris. — Sindici quatuor; — n. et p. d. de Brandix, F. de Leamon, Levrerii, P. Fernex, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, B. Genodi, Roget, Byollesii, Nanto, Richardet, Cartellier, P. Versonnex, Bertellier, Borjali.

De Peroneto, mugnerio, sermone facto, concluditur quod, alio non edocto, nichil fiat contra eundem.

Die Martis prima anni, ob Circoncisionem Domini, non extitit tentum consilium ordinarium.

ANNI MUTACIO
IN ANNUM MILLESIMUM QUINGENTESIMUM DECIMUM SEXTUM.

Veneris quarta januarii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, F. de Leamon, P. Versonnex, Roget, Burdignyn, Jo. du Soex, Fusserii, de Fonte, Jo. Tacon, Vuarambert, Cartellier, B. Genodi, C. Chicandi, Bertellier, Nanto, S. Byollesii, Richardet.

(Burgensis.) — Petrus[1] filius quondam Jaquemeti de Bastidis alias Magistri, de Thonnex, laborator, parrochie S. Germani, burgensis pro viij ff.

(Thesaurarius civitatis.) — Unusquisque in burgensem admissus, in creacione sue borgesie, florenos duos in promptu in manibus thesaurarii civitatis solvere teneatur, edictum jam super hiis factum, ut fertur, sectando, inviolabiliter observandum.

[1] Philibertus, dans sa lettre de bourgeoisie, qui le qualifie (au verso) : affanator. (Portef. VI.)

(Burgensis.) — Glaudius filius quondam Glaudii de Rua, de Balleyson, condurerius, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

(82) *Die viij^a januarii, Martis.* — Sindici : G. Prepositi, Nergaz, Pichon ; — n. H. de Burdignyn, P. Versonnex, Levrerii, P. Montyon, C. Chicandi, Bueti, Roget, Nanto, Lyonardi[1], Richardet, Cartellier, Bertellier, B. Genodi, Jo. Taconis, Jo. du Soex, G. Roget.

(Burgensis.) — Nobilis Jacobus filius quondam n. Humberti de Syonczie, condominus Nemoris, burgensis admissus pro iij scutis cugni regis ad solem.

Visitentur jura parte Petri Guectz exhibita, quorum vigore asserit esse franchum ab introgio vini et aliis tributis, et, juribus visis, fiat relacio.

(Pro n. Petro Versonnex.) — In quorum supra presencia, n. Petrus Versonnex, ad hodie remissus pro compromisso fiendo, se obtulit nunc suos exhibere arbitros, dicens per se non stare nec stetisse quominus compromissum suum non sorciatur effectum. Et de hiis testimoniales etc.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Jo. Taconis de somma in rotulo descripta. — *(Levatum.)*

(D. C. Magni.) — De d. Carolo Magni, petente solvi expensas in curia Viennensi contra dominum procuratorem fiscalem episcopatus factas, occasione canoneriarum etc., fuit conclusum quod solvantur expense pro quibus monitus est, et causa reassumpta, loquantur n. sindici d. episcopo.

Veneris xj^a januarii. — Sindici : G. Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, P. Fernex, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Nanto, Richardet, Vuarambert, Leamon, Byollesii, P. Taconis, Cartellier, B. Genodi, Bertellier, de Fonte.

Muniatur cappella scole hujus civitatis omnibus ornamentis neccessariis et aptis ad missas celebrandas, dempto calice et patina.

Hiis qui pulverem collobrine fecerunt condigna de labore fiat satisfacio, meliori modo quo fieri poterit.

[1] Erreur de plume du secrétaire : la dernière mention du conseiller Antoine Lyonardi remonte au 3 août 1515, et il mourut avant le 7 septembre. (Ci-dessus, p. 51, 58.)

Compellantur debitores ad solvendum pecunias communitati debitas, more debitorum fiscalium.

De domino Carolo Magni, quia illu. et r. dominus episcopus est absens a civitate, loquantur n. sindici domino de Sainct Raval, et de expensis pro quibus fuit monitus fiat satisfacio.

(83) *Martis xv^a januarii.* — Sindici : G. Prepositi, P. Orsieres, Pichon ; — de Fonte, Cartellier, Borjaly, Leamon, P. Levrerii, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Richardet, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, (Borjaly,) Nanto, Vuarambert, Bertellier.

(Burgensis.) — Aymo filius quondam Johannis de Nanto, de Fillingio, excofferius, parrochie Sancti Germani, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Hugonini Ruyn, de Turre, excofferius, parrochie Magdalenes, burgensis effectus pro viij ff.

Detenta mulier in castro Insule respondeat, et responsione audita, justicia ministretur.

Pro cadrante bovis lingua non solvantur, et, querimoniis quorumdam auditis, loquantur n. sindici episcopali consilio.

Veneris xviij^a januarii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Pichon ; — F. de Leamon, P. Levrerii, S. Byollesii, H. de Nanto, de Fonte, Cartellier, Roget, Jo. du Soex, Bueti, Fusserii, Borjaly, B. Genodi, P. Versonnex, Burdignyn, Vuarambert, C. Chicandi.

(Burgensis.) — Egregius vir Petrus filius quondam Johannis Marchiandi, de Lausana, notarius, burgensis effectus pro x ff.

(Intrentur thesaurario.) — Intrentur thesaurario contenta in rotulo per ipsum exhibito et signato[1], ad causam artillierie empte a venerabilibus religiosis Sancti Victoris.

(De intretis.) — Intrentur eidem sex floreni cum dimidio soluti quondam Evernaux, si non fuerint intrati in suis computis per illorum auditores.

De predicatoribus Palacii et Rippe alternative servientibus communitati, ne interrupcio fiat et locum alternativa habeat, loquantur n. sindici dominis de cappitulo.

[1] La somme est de 1157 fl. 11 s. *(Comptes de la Communauté,* n° 17, fol. 26, article 30.) — Cf. ci-dessus, p. 39 (29 mai 1515).

(84) *Die Martis xxij^a januarii.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, Leamon, de Fonte, Roget, S. Byollesii, Jo. du Soex, Richardet, Bueti, Nanto, C. Chicandi, Burdignyn, Vuarambert, Cartellier, Borjaly, Bertellier, B. Genodi, Fusserii.

De pascuis civitati in parte pertinentibus que h. Jo. du Soex pro utilitate reipublice et hospitalis pestifferi petit dari hospitali, fuit conclusum, quia sunt jura regalia, loqui debere illu. et r. d. Gebenn. episcopo.

Jura et instrumenta per Petrum Guectz exhibita tradantur visitanda d. considico Prepositi, Byollesii et de Fonte, et visitatis, refferant, etc.

Deputetur procurator in causis civilibus, tempore et loco.

De Allemanis mercatoribus in hac civitate moram trahentibus, fuit conclusum quod per quemque eis gratum exhortentur ut hospitali pestiffero velint auxilio esse et manus porrigere adjutrices.

Veneris xxv^a januarii. — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, Fusserii, C. Chicandi, Bueti, Roget, Jo. du Soex, Byollesii, Borjaly, Burdignyn, Nanto, de Fonte, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Cartellier, Leamon.

De Petro de Joex petente claves domus de qua disceptatur, fuit conclusum quod, ordinacione lata, restituantur claves cui veniunt restituende.

Rescribatur illu. et r. d. Gebenn. episcopo in favorem domini Caroli Magni.

Mandatur thesaurario quod solvat Guiocto Rolandi sommam in rotulo descriptam.

Fiat mandatum thesaurario quod solvat Glaudio Bessonet contenta in rotulo etc.

Equidem dicto Guiocto Rolandi sommam in alio rotulo descriptam etc.

Crida communis solvat residuum pecuniarum civitati debitarum.

(Mandatum.) — Solvat thesaurarius appothecario contenta in rotulo[1].

(85) *Die Martis xxix^a januarii.* — Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Vuarambert, Ro-

[1] Mandat de 257 fl., 7 s., 6 d., payé à Michel du Pan. *(Comptes de la Communauté,* n° 17, fol. 26, article 35.)

get, Cartellier, Borjaly, Richardet, Fusserii, Byollesii, Nanto, Jo. du Soex, Levrerii, Leamon, Bertellier, B. Genodi, P. Versonnex.

N. P. de Orseriis, Michael Nergaz et Henricus Pichon substituunt in causis civilibus videlicet egregium Guigonem Prepositi, presentem etc.

(Mandatum.) — Fiat mandatum thesaurario quod solvat Philiberto Bertellerii sommam in rotulo descriptam pro causis in eodem descriptis. — *(Levatum.)*

(E. Prepositi.) — De pecuniis per egregium Prepositi in causa Paqueti mutuo concessis, fuit conclusum solvi debere per civitatis thesaurarium.

(N. P. Versonnex.) — Quia n. Petrus Versonnex nonnullos testes ad futuram rei geste memoriam examinari facere intendit per Prophenat, eidem pro adjuncto Chambet detur cum interrogatoriis.

(Burgensis.) — Symondus filius quondam Roleti Guect, mugnerius, de Marlens in Fabricis, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro et mediantibus viij ff.

Visa relacione, n. sindici pronunciaverunt ut in eadem continetur.

Consilium Lrium. — Die Veneris prima februarii.

Sindici : P. Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon ; — P. Levrerii, Leamon, P. Versonnex, Bueti, Nanto, Jo. du Soex, Richardet, C. Chicandi, Burdignyn, Navis, de Ulmo, Bachodi, Jo. Frojon, H. pictor, Jo. Nycodi, de Ponte, de Fonte, Chambet, F. barbitonsor, P. Mathieu, A. patisserius, P. Tacon, de Poste, Millanoys, P. Magistri, de Bosco, Serventis, Le Rosset, Grassie, Chabodi, G. Megex, Ly. Boytet, P. expinguerius, Poujalis, Cadodi, de Cresto, Bessonet, (Magistri,) Bochuti, Byollesii, S. Arnaudi, Lullini, A. peyrolerius, Troctier, Porralis, Jo. Sept, Loys Bec, Ja. Nepotis, Bertellier, P. Leta, Vuarambert, Cartellier, Jo. Valleti, Jo. Bernardi, Fusserii, B. Genodi, (Megex).

Electio sindicorum facta extitit per supranominatos, et fuere electi in rotulo nominati, ut moris est.

Prohibeatur patisseriis, pro bono reipublice, ne liba vendere habeant etc.

Vigilles ebdomadarii cum portitore fuere soluti.

(86) *Consilium generale tentum extitit die 3ª februarii,* ad sonum grosse campane, pro sindicorum electione et creacione fienda, et interfuerunt subnominati in eodem :

N. P. Orsieres, G. Prepositi, M. Nergaz, H. Pichon ; — P. Magnini, G. Marchiandi, R. Fores, S. Arnaudi, A. Chanalis, L. Bec, M. Ardi, Jo. Morelli, G. de Rua, A. Manget, F. Fabri, A. Fabri, P. Jaquerii, Ro. de Ponte, Jo. Charle, P. du Crest, P. Navis, P. Grassie, P. Villiet, H. Fusserii, P. Basset, M. Communie, Jo. Machard, G. Genodi, M. Bochuti, L. Suchardi, P. Fabri, P. de Prato, Ja. Frojon, de Ulmo, G. Se[r]ventis, Jo. de Poste, P. Poterel, Jo. Chatel, G. Cadodi, G. Cohendet, P. Magistri, Ja. Berjerat, de Porta, Ja. Panissodi, G. de Prato, A. Destrata, N. Tissocti, H. de Nanto, Ja. de Syonzie, G. Rolandi, G. Massuerii, G. Destrata, G. Richardet, (G. Masuerii,) (G. Destrata,) Phi. Fornerii, G. Lespa, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. de Nanto, B. Sapientis, L. de Monte, P. de Villa, G. Symondi, F. Brot, H. Bochuti, A. Pitard, Jo. Frochet, A. Millanesii, F. Troctier, L. Patesii, G. Dentant, G. Cristini, Jo. du Soex, S. Byollesii.

N. P. de Orseriis, Franciscus de Leamon, Hugoninus Burdignyn et Franciscus Cartellier fuere sindici creati per supranominatos et plures alios, cum potestate substituendi, ut moris est. Qui juraverunt in forma etc.

Die Martis quinta februarii. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — G. Prepositi, P. Tacon, C. Chicandi, Jo. Bueti, Jo. Balli, Jo. Taconis, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Levrerii, Borjali, Byollesii, Nanto, de Fonte, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi, P. Fe[r]nex, Fusserii, d. de Brandix, Nergaz, (Roget).

(Carronerius.) — Carronerius tempus in admodiacione descriptum et prefixum perficiat, et civitati solvat sommam in admodiacione descriptam.

Hora assueta consiliarii in consiliis se reperire debeant, et post exposicionem in eisdem consiliis de rebus occurrentibus factam, seu post oppinionem per primum consiliarium prolatam, consiliarii intrantes suis priventur solidis, et edictum hujusmodi abinde servetur illesum.

De patisseriis, ad Veneris sermo fiat.

Equidem de consiliii reformacione fienda, ad Veneris remictitur.

(87) *Die Veneris viijª februarii.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — Prepositi, C. Chicandi, Bueti, Peyrolerii, Fus-

serii, Jo. du Soex, Roget, M. Nergaz, Bertellier, Pichon, Byollesii, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, P. Versonnex, Jo. Taconis, Levrerii, Jo. Mara, Richardet.

(Lxxx ff. Laudimium d. Ronzerii, vide instrumentum.) — De laudimio venerabilis viri domini Ronzerii, quia civitati servire potest, ideo quarta pars detur, conclusione de hujusmodi laudimio facta non obstante. — Solvit[1] de hujusmodi laudimio decem ff.

Visitacio piscium commictitur Anthonio Millanesii et Stephano Pecolat seu Jacobo Nepotis.

Detentus in Insula et per consindicum Leamon post solis occasum captus examinetur, causante rebellione, ut asseritur, contra eundem et officiarios facta.

De itinere de quo conqueritur n. et egregius Petrus Monaton, fuit conclusum quod visitetur et inde provideatur.

Fiat pavimentum Ripparie per magistrum Machardi.

In causa Rossetorum, quia dominus Langini petit duas domos infra civitatis limites situatas, interponatur appellacio et fiat cedula per dominum Millieti.

Martis xij[a] februarii. — Sindici quatuor ; — P. Versonnex, G. Prepositi, C. Chicandi, Jo. Bueti, Peyrolerii, Jo. Taconis, M. Nergaz, Pichon, P. Levrerii, Bertellier, Vuarambert, Richardet, de Fonte, Roget, Byollesii, Nanto, B. Genodi, Jo. du Soex.

Pro piscium visitacione deputantur A. Millanoys et Ja. Nepotis. Qui juraverunt in forma etc.

De Johanne Coste conquerente de illicitis exactionibus eidem per dominum vicedompnum, ut asserit, factis, fuit conclusum quod n. sindici loquantur eidem, querimoniis prius per eundem Costaz in scriptis redactis dicto vicedompno reserandis etc.

Fiant cride visitande ad Veneris proximam in consilio ordinario.

Nichil pro nunc rescribatur illu. et r. d. Gebenn. episcopo.

(Mandatum.) — Mandatur thesaurario quod solvat Anthonio Milla-

[1] Addition postérieure, d'une autre encre.

noys triginta solidos pro piscium visitacione anni novissime lapsi. — *(Levatum)*[1].

(88) *Die Veneris xv[a] februarii.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, G. Prepositi, P. Fernex, C. Chicandi, Jo. Bueti, Fusserii, Roget, M. Nergaz, Pichon, Borjaly, Byollesii, de Fonte, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Nanto.

Non procedatur ad reedificacionem terralium Sancti Gervasii pro nunc, quoniam defficiente causa defficit effectus.

Examinetur revenditrix in castro Insule detenta, et justicia ministretur.

(Relacio.) — Retulerunt Spatule et Guyot, carpentatores, visitasse domum per Le Guermoz acquisitam a Jo. Lec, et taxasse valere vij[xx] ff. eorum juramentis etc.

In differencia existente inter n. sindicos et communitatem hinc, et n. et potentem dominum Coudree petentem se eximi ab omnibus gabellis et imposicionibus etc. inde, quia ipse dominus Coudree certa produxit jura, fuit conclusum eadem fore communicanda s. d. Grossi et Millieti, et in juris corpore videant an ipse dominus Coudree, suorum assertorum jurium vigore, sit exemptus ab introgio vini solucioneque gabelle et hujusmodi etc.

Melius enim est peccare in tempore quam jure, ideo quousque pena fuerit declarata, supersedeatur in cridis fiendis.

Die Martis xix[a] februarii. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Cartellier ; — Prepositi, Levrerii, P. Fernex, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Peyrolier, Fusserii, Jo. du Soex, s. d. Chivallerii, Roget, M. Nergaz, Pichon, Byollesii, Borjaly, Nanto, de Fonte, Vuarambert, Loys Ramel, B. Genodi.

De fonte fieri petito per honorabilem Johannem Ramelli, quia fons videtur esse neccessarius pro reipublice utilitate, ideo eidem impertitur licencia quoad concernit commune, et reperiatur conductus per quem olim aqua labi solebat.

[1] Vingt-neuf mandats de cette année, jusqu'au 6 février 1517, sont portés au compte (du 3 février 1516 au 8 février 1517) de Louis de Lestelley, receveur général. *(Comptes de la Communauté,* n° 18, fol. 23 v°-26.)

De debatis et excessibus, concluditur quod sumantur informaciones, et sumptis, hii qui fuerunt jurgiorum promotores capiantur et justicia ministretur.

Relaxetur uxor de Trentecoste, actenta infirmitate qua detinetur, et reperiantur informaciones contra eandem sumptas.

Loquantur n. sindici Guilliermo Curti pro piscibus cuidam piscatori admotis et captis occasione, ut asseritur, privilegiorum ale.

(89) *Jovis xxj^a februarii.* — Sindici quatuor : — P. Versonnex, Levrerii, P. Fernex, Jo. Mara, Peyrolerii, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, M. Nergaz, Nanto, de Fonte, H. Pichon, Vuarambert, H. Pollier, Richardet, Borjaly, Bertellier, Prepositi, Bueti, Leamon, (Fusserii,) Jo. Balli, Loys Ramel, G. Genodi, s. d. Carolus Millieti.

Audita responsione per n. et potentem dominum Coudree n. sindicis facta, cujus resolucio talis est, quod, vigore suorum assertorum privilegiorum, vult esse exemptus ab introgio vini et a solucione gabelle etc., nec quicquam de ipsis diminuere, quinymo illa inconcusse et inviolabiliter observari facere etc., fuit conclusum, majorem sectando oppinionem, quod juribus et privilegiis per ipsum exhibitis non obstantibus, que ad rem non faciunt, prout de jure s. d. Carolus Millieti, utriusque juris doctor, se obtulit manutenere, quod solvat civium et burgensium more; et id videtur racioni et equitati congruum. Et talis eidem fiat responsio.

Die Veneris xxij^a februarii. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, Bueti, Fusserii, Roget, M. Nergaz, Nanto, B. Genodi, Byollesii, Prepositi, Richardet, Jo. Mara, H. Pichon, de Fonte, H. Pollier, Bertellier, P. Versonnex, Jo. du Soex, (S. Byollesii).

De domino Coudree, qui recusat solvere introgium vini et gabellam, ad Martis proximam fiat conclusio fiat.

De domino Langini, quia traxit nonnullos cives in causam coram sublimi Chamberiaci consilio, occasione domorum in civitate existencium, et pendit causa ad respondendum posicionibus contra civitatis franchesias et in enervacionem earundem, fuit conclusum quod n. sindici loquantur eidem, et respondeatur posicionibus, ne pro confessis habeantur.

Detur d. Carolo Millieti duo scuti cugni regis ad solem, pro pena habita contra dominum Coudree, asserentem se fore exemptum a gabella et ab introgio vini.

(90) *Martis xxvj^a februarii.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Versonnex, P. Montyon, P. Fernex, Jo. Mara, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, B. Genodi, Vuarambert, Roget, Jo. Taconis, Jo. du Soex, Richardet, Bertellier, Pichon, Byollesii, Nanto, de Fonte, Peyrolier, Fusserii, Levrerii.

Vinum existens in ala per Johannem Valleti olim introgii vini exactorem levatum, quod spectat et pertinet domino Coudree, quia ipsum introgium solvere recusat, fuit conclusum quod, instante dicto Valleti, citetur dominus Coudree visurus expedicionem dicti vini, quoniam servando servari non potest.

De predicatore existente et dietim predicante in ecclesia parrochiali Magdalenes, fuit conclusum, ad obviandum scandallis, quod desistat a predicacione et amplius predicare non habeat, et instare habeant n. sindici erga r. d. vicarium ut id fiat, cui pertinet fructuosam dare provisionem. Et in casum recusacionis, evocetur consilium generale ad sonum campane pro conferencia habenda super hujusmodi negocio.

Ducentum et quinquaginta floreni dentur domino de Brandis, et illos acceptare habeat pro utilitate confratrie Heucaristie Christi, in forma debita.

Serventur statuta scole, ut assuetum est.

Die Mercuri xxvij^a februarii. — Sindici: P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — s. d. Chivallerii et Carolus Millieti; — P. Versonnex, P. Fernex, Peyrolerii, M. Nergaz, Nanto, Byollesii, de Fonte, Roget, H. Pollerii, Jo. du Soex, Jo. Taconis.

De predicatore presbitero in parrochiali ecclesia Magdalenes predicante, fuit conclusum et ordinatum conclusionem herina die factam fore servandam.

Die Veneris ultima februarii. — Sindici: H. de Burdignyno, P. Orsieres, Leamon, Cartellier; — P. Versonnex, Prepositi, P. Fernex, P.

Taconis, Jo. Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, M. Nergaz, H. Pichon, Byollesii, Borjaly, Nanto, de Fonte, Richardet, B. Genodi, Levrerii, Ducis.

Fiat querimonia r. d. vicario per n. sindicos de predicatore predicante in ecclesia parrochiali (91) beate Marie Magdalenes, dicente populum Gebenn. fore stolidum, et supplicent de eodem justiciam ministrari.

N. sindici, nonnullis de consilio associati, accedere debeant ad r. d. episcopum Maurianensem, exorando ut dare velit in mandatis suo suffraganeo ut hujusmodi quadragesimali tempore et quadragesima durante predicare et Dei verbum populo nunciare velit, et opus ceptum et laude dignum perficere in Dei laudem et sui honoris augmentum velit, ne equidem predicacionis deffectu scandallum oriatur in populo.

Negocium h. Henrici Pichon commictitur visitandum egregio Levrerii et Nergaz, et ad Martis refferendum.

De magistro scole, servetur conclusio facta novissime.

Fiat mandatum Johanni Ballardi de somma in duobus rotulis per Pichon signatis descripta.

Mandatur thesaurario quod solvat Moneto Bessonet sommam in rotulo descriptam.

De Paquet, feratur ordinacio per n. sindicos posicionem esse respondendam, que ut preest lata extitit.

Die Martis quarta marcii. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, F. Cartellier; — G. Prepositi, Levrerii, P. Versonnex, Jo. Mara, C. Chicandi, Bueti, Peyrolerii, Jo. du Soex, Bertellier, G. Genodi, Roget, M. Nergaz, Pichon, Byollesii, Borjaly, Nanto, de Fonte, Vuarambert, Richardet, (G. Genodi).

Citetur dominus Coudree instante Johanne Valleti, olim firmario introgii bossetarum. Quod si facere recuset, compellatur ad solvendum communitati pecunias debitas etc.

Pro honore civitatis, in cappella scole hujus civitatis, fiat calix usque ad sommam viginti quinque florenorum parvi ponderis, cum pactina ejusdem.

Jura parte Fratrum Minorum conventus Rippe nobis exhibita tradantur consulenda, et doctorum visis oppinionibus, provideatur.

(Mandatum. — Pichon.) — Honorabili Pichon, pro pena et labore

sumptis visitando rotulos et calculando equidem occasione parcellarum et operarie officii, solvat thesaurarius xxv ff. parvi ponderis. — *(Levatum.)*

(92) *Veneris vij^a marcii.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Versonnex, P. Levrerii, G. Prepositi, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Jo. du Soex, Pichon, Byollesii, Borjali, Nanto, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Jo. Balli, (H. Pichon).

Cabaretum dudum existens subtus alam denuo restauretur et fiat.

Visitentur itinera publica existencia infra civitatis limites per n. sindicos et procuratorem fiscalem.

Visis jurium allegacionibus per s. d. Glaudium Grossi factis et hodie coram suprascriptis perlectis contra Petrum Guect, asserentem se esse immunem ab introgio vini et gabella, fuit conclusum quod solvat burgensium more.

De domino vicedompno, servetur transactio, quoniam tenetur custodire captos pro crimine et restituere in eo statu quo capti fuere.

Visa relacione per operarios facta, n. sindici pronunciaverunt prout in relacione continetur.

Martis xj^a marcii. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Cartellier, Leamon; — G. Prepositi, Levrerii, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Jo. Taconis, Pichon, Byollesii, Borjaly, Nanto, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Bertellier.

Protestati sunt n. sindici contra Amedeum Magnaz et Jo. Danellet de dampnis et interesse communitati eveniendis deffectu reedifficacionis turnarum etc. Et testimoniales que decernuntur.

Rescribatur illu. et r. d. episcopo de causa ventilante coram judice excessuum occasione canoneriarum etc., ut supersedeatur in causa.

Negocium Petri Gay cum negocio n. Petri Versonnex consulatur.

Liberetur detentus in Insula, alio non apparente.

Visitetur locus de quo conqueritur magister Michael, marescallus.

(93) Admodiacio vini venalis.

Anno Domini m° quingentesimo decimo sexto, indicione quarta cum eodem anno sumpta et die duodecima marcii, in claustro Sancti [Petri]

Gebenn., candela incensa et inde extincta, nobiles Petrus de Orseriis, Hugoninus de Burdignyno, Franciscus de Leamon et Franciscus Cartellier, sindici et procuratores civitatis Gebenn., admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt honorabili viro Colino Chicandi, pellippario et civi Gebenn., presenti, tanquam plus offerenti etc., videlicet gabellam vini venalis ad racionem unius grossi pro singulo floreno, ut assuetum est etc., et hoc per unum annum integrum, die crastina decima tercia dicti mensis incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma mille novem centum et quinque florenorum parvi ponderis, solvendorum [de mense in mensem] centum et quinquaginta florenos parvi ponderis, usque ad complementum solucionis, in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis. Cum honore et onere assuetis etc. Promictentes etc. Renunciantes etc. Et cum clausulis opportunis, que hic pro expressis habeantur. Actum ubi supra, presentibus ibidem nobilibus et egregiis Petro Levrerii, Petro de Carro, Stephano Byollesii, Jacobo Profenat, et pluribus aliis testibus ibidem astantibus etc. Montyon.

*Die Veneris xiij*ª [*xiiij*ª] *marcii.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Versonnex, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Pichon, Prepositi, Byollesii, d. S. Michaele, Nanto, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Levrerii, Jo. Taconis, de Fonte, Roget, G. Prepositi.

De Vullioz, vigille, fuit conclusum quod, rei veritate habita, pugniatur, ut ceteris cedat in exemplum.

Claves, quas servitor de Joex petit sibi remicti, remictantur cui vel quibus, justicia suadente, fuerit cognitum et ordinatum.

Auditis que exposuit Johannes de Savoex, fuit conclusum loqui debere consilio episcopali.

De predicatoribus Rippe et Magdalenes, visis et perlectis jurium allegacionibus, fuit conclusum quod n. sindici loquantur consilio episcopali, ne populus scandallum paciatur et ut veritas juri amica predicetur.

(94) *Martis xviij*ª *marcii.* — Sindici : Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — Prepositi, Levrerii, P. Versonnex, Bueti, Jo. du Soex, Fusserii, Pichon, (P. Levrerii,) Byollesii, Nanto, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Roget, (H. Fusserii).

De thesaurario renictente solvere gabellam vini venalis, fuit conclusum, actento tenore licterarum de super confectarum et quia stipendiatus etc., quod solvat aliorum more etc.

Ibidem et in quorum supra presencia, honorabilis Colinus Chichandi, firmarius gabelle vini venalis, cavet per honorabiles viros Guilliermum Curti, Petrum Villieti et Bernardinum de Romagniaco, burgenses Gebenn., ibidem presentes etc., de solvendo sommam mille novem centum et quinque florenorum parvi ponderis, in admodiacione per me subsignatum recepta die duodecima hujus marcii descripta. Et qui Chicandus et fidejussores, quilibet ipsorum principaliter et in solidum, promiserunt eorum juramentis, subque expressa obligacione bonorum etc., solvere sommam prescriptam terminis assuetis in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis etc., ad exhigendum more debitorum fiscalium. Et promictit ipse Colinus eosdem fidejussores ab hujusmodi fidejussione illesos servare etc. Cum aliis promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

*Jovis sancta xx*ª *marcii.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Cartellier ; — H. Pichon, S. Byollesii, C. Chicandi, Fusserii, Roget, M. Nergaz, Nanto.

Predicatori moderno viginti testoni dentur.

Et s. d. Levrerii, pro posicionibus contra n. P. Versonnay factis, duo testoni.

*Martis xxv*ª *marcii.* — Sindici quatuor ; — n. P. Versonnex, P. Levrerii, Prepositi, Bueti, Roget, Nanto, Bertellier, Chicand, Richardet, Byollesii.

De debactis inter nonnullos ex civibus et burgensibus civitatis existentibus, fuit conclusum quod inducantur ad pacem, unionem et concordiam, ad obviandum periculis que in dies oriri possent.

(95) *Die Veneris xxviij*ª *marcii.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Cartellier ; — Prepositi, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, B. Genodi, Bertellier, Roget, Pichon, Byollesii, Nanto, de Fonte, Richardet, P. Versonnex, Jo. Mara.

Supersedeatur opus terralium burgi Sancti Gervasii hinc ad unum mensem proximum.

Filia quondam Petri Patri, in pupillari etate constituta et sub tutorum potestate, franchesiis civitatis gaudeat, dummodo bona ipsius alteri non fuerint admodiata.

Belluare Sancti Leodegarii edifficetur lapidibus de grect, pecuniis habitis.

Fiat mandatum vigillibus pro stipendiis festi Pasche proxime preteriti de somma lxiij ff., unicuique iiij ff. vj s.

Ad Martis evocentur macellarii, quo ad formam statutorum servire velint.

De licteris privilegiorum trium regum, ad Martis fiat decisio.

Martis prima aprilis. — Sindici : Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — — P. Versonnex, P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Byollesii, Nanto, Bertellier, Richardet, B. Genodi, M. Nergaz.

Consulatur processus domini Caroli Magni contra dominum procuratorem fiscalem.

Nobiles sindici alloquantur macellarios, ut servire velint ad formam statutorum confectorum.

Visis licteris tribus regibus nuncupativis concessis, fuit conclusum apponi debere a dorso : paratos obedire etc., de quorum supra voluntate etc.

Vinum venditum illu. d. comiti Gebenn. non solvat gabellam.

(Mandatum.) — Fiat mandatum honorabili Johanni du Soex de somma ducentum florenorum parvi ponderis, exponendorum in rebus neccessariis hospitalis pestifferi et oratorii, et percipiendorum de et super emolumentis introgii salis. — *(Levatum.)*

(96) *Die Veneris quarta aprilis.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier , — P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Jo. Mara, Jo. du Soex, Roget, Pichon, de Fonte, Byollesii, Nanto, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Fusserii.

Visa lictera missiva n. sindicis et consilio transmissa parte illu. et r. d. episcopi in odium domini Caroli Magni, occasione canoneriarum

existencium in meniis civitatis, fuit conclusum quod processus ejusdem consulatur.

Droge appothecariorum visitentur per Dominicum Sallaz, appothecarium, et quemdam artis medicine doctorem, et loquantur n. sindici consilio episcopali.

Appunctuentur presbiter hospitalis, barbitonsor et ejus uxor, de controversia inter eosdem existente, quo pauperibus morbo pestiffero infectis servire annuentur et neccessaria ministrent.

Fiant cride de infectis, quoquinis et fumis in stratis publicis existentibus.

Cabaretum subtus alam per n. sindicos extitit hodie admodiatum Aymoni Planchans, per tres annos, die prima hujus incipiendos et simili die finiendos etc., sub firma duorum florenorum, solvendorum in principio anni medietatem et aliam medietatem in fine anni, in manibus thesaurarii etc. Promictentes etc. Renunciantes etc. Cum clausulis opportunis etc.

Die Martis viij^a aprilis. — Sindici quatuor ; — Jo. du Soex, Bueti, Roget, Pichon, Byollesii, Nanto, Bertellier, Levrerii, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Fusserii, C. Chicandi, (Levrerii,) Prepositi.

Rescribatur reverendo domino Humberto Peyrolerii ad habendum juris decisionem in diffirencia existente inter d. procuratorem fiscalem et dominum Carolum Magni, occasione canoneriarum etc.

Evocentur macellarii et, sumpto prandio, perscructentur n. sindici ab eisdem an civitati servire velint precio taxato.

Cum lictera missiva et instructionibus destinetur egregius Porralis apud Vyennam.

Frater Henricus, presbiter hospitalis pestifferi, dixit hospitali servire velle, eciam tempore adversitatis.

Visitentur terralia burgi Sancti Gervasii.

(97) *Die undecima aprilis, Veneris.* — Sindici quatuor ; — G. Prepositi, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, P. Taconis, Byollesii, Nanto, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Levrerii, Jo. Taconis, Bertellier.

(Laudimium pro Le Guermoz.) — Fiat laudinium du Guermoz, ascendens ad undecim ff. et iij solid., cui quarta pars detur. — *(Vigore excambii viij ff. ix d.)*

Et quia fertur nonnullos blada emisse et inde revendidisse in prejudicium tocius reipublice, ideo concluditur capi debere et publice venundare precio quo emerunt.

De mensuris, loquantur n. sindici episcopali consilio.

Macellarii ad Martis proximam remictuntur, et coram consilio fiat provisio.

Evocentur partes in causa Paqueti pro consultacione habenda, et finis liti imponatur.

Pedagiator Aquiani nititur pedagium exhigere, ideo rescribatur sindicis et communitati Aquiani.

(Plathea Molaris.) — Die suprascripta undecima aprilis, n. Petrus de Orseriis, Hugonynus de Burdignyno, Franciscus de Leamon et Franciscus Cartellier, sindici etc., admodiaverunt n. Petro Joly, appothecario, presenti etc., tanquam plus offerenti etc., platheam Molaris, per unum annum integrum, die crastina incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma sexdecim florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis. Actum in claustro Sancti Petri Gebenn. etc.

(Plathea de Longemale.) — Plathea de Longemale admodiata fuit per quos supra Petro Rosetaz, presenti etc., tanquam plus offerenti etc., per unum annum, die crastina incohandum etc., sub firma novem florenorum cum dimidio, solvendorum terminis assuetis etc.

Die Martis xv^a aprilis. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Cartellier ; — C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Byollesii, Nanto, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Levrerii, f. Henricus.

Bladum quod emit Bernardinus de Remagniaco publice vendatur precio quo emerunt, ut ceteris cedat in exemplum.

(98) Loquantur n. sindici r. d. vicario de macellariis servire recusantibus precio ordinato etc.

Via amicabili terminetur negocium n. Petri Versonnex, et per arbitros jam electos videatur.

Die Veneris xviij^a aprilis. — Sindici : Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Nanto, Vuarambert, Richardet, Byollesii, Jo. Taconis, Bueti, B. Genodi, Bertellier, P. Versonnex, Jo. Mara, Porralis.

De facto macellariorum servire recusancium pretio ordinato, fuit conclusum quod ad Martis precise remictantur.

Et evocentur macellarii Longemale et pontis Rodani.

Martis xxij^a aprilis. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Cartellier ; — Bertellier, C. Chicandi, de Fonte, Prepositi, Bueti, Roget, Pichon, Byollesii, Nanto, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Fusserii, Porralis, Ducis.

Ultra in rotulo per egregium Porralis apud Viennam destinatum floreni quinque dentur eidem, et fiat mandatum.

De Altera[1], ob non solucionem sue borgesie sentencia excommunicacionis innodato, fuit conclusum, actenta gravi infirmitate qua detinetur, equidem paupertate, quod absolvatur pure, licet non satisfaceret.

Vullioz expellatur ab officio, justa suadente causa.

N. sindici petunt dari sportulas ad consulendum processum Oddeti Paqueti, presente Chambet. Et testimoniales que decernuntur.

Consilium quinquaginarium ad Jovis mane celebretur pro facto macellariorum.

(99) *Consilium L^rium. Die Jovis xxiiij^a aprilis.*

Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, Bueti, Fusserii, Pichon, Byollesii, B. Genodi, Jo. du Soex, Roget, Jo. Taconis, Nanto, Bessonet, P. Poterel, Magistri, Frojon, Jo. Valleti, Jo. Bernardi, P. Villiet, P. Versonnex, Ly. Boytet, G. Genodi, Ny. Gentilis, Cadodi, Le Rosset, M. Nergaz, de Fonte, Vuarambert, A. Millanoys, Chambet, Danelli, H. pictor, F. barbitonsor, de Bosco, Leta, Donzelli, Amiaulx, L. de Pane, Chabodi, Jo. Nycodi, A. peyrolerius, de Poste, Grassi, Prepositi, (B. Genodi,) Lullini, Poujalis, Ja. Nepotis, Richardet, de Pi[leo] Rubeo, de Ponte, Serventis, C. Chicandi, A. patisserius, de Aqua Nygra, Navis, Plonjon, P. Chenevalis, H. Bochuti, ‖ Richardet ‖ .

[1] Ce nom ne figure pas dans les listes des bourgeois reçus. Est-ce une erreur du secrétaire pour A. Leaz (ci-dessus, t. VI, p. 226) ?

De facto macellariorum servire recusancium civitati prout anno preterito servierunt, fuit conclusum quod denuo evocentur, et si recusent, prohibeatur ne macellarie officium excercere presumant, eciam libertate proclamata, quanquam sint cives et burgenses civitatis, nec pasqueriis communibus utantur. Quamquidem conclusionem notifficare habeant consilio episcopali n. sindici, ut ordini obtemperare velint pro bono reipublice.

Quatuor ebdomadarii fuere soluti, ut moris est.

Veneris xxv^a aprilis. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Versonnex, P. Levrerii, P. Fernex, Fusserii, C. Chicandi, Jo. du Soex, Pichon, Byollesii, Nanto, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, (Richardet,) Jo. Taconis, Prepositi, Bertellier, de Fonte, Bueti.

Facto sermone de macellariis, fuit conclusum quod si recusent servire precio quo servierunt anno elapso, proclametur libertas, qua non obstante, macellarie officium excercere non habeant et priventur officio macellarie, inherendo conclusioni consilii quinquaginarii heri celebrati.

Loco Petri Vullioz, alius vigil deputetur, dummodo sit honestus et honeste conversacionis, probus et fidelis etc.

(100) *Die Martis penultima aprilis.* — Sindici quatuor ; — P. Levrerii, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Byollesii, de Fonte, Vuarambert, Bertellier, Richardet, Nanto, B. Genodi.

Intrentur thesaurario contenta in rotulo.

(Mandatum.) — Carpentatori Guiocti fiat mandatum de somma in rotulo descripta.

(Ordinacio.) — Visa relacione per operarios facta super differencia existente inter n. Berengier, hinc, et Johannem Rubini, inde, pronunciaverunt et ordinaverunt prout in relacione continetur. Et testimoniales.

Visitentur communia et reparenda reparentur in locis signanter necessariis.

Die Veneris secunda maij. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Burdignyn, Cartellier ; — G. Prepositi, Pichon, Bueti, Jo. du Soex, Roget, Nanto, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Levrerii, Byollesii, Jo. Taconis, Fusserii.

(Vigil.) — Franciscus de Turchebise[1] efficitur vigil quamdiu benefecerit etc., qui solitum prestitit juramentum etc.

(Mandatum.) — Egregio Porralis fiat mandatum de somma in rotulo etc. — *(Levatum.)*

De meniis civitatis, fuit conclusum quod supersedeatur in reedificacione horum donec et quousque causa domini Caroli sopita.

Fiant confratrie civitatis discrectioni priorum dictarum confratriarum.

De hospitibus, ad Martis remictuntur, et valida fiat provisio.

(101) *Die Martis vj^a maij.* — Sindici : P. Orsieres, Cartellier, Leamon ; — G. Prepositi, C. Chicandi, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, B. Genodi, Pichon, Byollesii, Nanto, Richardet, Bertellier, Bueti.

De macellariis qui dixerunt civitati servire velle ad formam statutorum occasione carnium venalium confectorum, quod nunc facere contradicunt in prejudicium tocius reipublice, fuit conclusum quod n. sindici accedere debeant ad consilium episcopale, quo decens fiat provisio. Et si ipsis videatur acceptum, proclametur ne carnes muthonales et bovinales vendere presumant ultra precium in dictis statutis descriptum, sub pena perdicionis carnium et privacionis officii per unum annum integrum.

Auditis que exposuit n. Anthonius Versonnex ad causam hospitalis pauperum verecundorum, quia id negocium concernit confratres, fuit conclusum remicti debere usque in crastinum Heucaristie Christi, quo tunc de priore nova fiet electio. Et omnibus notifficetur, et nichil fiat nisi in utilitatem hospitalis et pauperum ibidem degencium.

Veneris nona maij. — Sindici : Leamon, Cartellier ; — G. Prepositi, P. Levrerii, Jo. Bueti, Fusserii, Roget, Pichon, Byollesii, Jo. Taconis, Nanto, de Fonte, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, C. Chicandi, Bessonet, (Jo. Bueti).

(Admodiacio.) — Memorati n. sindici admodiaverunt Glaudio Bruni, marescallo, terrale Aque Viridis, per unum annum, die prima hujus incohatum et simil die finiendum, anno prius revoluto, sub firma sex solidorum solvendorum terminis assuetis etc. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

[1] Tranchebise, à sa réception à la bourgeoisie, ci-dessus, t. VII, p. 397.

De illis de Nyviduno qui, occasione cujusdam monicionis contra vicarium de Crassiez, arrestare non erubuerunt equos nostrorum burgensium, fuit conclusum quod n. sindici loquantur d. vicario et episcopali consilio, ne talia paciantur in detrimentum juridicionis ecclesiastice.

Inherendo conclusioni facte de magistro Michaele, patisserio, petente licenciam impertiri construendi furnum in domo domini curati de Cholex, fuit conclusum quod eidem non detur facultas, ut periculis obvietur.

(102) *Martis xiij^a maij.* — Sindici quatuor; — G. Prepositi, P. Montyon, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Vuarambert, Jo. Taconis, Richardet, B. Genodi, Nanto.

Facto sermone de confratria Heucaristie Christi, an convivium fieri debeat cum elemosina pauperibus eroganda, aut si confratribus libra cum elemosina, aut dumtaxat pauperibus Christi elemosina, fuit conclusum, insequendo oppinionem majorem, actento quod cara sunt omnia, quod pro anno presenti fiat helemosina.

Eligantur visitatores carnium et deputentur in tribus macellariis, et ad Veneris proximam eligantur.

De communitate Nyviduni et gubernatoribus ejusdem, qui burgensibus civitatis molestias intulerunt, mercancias eorumdem arrestando, nullo justo subsistente fondamento, fuit conclusum quod n. sindici loquantur d. vicario et consilio episcopali, supplicando ut dignentur providere, quorum interest juridicionem servare illesam et burgenses ab indebita vexacione prothegere.

Die xvj^a maij, Veneris. — Sindici quatuor; — P. Levrerii, Prepositi, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Pichon, Byollesii, Nanto, B. Genodi, Richardet, de Fonte, Jo. du Soex.

Quia illi de Sancto Gervasio vini gabellam solvere recusant, asserentes fuisse impositam in parte pro burgi Sancti Gervasii fortifficacione, conclusum extitit quod turris perficiatur et in opere continuetur.

Ad Martis proximam deputentur carnium visitatores.

De Heyricurt, qui burgensis est effectus, loquatur eidem civitatis the-

saurarius quo promissa per eum adimplere et peciam artillierie sua pro borgesia civitati expedire velit, ut suadet equitas.

De furno fieri petito in domo domini curati de Brandix, servetur conclusio facta in consilio quinquaginario.

(103) *Martis xx^a maij.* — Sindici: P. Orsieres, Burdignyn, Leamon; — Prepositi, Levrerii, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, G. Genodi, Roget, M. Nergaz, Pichon, Nanto, de Fonte, Vuarambert, Bertellier, P. Versonnex, Richardet.

Audita querimonia facta parte venerabilium religiosorum Rippe et Palacii de domino Savion et quodam alio presbitero, qui parvos novissios, olobaustrum pro helemosina habenda more solito gerentes, usque ad sanguinis effusionem verberaverunt, fuit conclusum quod n. sindici loquantur d. vicario, petentes de hujusmodi excessu justiciam ministrari.

Quia non constat fuisse conclusum in consilio L^rio quod magister Michael Chavanoz, patisserius, suum non deberet erigere furnum in domo d. curati de Cholex, ideo concluditur, actento signanter quod est burgensis diu est creatus[1], quod in eadem domo suum faciat furnum si velit, in loco tamen tuto ad obviandum scandallis etc.

De facto n. Petri Versonnex, fuit conclusum quod respondeat affirmative articulis, aut per testes super ipsis examinandos probentur.

Veneris xxiij maij, in conventu Fratrum Predicatorum Palacii. — Sindici: P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Versonnex, P. Levrerii, S. Byollesii, Pichon, Nanto, Vuarambert, Richardet, Jo. Taconis, Bertellier, B. Genodi, C. Chicandi, Bueti, Peyrolerii, Fusserii, Roget, Jo. du Soex, P. Fernex.

De Heyrecurt burgense effecto, pro sua borgesia solvat quinquaginta florenos in una pecia artillierie implicandos, in qua marcha ejusdem affigatur.

De macellariis, quia plurimi de eisdem conqueruntur, ad Martis fiat provisio, et exteris prohibeatur ne carnes in civitate vendere presumant.

Et eodem die, ut jam extitit conclusum, deputentur carnium visitatores pro reipublice bono.

[1] Ci-dessus, t. V, p. 253 (27 mars 1495).

(104) *Martis vigesima septima maij.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — G. Prepositi, Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Pichon, Byollesii, B. Genodi, Nanto, Richardet, Bertellier, Vuarambert, Fusserii, Roget, M. Nergaz.

Ad requisicionem plurium burgensium prope pontem Areris moram trahencium, fuit conclusum quod fiat cathena et catella in putheo de quo sermo factus extitit, et reparanda reparentur civitatis sumptibus.

Amedeus de Joex habeat onus custodiendi revenditrices, ne extra civitatis limites victualia emere presumant.

Exequantur cride contra macellarios et pugniantur ad formam ipsarum.

Supervenerunt Johannes Luppi et nonnulli burgenses exponentes fuisse citatos coram magniffico Chamberiaci consilio, eo quod traxerunt in causam suos debitores per curiam ecclesiasticam, petentes super hiis provideri ne hujus occasione jacturam paciantur. Hiis auditis, concluditur quod n. sindici loquantur d. vicario.

Die Veneris penultima maij. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — Prepositi, Levrerii, P. Versonnex, P. Fernex, Jo. Mara, P. Taconis, C. Chicandi, Jo. Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, Bertellier, B. Genodi, Vuarambert, Nanto, Richardet, (Bueti,) Ducis.

Quia Fratres Minores in civitate congregati suum habent cappitulum tenere pro rebus impresenciarum occurrentibus, fuit conclusum quod dentur eisdem unum doleum vini de Subtus Mons, cum turture, cujus deffectu duo muthones alte pinguidinis.

N. sindici, parte civitatis, exorare habeant r. d. ministrum ut de duobus in sacra pagina doctoribus in conventu Rippe providere velit ad populum edifficandum etc.

Visitentur jura per dominum de Novellis exhibenda egregio Prepositi etc.

De macellario petente licenciam vendendi carnes, illesa maneat conclusio de eodem facta.

(105) *Die Martis 3ª jugnii.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — Jo. Mara, Prepositi, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Byollesii, Nanto, de Fonte, Vuarambert, B. Genodi, Bertellier, Jo. Taconis, P. Versonnex.

Actenta requisicione per collobrinarios facta, fuit conclusum quod eisdem pro muri edifficacione burgenses quatuor dentur.

Tractetur cum domino de Novellis de precio quod volet habere de quadam terre pecia in Crestis existente, que movetur de feudo n. consindici Burdignyn. Equidem, ad habendum directum dominium, cum eodem tractetur.

De Johanne Savoex conquerente de officiariis vicedompnatus, fuit conclusum quod franchesia servetur illesa.

Petantur processiones ob temporis indisposicionem.

Die Veneris vjª jugnii. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Burdignyn, Cartellier ; — P. Levrerii, C. Chicandi, Roget, Pichon, Jo. Mara, Byollesii, de Nanto, de Fonte, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Bueti, Jo. Taconis, The. de S. Michaele, G. Prepositi.

Plathea existens subtus domum Trium Regum non admodietur, sed suo in esse maneat.

In causa Rossetorum contra dominum Langini, quia in examine facto per eundem dominum fuere adjuncti, fuit conclusum quod adjunctis fiat satisfacio arbitrio consindici Leamon et Prepositi. Et ulterius pro materia contraria fienda, exbursentur pecunie civitatis parte.

Ad diem Mercuri proximam evocentur confratres confratrie Heucaristie Christi, ut nova fiat electio de priore, quoniam n. P. Cornaz, causantibus nonnullis suis negociis, onus acceptare non vult.

Comperiantur cappitula concernencia officium vicedompnatus, et serventur franchesie.

(106) *Die Martis xª jugnii.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Nanto, Jo. Taconis, de Fonte, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Pichon.

Suprascriptis in consilio existentibus, supervenerunt n. Anthonius de Versonnex et Besanczon Hugue, cum pluribus burgensibus hujus civitatis, exponentes quemadmodum ad eorum pervenit aures predicatorem Magdalenes, a paucis diebus citra, dixisse quod omnes mulieres que gesserant et impresenciarum gerunt habitum domini Francisci erant ribalde et meretrices ; et hoc per testes fidedignos asserebant probaturi,

De Johanne de Lavenay, petente et requirente graciose tractari de salario domus quondam Paqueti, et sibi admodiari minori precio quam scribatur in admodiacione per triennium facta per procuratores Omnium Animarum pissidis, fuit conclusum quod eidem per eosdem fiat admodiacio precio centum florenorum, ut acthenus fuit admodiata, et per tres annos eidem admodietur. Et pro pena et labore sumptis in exactione debitorum, et circa utilitatem et comodum dictarum Animarum, dicto Paqueti adhuc in humanis vivente etc., proque aliis gratis serviciis etc., eidem detur sexaginta florenos parvi ponderis, et persolvantur per Omnium Animarum procuratores.

(Portitor porte Rippe.) — Remictuntur claves porte Rippe Francisco Pillosii, sub stipendiis dari solitis.

(Mandatum.) — Fiat mandatum vigillibus de somma lxiij ff., pro stipendiis termini festi Sancti Johannis Baptiste proxime futuri.

Veneris xxvij[a] jugnii. — Sindici quatuor; — P. Levrerii, P. Versonnex, G. Prepositi, Fusserii, Pichon, Byollesii, de Fonte, C. Chicandi, Jo. Taconis, Jo. Bueti, d. vicedompnus, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Borjaly, (Bueti,) Bertellier, Roget, Jo. du Soex, Nanto, Lyonardi, Ducis.

Visitetur fons de quo Mermetus de Ulmo conqueritur, et si querimonia sit racioni consona, quod suum est tribuatur.

Fiat mandatum carpentatori de somma in rotulo signato per Pichon.

(109) In causa Oddeti Paqueti contra fiscum, quia causa ipsa pendet ad audiendum jus, n. P. Orsieres, Burdignyn, Leamon et Cartellier, judices et commissarii hujusmodi cause, petunt sportulas per partes dari ad consulendum processum et doctorum oppiniones habendum, quo, justicie tramicte non obmisso, ad diffinitivam sentenciam procedant, protestando per eos non stetisse nec stare quin diffinitiva feratur sentencia, jussibus et preceptis illu. et r. d. Gebenn. episcopi et principis civitatis inherendo, sua lictera missiva testante etc., petentes per me subsignatum, in presencia d. vicedompni, egregii procuratoris fiscalis Levrerii et Aymonis Chambeti, procuratoris dicti Paquet, de premissis licteras testimoniales, quas duxi concedendas et concessi, suprascriptis consiliariis presentibus etc.

De excessibus et debatis in civitate factis et perpetratis per nonnullos cives et burgenses dicte civitatis, quia hii excessus, ut fertur constare per legitimas informaciones, pena gravi veniunt corrigendi et pugniendi, fuit absolute conclusum quod capiantur et detineantur hii omnes qui talia agunt, et si capi non possint, assignentur in personas fratrum et servitorum suorum in domibus suarum habitacionum, comp[ar]anturi in castro Insule, sub pena, pro prima vice lx solidorum et delicti habendi pro confesso, pro secunda xxv librarum, pro 3[a] centum etc., quo justicie sit locus, quoniam virtutum preclarissima.

Capiatur Clabaud et detineatur in castro Insule, et eidem expense ministrentur sumptibus civitatis.

Die Lune ultima jugnii. — Sindici quatuor; — d. vicedompnus, P. Fernex, Jo. Mara, Jo. Taconis, M. Nergaz, Byollesii, Nanto, Vuarambert, de Fonte, Levrerii, Fusserii.

De Ludovyco Scarronis sermone facto, fuit conclusum quod respondeat quod justicia ministretur.

De serviente generali Clabaud, fuit [conclusum] quod de delictis et forefactis per eundem informetur ducalis celsitudo, et destinetur Ducis cum informacionibus, parte d. vicedompni, et civitatis sumptibus.

Admodiacio introgii salis.

Anno Domini m[o] quingentesimo decimo sexto, indicione quarta cum eodem anno sumpta et die ultima jugnii, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis prius cridis solitis per preconem communem etc., n. Petrus de Orseriis, Hugoninus de Burdignyno, Franciscus de Leamon et Franciscus Cartellier, sindici et procuratores civitatis Gebenn., admodiant et in admodiacionem tradunt honesto viro Anthonio Damex, presenti etc., tanquam plus offerenti etc., videlicet introgium salis marini et salsagonum communitati pertinens, et hoc per unum annum integrum, die crastina prima jullii incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma (110) septem centum et decem florenorum auri parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis in manibus receptoris etc. Promictentes etc. Renunciantes etc. Actum Gebennis, in dicto claustro Sancti Petri, presentibus ibidem honorabilibus Henrico Pollerii,

Aymone Chambet, Henrico de Nanto et Bernardino de Romagniano et Johanne Donnex, civibus et burgensibus civitatis, testibus ad premissa astantibus etc. Montyon.

Die Martis prima jullii. — Sindici quatuor; — G. Prepositi, Roget, Byollesii, Vuarambert, B. Genodi, Jo. du Soex, Pichon, C. Chicandi, Bueti, de Fonte, Nanto.

Reverendo domino suffraganeo in civitate existenti detur malvaticum cum vino clareto etc.

Johannes Fabri solvat expensas coram domino vicedompno factas et taxandas per egregium Prepositi.

Veneris 4ª jullii. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, P. Fernex, G. Prepositi, Jo. Mara, Jo. Bueti, Fusserii, Roget, Pichon, Borjaly, Nanto, Levrerii, Byollesii, Vuarambert, Loys Ramel, Bertellier, Jo. Taconis, || B. Genodi || .

Visis supplicacionibus parte Ludovyci Scarron, de Joex et de Molario traditis et in quorum supra presencia perlectis, concluditur quod n. sindici exorare debeant r. d. vicarium et consilium episcopale, ut providere dignentur super eisdem; et, a cridis contra eosdem factis, inusitatis et franchesie prejudicantibus, d. vicedompnus desistat, ne in iniquam trahatur consequenciam imposterum.

Sumantur informaciones contra Janam Bordaz, et sumptis, justicia ministretur.

(111) Admodiacio salis.

Anno Domini mº quingentesimo decimo sexto, indicione quarta et die prescripta quarta jullii, in mis subsignati etc., constitutus personaliter honestus vir Anthonius Damex, burgensis Gebennarum, firmarius introgii salis, constante admodiacione per me subsignatum recepta die ultima jugnii, qui gratis etc. promictit sommam septem centum et decem florenorum, terminis assuetis, in manibus receptoris emolumentorum civitatis solvere. Ad cujus preces se dant et constituunt fidejussores et principales, quilibet ipsorum principaliter et in solidum, egregius Glaudius Lespa et Johannes Panissodi, burgenses dicte civitatis, qui promiserunt in forma etc., cum clausulis et renunciacionibus opportunis. Renunciantes signanter juri dicenti principalem prius fore conve-

niendum quam fidejussorem; et ipse firmarius Anthonius eosdem fidejussores servare indempnes etc. Presentibus egregio Henrico de Nanto et Michaele Lyonardi, vigille, testibus etc. Montyon.

Martis viijª jullii. — Sindici: P. Orsieres, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, G. Prepositi, C. Chicandi, Bueti, Roget, Pichon, Byollesii, Nanto, Borjaly, de Fonte, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Bertellier, Fusserii.

Sumantur informaciones de et super per Faguey vigillem prolatis.

De fonte de quo plerumque conquestus est et conqueritur Mermetus de Ulmo, fuit conclusum quod suo maneat inesse, quoniam non constat eidem prejudicium neque dampnum afferre.

De pavimento et lapidibus solvi petitis per Johannem Collon, fuit conclusum, pro nunc, quod solvantur lapides, ut suadet equitas, et loquantur n. sindici aliis pavisseriis, Machard relicto, qui statuto et edicto de pavimento facto obtemperare recusat.

Die duodecima [*undecima*] *jullii, Veneris.* — Sindici quatuor; — P. Versonnex, C. Chicandi, Jo. du Soex, Roget, Byollesii, Nanto, de Fonte, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Pichon, Prepositi, Bueti, Jo. Taconis, Borjaly, Fusserii, Ducis, M. Nergaz, Jo. Bernardi, Porralis.

Suprascriptis in consilio existentibus, nobilis Petrus Versonnex, inherendo suis peticionibus dudum factis, requisiit ut negocium suum ad causam molendinorum summarie decidatur, et quod justicia et equitas suadent fiat. Et quia parte communitatis super hujusmodi negocio formati fuere articuli, fuit conclusum quod respondeat illis et eosdem fateatur; quod si facere recuset, per testes probentur. Et talis eidem fiat responsio.

(112) *Die Martis xvª jullii.* — Sindici: P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — Prepositi, Pichon, Roget, Nanto, de Fonte, Vuarambert, B. Genodi, Fusserii, Jo. du Soex, Bertellier, Richardet, P. Versonnex, Jo. Bernardi, M. Nergaz, Ducis, Byollesii.

De insultu facto in burgo Sancti Gervasii per nonnullos Theotonicos, fuit conclusum quod, informacionibus prius sumptis, nobiles sindici

alloquantur cappitaneos, ut a ceptis desistant et quiete amodo vivant, neminem offendentes.

De macellariis conquerentibus de d. vicedompno, qui occasione linguarum molestare nititur, vigore quarundam licterarum ducalium, fuit conclusum quod n. sindici loquantur eidem ne extra civitatis limites incarcerari faciat, quoniam habent interim per illu. d. Sabaudie ducem concessum ; et exhibere velit suas licteras interim revocantes, si que sint, ut consonum racioni videtur.

De adventu illu. d. domicelle Sabaudie, huc, ut fertur, in brevi ventura cum illu. et r. d. episcopo et principe civitatis, fuit conclusum primo quod omnes equos habentes obviam ire debeant, honestiori modo quo fieri poterit. Et, ut civitatem fervenciori amplectatur amore, detur parte ejusdem civitatis sex faces, cum sex allobostris dragie et quatuor coccassiis ypocrato et malvatico plenis.

Et predicto d. episcopo, due cocassie ypocrati et || alie due || malvatici.

(Ducis.) — Persolvatur Ducis pro decem diebus quibus vacavit eundo ad illu. d. Sabaudie ducem, pro facto Petri Sollerat[1], in castro Insule impresenciarum detenti suis causantibus forefactis.

(Thesaurario.) — Intretur n. Ludovyco de Lestelley, thesaurario, contenta in rotulo coram suprascriptis perlecto et per Pichon signato.

De appothecariis qui molestantur instante domino procuratore fiscali pro facibus per eosdem factis, eidem n. sindici loquantur, quoniam factum policie concernit.

Compellantur erreragia debentes et ipsorum fidejussores.

De dicto serviente et expensis factis in castro Insule, ad Veneris fiat decisio.

(x ff. — Laudimium de Ponte.) — De laudimio Glaudii de Ponte, ascendente ad decem florenos, detur quarta pars ut moris est, et fiat.

(113) *Die Veneris xviij^a jullii.* — Sindici : H. de Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, C. Chicandi, Pichon, Bertellier, P. Versonnex, Fusserii, Vuarambert, Prepositi, Richardet, (Bertellier,) B. Genodi, Borjali, Roget, de Fonte, Nanto.

[1] Même individu que le « sergent général Clabaud, » arrêté le 27 juin. — Information pour vols, 11-21 juillet, *Procès criminels*, 1re série, nº 182.

De pavisserio fuit conclusum quod, pro qualibet theysia per ipsum facta et fienda, teneatur sumptuare unam berrotatam arene, et hoc edictum servetur illesum.

De Clabaud, concluditur quod abinde non solvantur expense, et hujusmodi conclusio d. vicedompno notifficetur. Et quia fuere sumpte informaciones contra eundem, per quas constat gravia commisisse delicta pugnicione digna, ideo justicia ministretur.

De Ballard, concluditur quod si juret mercanciam per eundem petitam tradidisse et nusquam eidem fuisse satisfactum de eadem, condigna justicia suadente, fiat satisfacio.

De macellariis, audita supplicacione verbali per eosdem facta, racioni et equitati consona, fuit conclusum quod egregii P. Levrerii, Prepositi, juncto Goyffonis, dictorum macellariorum procuratore, videant processus et expleta occasione linguarum etc., et omnibus visis, refferant ; quibus macellariis dentur favores possibiles.

Die Martis xxij^a jullii. — Sindici : H. de Burdignyno, Leamon, Cartellier ; — P. Versonnex, C. Chicandi, Fusserii, Byollesii, Nanto, Prepositi, Levrerii, Borjaly, Richardet, B. Genodi, de Fonte, Pichon, Bertellier, Bueti, (H. de Nanto).

Johannes Gallesii, burgensis civitatis, efficitur custos vinearum de Coctaroz et Champelli, qui juravit etc., sub stipendiis assuetis.

Tale donum quale ordinatum extitit pro illu. d. domicella Sabaudie, domina de Neymours[1], illu. domino Reynerio bastardo Sabaudie, detur.

Loquantur n. sindici d. episcopo de linguis, quarum pretextu macellarii inquietantur, et parte civitatis detur favores possibiles.

Et equidem de domino Carolo Magni, ut conclusum est. Et interim jurent testes examinaturi in causa, ne examinandi via precludatur.

Fiat mandatum Ballardi de somma in rotulo, et fiat mandatum seu parcella.

[1] Philiberte de Savoie, sœur du duc Charles III, née en 1498, veuve depuis le 17 mars 1516 de Julien de Médicis. Par lettres patentes de novembre 1515, son neveu François Ier lui donna, ainsi qu'à son mari, le duché de Nemours. Elle mourut le 4 avril 1524. A la fin de l'année 1513, elle avait déjà séjourné à Genève (ci-dessus, t. VII, p. 367, 369). — René, bâtard de Savoie, ensuite légitimé, était son frère.

(114) Nobilis Petrus Versonnex, jornatam accipiat quam duxerit eligendam, et arbitris hinc inde electis in unum congregatis utriusque partis, scilicet civitatis et dicti nobilis Petri, jura factum molendinorum concernencia videant et visitent.

Die Veneris xxv^a jullii, ob adventum illu. et metuendi domini Reynerii bastardi Sabaudie, non fuit consilium celebratum.

Die Sabacti xxvj^a jullii. — Sindici quatuor; —. P. Versonnex, P. Levrerii, G. Prepositi, P. Fernex, C. Chicandi, Jo. Bueti, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Nanto, B. Genodi, Byollesii, Fusserii, Jo. Taconis, Richardet, Bertellier, de Fonte, Jo. Mara.

Depositis sportulis, consultetur processus Oddeti Paqueti, et inde sentencia feratur, juris allegacionibus visis.

Pro informacionibus contra Clabaud per egregium Byollesii sumptis, fuit conclusum quod detur eidem unus scutus ad solem.

De domino Carolo Magni, concluditur denuo quod n. sindici loquantur d. episcopo, ut in pace sinat eundem, nec permictat inquietari occasione canoneriarum, quia de re civitati pertinente agitur.

Die Martis xxix^a jullii. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Versonnex, C. Chicandi, Jo. Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Pichon, (Jo. Taconis,) Roget, M. Nergaz, Nanto, Richardet, B. Genodi, Bertellier, Borjali, (Jo. Bueti).

Porterio pontis Rodani, ultra stipendia dari solita de pena et labore condigna fiat satisfacio, post recessum illu. d. bastardi Sabaudie in civitate existentis, causantibus rebus impresenciarum occurrentibus.

Ille macellarius qui fedam loco muthonis vendidit suo privetur officio per dies octo.

Fiat mandatum computorum auditoribus de somma decem florenorum parvi ponderis.

Parva domus existens in possessione domini Rodulphi de Novellis taxetur, et ad Veneris fiat responsio per egregium Prepositi.

(115) *Die Veneris prima augusti.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Versonnex, Prepositi, Levrerii, Pichon, Jo.

du Soex, Fusserii, M. Nerguaz, Nanto, Borjaly, Bertellier, de Fonte, Roget, Vuarambert, Richardet, (Bertellier,) Jo. Mara, Jo. Taconis, Byollesii.

Macellarii civitatis se submictant servire civitati anno durante, et submissione facta, fiant cride etc.

Tractetur cum domino vicedompno de expensis per Clabaud factis in castro Insule.

Instrumenta et jura factum molendinorum concernencia tradantur et remictantur consindico Cartellier et Borjaly, pro hujusmodi materia discussianda.

Domus parva cum curtilli pertinens domino Rodulpho de Novellis precio xxxiij ff. parvi ponderis parte civitatis ematur [1], actenta relacione per Nanto facta.

Die Martis v^a augusti. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, Jo. Mara, Fusserii, Roget, M. Nergaz, Pichon, Byollesii, Nanto, Richardet, B. Genodi, Prepositi, Vuarambert, Bertellier, Borjaly, de Fonte, P. Versonnex.

Nycodus Soudani efficitur custos vinearum de Frotonay, qui juravit in forma etc.

De causa domini Caroli Magni, concluditur quod n. sindici loquantur d. episcopo, et interim examinentur testes.

De Clabaud, serviente generali, fuit conclusum quod pro expensis ejusdem, pro quolibet die, persolvantur domino vicedompno solidi tres.

Quia causa Oddeti Paqueti pendet ad jus, concluditur quod processus visitetur per jurisperitos, et videantur juris allegaciones, et inde feratur sentencia et justicia ministretur.

[1] 1er août 1516 : « Dominus Rodulphus de Novellis, presbiter, » vend à la cité et communauté de Genève cette maison, avec jardin, sise « in Crestis Porte Baudet, » pour le prix de 33 fl. d'or p. p. (*Rouleaux*, n° 36), — et par un autre acte (*id.*, n° 37), reçu également par le notaire Louis Montyon, no. Hugonin de Burdignin [= Bourdigny] vend à la même, moyennant 10 fl. d'or p. p., le cens annuel d'un quart de froment à lui dû sur ledit immeuble. — Cet achat (p. 102, 103, 105, 112; cf. t. VII, p. 128, 188, 242, 417;) était destiné à commencer l'établissement de l'esplanade qui reçut plus tard le nom de Treille. Voir encore au 23 mars 1518.

(116) *Die Jovis vij^a augusti.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — s. d. Chivallerii ; P. Versonnex, G. Prepositi, P. Taconis, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, Pichon, Byollesii, Borjaly, Vuarambert, Lud. Ramelli, Jo. du Soex, B. Genodi, Nanto.

Sermone facto de causa Oddeti Paqueti per supra nominatos ibidem presentes, visis commissione n. sindicis facta, processibus et sentencia per jurisperitum facta, audita equidem relacione de contentis in processibus per s. utriusque juris doctorem dominum Glaudium Chivallerii facta, et omnibus discussis, fuit conclusum in quorum supra presencia esse ordinandum dictum Paqueti, actentis racionibus in ordinacione exaratis, fore et esse in castro Insule retrudendum, et contra eundem via juris procedendum et inquirendum etc., non obstante sentencia ibidem perlecta.

Die Veneris viij^a augusti. — Sindici : P. Orsieres, H. de Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — d. vicedompnus, s. d. Chivallerii ; P. Versonnex, P. Levrerii, G. Prepositi, C. Chicandi, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Jo. Bueti, Pichon, Byollesii, Borjaly, Nanto, Richardet, Bertellier, B. Genodi, de Fonte, Vuarambert, Ducis, G. Genodi.

Tute custodiatur Beffant in castro Insule detentus.

Feratur ordinacio que visa et perlecta fuit coram suprascriptis, modo quo jacet, contra Oddetum Paqueti.

De appothecariis querimoniam facientibus de officiariis illu. d. Gebenn. episcopi, et facibus ipsis levatis, quas officiarii ipsi asserunt falso fuisse fabricatas, fuit conclusum quod nobiles sindici loquantur dicto d. episcopo, qui franchesias per ipsum juratas dignetur servare illesas.

(117) *Die Martis xij^a augusti.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, G. Prepositi, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, Pichon, Byollesii, Nanto, Bertellier, B. Genodi, Borjaly, Vuarambert, P. Versonnex, Jo. Mara ; vicedompnus.

Jus ponderis bladi civitati pertinens admodietur Johanni Taconis, precio quo tenuit anno elapso.

De alis, exorent illu. et reveren. dominum episcopum ut providere

dignetur in officio de homine ydoneo, pro honore et comodo ipsius et tocius communitatis.

De scagnis et archivis in Ripparia existentibus, loquantur n. sindici dicto domino episcopo.

Quia honorabilis Pichon signavit computum thesaurarii, et vacavit cum aliis computorum auditoribus, videlicet Levrerii, Nergaz, Jo. Bernardi, Porralis loco Andree Gervasii quondam, stet pro nunc, et persolvantur duo floreni, et unicuique aliorum duo floreni ; et fiat mandatum.

Consilium L^rium pro facto Paquet. — Die Jovis, loco Veneris, decima quarta augusti. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Fernex, Jo. Mara, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Peyrolerii, Fusserii, Jo. du Soex, Pichon, Byollesii, Borjaly, Nanto, Le Bastier, Lullin, Serventis, H. pictor, H. Bochuti, Ly. Boytet, de Fonte, Bertellier, Navis, B. Genodi, Leta, Amyaulx, A. Millanoys, Ja. Nepotis, de Ulmo, P. Poterel, Megex, H. cocus, Prepositi, M. Porralis, de Aqua Nygra, A. Reynaud, Chabodi, P. Mathieu, Jo. Frojon, La Tire, B. Sept appothecarius, G. Danel, Jo. Nycodi, Grassie, de Poste, de Ponte, Ny. Gentilis, Donzel, Jo. Fabri, Ny. de Villario, Le Rosset, G. Curti, Cadodi, Jo. Taconis, Panissodi, Jo. de Bosco.

Exposuerunt n. sindici quemadmodum, hiis diebus elapsis, illu. et r. d. episcopus eisdem dixit quod preceperat d. vicedompno et procuratori fiscali quod de bonis Oddeti Paqueti facerent inventarium seu descripcionem, eo quia civitatem absentaverat et ordinacioni per eosdem late non obtemperaverat. Et quia sunt judices et commissarii hujusmodi cause, volebat ut assisterent et essent presentes in confectione dicti inventarii. Cui responderunt id facere non posse, nisi prius ex consilii deliberacione fieri debere conclusum extiterit. Quamobrem videndum est an fieri debeat inventarium, et si interesse debeant et assistere ut preest, et super hiis unusquisque suum emictat votum. Et (118) hiis dictis, ad oppiniones processerunt et, omnibus auditis, conclusio sequens facta fuit, videlicet quod non fiat inventarium. Et, [si] dictus dominus episcopus a cepto proposito nolit desistere, protestentur contra eundem de dampnis etc. et franchesiarum enervacione, quas juravit servare illesas. Et hoc censerunt fore fiendum ne in iniquam in dies trahatur consequenciam.

Admodiacio ponderis bladi.

Anno Domini mo quingentesimo decimo sexto, indicione quarta cum eodem anno sumpta, et die decima quarta mensis augusti, in mis subsignati etc. constituti personaliter n. Petrus de Orseriis, Hugoninus de Burdignyno, Franciscus de Leamon et Franciscus Cartellier, sindici civitatis Gebenn., qui, sindicario nomine tocius civitatis, admodiant et in admodiacionem tradunt honorabili viro Johanni Taconis, civi Gebenn., presenti etc., pondus bladi cum suis pertinenciis, pro parte communitati pertinente, per unum annum integrum, die decima septima mensis hujus incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma octuaginta duorum florenorum parvi ponderis — inclusis decem florenis de et super jure et porcione illu. et reveren. domino episcopo et principi pertinenti et spectanti, dicto Taconis, ut asserit, tradito, et qui decem floreni n. sindici percipere sunt soliti super illius porcione, pro pena et labore habitis singulis annis ponderando panem ut moris est, — solvendorum terminis assuetis. Ad cujus preces, se dat et constituit fidejussor et principalis in solidum nobilis Petrus Taconis, civis Gebenn., qui promisit in forma etc. Promictentes etc., et ipse Johannes eundem Petrum servare indempnem etc. Renunciantes etc., signanter juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem ; cum clausulis opportunis. Actum in Domo communi, presentibus egregio Stephano Byollesii et Henrico Pichon, civibus Gebenn., testibus etc. Montyon.

Veneris, ob festum Assumpsionis Marie verginis, non fuit consilium celebratum, *xv augusti*.

Die Martis xixa augusti. — Sindici : P. Orsieres, Cartellier, Burdignyn ; — P. Levrerii, C. Chicandi, Roget, Jo. du Soex, Pichon, Bertellier, Jo. Taconis, B. Genodi, Vuarambert, Nanto, G. Borjaly, Byollesii, Prepositi, Fusserii, Bueti, Richardet.

Girardo Pusiez, carpentatori, Dei amore, detur resta sue borgesie[1].

[1] Sa réception à la bourgeoisie remontait à l'année 1499. (Arch. de Genève, ms. 122, p. 139. — *Comptes de la Communauté*, no 5, fol. 154 vo, 155.)

Buellerio solidi quatuor persolvantur, quia extersit terram ante portam Baudet.

(119) *Die Veneris xxija augusti.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Versonnex, Levrerii, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Byollesii, (P. Versonnex,) Borjaly, Nanto, de Fonte, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi, Prepositi, de S. Michaele, Jo. Taconis.

Presbiter hospitalis suum observet juramentum et in domo hospitalis moram trahat continuam.

Religiosi Sancti Victoris dent in tachium cui duxerint eligendum ad faciendum jugum campanarum ecclesie, n. sindicis prius vocatis.

Visitentur blada venalia per n. sindicos civitatis.

N. de Sancto Michaele et Jo. Mara se submictant et inde appunctuentur per n. sindicos etc.

Fiat mandatum Bessonet de somma in rotulo per Pichon signato etc.

Die Martis xxvja augusti. — Sindici quatuor ; — Prepositi, Levrerii, Jo. Mara, P. Taconis, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Pichon, (Jo. Mara,) Byollesii, Borjaly, Vuarambert, B. Genodi, de Fonte, C. Chicandi.

De Pecolat petente sibi dari terminum, infra quem communitati satisfacere possit de pecuniis per ipsum debitis, fuit conclusum quod, hinc ad festum Sancti Michaelis proxime futurum, solvat viginti florenos parvi ponderis, et, de residuo, ydoneam teneatur prestare caucionem, ut jam conclusum fuit ; alias pro tota somma compellatur.

Notifficetur r. d. Gebenn. episcopo quemadmodum lata fuit ordinacio in odium Oddeti Paquet, que sortita nondum est effectum nec exequucioni demandata, quia fertur indulgenciam ab eodem obtinuisse, de qua non constat. Quare exorent n. sindici eundem ut, pro justicie debito, equidem honore civitatis, exequucioni demandetur.

De petitis per n. Ludovycum de Lestelley occasione onerum extraordinariorum, quia consilium non est completum, ad Veneris remictitur.

(120) *Die Veneris xxixa augusti.* — Sindici quatuor ; — Prepositi, Jo. Mara, C. Chicandi, Fusserii, Roget, Pichon, Byollesii, Borjaly, Nanto, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, P. Versonnex, Bertellier.

Videatur registrum an fuerit conclusum quod de vino turbido seu muphato non solvatur gabella.

Ad Martis proximam discussiatur an Paquet borgesia veniat privandus, eo quia appellavit ab ordinacione per n. sindicos lata.

Conquerantur n. sindici de domino vicedompno, qui civitatis franchesias infr[i]ngere non veretur, ut nonnulli ex civibus et burgensibus exposuerunt.

Fiat satisfacio communitati de expensis in causa Paqueti factis.

Die Martis secunda septembris. — Sindici : Orsieres, Burdignyn ; — G. Prepositi, Levrerii, Roget, Richardet, Bertellier, de Fonte, Nanto, Jo. Mara, Pichon, Byollesii.

Porterio pontis Rodani floreni duo dentur, pro pena et labore sumptis custodiendo portam tempore quo illu. d. Reynerius moram trahebat in civitate.

De causa Rossetorum que pendet ad publicandum, fuit conclusum quod Rosseti mutuo dent pecunias, et examine facto, restituantur eisdem civitatis parte.

Die Veneris v^a septembris. — Sindici: Burdignyn, Leamon, Cartellier; — Prepositi, Levrerii, de Mara, C. Chicandi, Genodi, Borjaly, Roget, Byollesii, de Nanto, Bertellier, Richardet, Fusserii.

Bestie comperte in vineis capiantur et detineantur.

(121) De meniis per que itur ad Pallacium retro domos Mandallaz et Bertheracti, fuit conclusum quod tollantur sectule girofliarum et tabularia, et amodo non teneantur.

Die Sabbacti vj^a septembris. — Sindici : Orsieres, Burdignyn, Cartellier.

Visa lictera missiva per illos de Seysello transmissa, occasione excessuum factorum in Seysello et in itinere publico, fuit conclusum quod loquantur n. sindici domino vicario, ut provideatur et scandallis obvietur, ne graviora succedant.

Die Martis ix^a septembris. — Sindici : Orsieres, Burdignyn, Cartellier ; — P. Versonnex, G. Prepositi, Levrerii, M. Nergaz, Pichon, Byollesii, Nanto, Jo. Mara, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, Roget, de S. Michaele, (H. Pichon).

De macellariis petentibus fieri cridas ne quis presumat in civitate vendere carnes, ad Martis remictitur.

Die Veneris xij^a septembris. — Sindici : P. Orsieres et Cartellier ; — G. Prepositi, P. Versonnex, Levrerii, Jo. Mara, C. Chicandi, P. Peyrolerii, Fusserii, B. Genodi, Jo. du Soex, Roget, M. Nergaz, Pichon, Byollesii, Nanto, Vuarambert, Bertellier.

Macellarii promictant servire civitati anno durante, et promissione facta, fiant cride ne quis carnes in civitate vendere presumat, nec ad eandem apportare.

Tractetur appunctuamentum de excessibus in villa Seyselli factis.

Visis licteris occasione scannorum et impedimentorum in carreriis et stratis publicis existencium confectis, conclusum fuit quod hujusmodi materia discussiatur in consilio ordinario seu episcopali.

Fiant cride ne animalia intrare habeant vineas situatas infra civitatis limites, sub pena v solidorum.

De vino venali et precio apponendo, nichil pro nunc concluditur.

(122) *Die Martis xvj^a septembris.* — Sindici : P. Orsieres, Cartellier, Leamon ; — C. Chicandi, Roget, Vuarambert, Pichon, Richardet, Byollesii, B. Genodi, Fusserii, Bertellier, Levrerii, Jo. du Soex, Borjaly, Jo. Mara, Peyrolerii, P. Versonnex, de Fonte, (H. Fusserii).

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Michaelis de Nanto, de Luysini, parrochie Magdalenes, hospes, efficitur burgensis pro viij ff.

Evocentur plures numero ad diem crastinam, hora prima post meridiem, pro conferencia habenda occasione scannorum et edifficiorum existencium in carreriis et platheis publicis.

Quia Henricus, vigil, ab hac valle miserie migravit pauper et inops, Dei amore pro exequiis fiendis floreni duo dentur.

Servetur relacio per operarios facta de domibus ruynam minantibus.

Die Veneris xix^a septembris. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — d. de Brandis, G. Prepositi, Levrerii, P. Fernex, Jo. Mara, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. Taconis, P. Taconis, Ber-

tellier, Jo. du Soex, Roget, M. Nergaz, Pichon, Byollesii, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, P. Versonnex, Borjaly, de Fonte, Jo. Bueti.

Johannes Gautherii efficitur vigil, loco illius Henrici nuper deffuncti; qui solitum prestitit juramentum.

De visitacione scannorum sermone facto, fuit conclusum quod in consilio episcopali, vocatis quatuor canonicis, fiat provisio.

Fiant cride de victualibus venundandis in hac civitate, quo revenditrices carni[u]m et piscium non apponant caristiam.

Videantur informaciones de excessibus factis in villa Seyselli.

(123) *Die Martis xxiij^a septembris.* — Sindici : Burdignyn, Leamon, Cartellier; — M. Nergaz, Pichon, Byollesii, de Nanto, Vuarambert, Roget, Fusserii, Bueti, Borjaly, Jo. Tacon, Bertellier, de Fonte, Prepositi, P. Versonnex, B. Genodi, Richardet, P. Taconis, (Jo. Bueti).

De cridis fiendis, remictuntur ad Veneris.

Loquantur n. sindici consilio episcopali de scagnis de Longemale, et expediantur modernis macellariis.

Dentur collobrinariis viginti quatuor floreni percipiendi super quatuor burgensibus creandis.

Fiat mandatum vigillibus pro suis stipendiis termini Sancte Crucis de somma lxiij ff., et pro campana decem, ut moris est.

Die Veneris xxvj^a septembris. — Sindici : Leamon, Cartellier, Burdignyn; — Co. Chicandi, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, M. Nergaz, Pichon, Borjaly, Nanto, de Fonte, Bertellier, P. Fernex, Prepositi, Bueti, B. Genodi, P. Versonnex, P. Levrerii, Byollesii, Jo. Mara, Ducis.

(Burgensis.) — Glaudius filius Johannis Lucingii, de Reygnie, excofferius, parrochie D. N. Nove, burgensis admissus pro viij ff.

Ematur artillieria quam Johannes Valleti tradere vult communitati in solutum pecuniarum communitati per ipsum debitarum, precio condecenti et honesto.

De detento in castro Insule, quia plura latrocinia per ipsum fuere perpetrata, concluditur eundem fore furchis suspendendum[1].

[1] Barthélemy de La Croix, inculpé de larcins, avoués par lui spontanément, fut pendu à Champel le 27 septembre. (*Procès et Informations*, 1re série, n° 183.)

Se compromictant Le Pollien et socii stare ordinacioni n. sindicorum et consilii super differencia existente inter eos et illos de Seysello.

(124) *Martis ultima septembris.* — Sindici quatuor; — Prepositi, P. Versonnex, Levrerii, Bertellier, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Byollesii, de Nanto, de Fonte, Vuarambert, B. Genodi, Jo. Tacon, C. Chicandi, Jo. Mara, de Borjaly, Richardet.

Deputentur tres fidedigni potestatem habentes exequendi cridas fiendas de victualibus venundandis in civitate.

Ille patisserius, in cujus favorem scripsit m. dominus de Challan, admictatur in burgensem tanquam cocus.

De vino venali, ad Veneris remictitur pro taxa apponenda.

Habeantur cappitula confecta occasione franchesiarum civitatis.

Die 3^a octobris, Veneris. — Sindici : Orsieres, Leamon, Cartellier; — Bertellier, Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Jo. du Soex, M. Nergaz, Byollesii, Borjaly, Pichon, Nanto, de Fonte, Vuarambert, B. Genodi, Prepositi, P. Fernex, P. Versonnex, Roget.

De macellariis Longemale, loquantur n. sindici episcopali consilio.

Quoniam corpora nonnullorum excommunicatorum sepelliuntur in platheis seu prope hospitale pestifferium, concluditur, ad obviandum ne id fiat, loqui debere r. d. vicario.

De n. Anthonio de Versonnex petente ut alias certa membra existencia in hospitali pauperum verecundorum, fuit conclusum id negocium fore commictendum n. Johanni Ludovico, priori moderno, et suis consulibus, n. sindicis presentibus et assistentibus, et impresenciarum commictitur visitandum etc.

Pro cridis exequendis deputandi Petrus Rolet, Cortagie et A. Tornier, qui presententur et nominentur r. d. vicario.

(125) *Die Martis vij^a octobris.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — C. Chicandi, Levrerii, Bueti, Jo. du Soex, Roget, Jo. Mara, Pichon, Byollesii, M. Nergaz, B. Genodi, H. Fusserii, Prepositi, Jo. Taconis, Nanto, P. Versonnex, P. Fernex, Bertellier.

(Burgensis.) — Gaspardus filius quondam Symondi Placter, de Cla-

ris, Allemanus, dyocesis de Court, hospes, parrochie Sancti Gervasii, burgensis effectus pro xij ff.

(*Carronerius.*) — Carronerius suum perficiat tempus aut alium ydoneum loco ipsius comperiat, et solvat precium in admodiacione descriptum.

Fiat mandatum Glaudio Bessonet de somma in rotulo etc.

Visis cridis, fuit conclusum preconizari debere modo quo jacent. Et pro exequucione fienda, cum jam electis duo ex vigillibus deputentur, qui pro pena percipiant penam quinque solidorum et medietatem denariate confiscande, ut illese serventur.

Veneris x^a octobris. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Byollesii, Nanto, Vuarambert, Borjaly, Richardet, B. Genodi, Jo. Mara, Bertellier, P. Versonnex, Fusserii, de Fonte, M. Nergaz, Prepositi.

Visa lictera missiva per illos de Seyssello transmissa occasione differencie existentis inter nonnullos de Seysello et quosdam de civitate, fuit conclusum responsum fieri debere quod mictant duos aut tres potestatem habentes se compromictendi pro aliis etc., et nictentur facere appunctuamentum etc. litigio semoto.

Hospes Turris Percise caput nygrum quod depingi fecit ad intersignia ejusdem turris tollat et admoveat, et honorabili Johanni Taconis seu ab eodem deputato, eidem, ut asserit, pertinenti maneat, si legitime constet id caput esse suum.

Terminetur pratum civitatis, vocatis n. Petro de Versonnay et quorum intererit.

De Paquet, an veniat privandus borgesia, ad Martis remictitur.

(126) *Die Martis xiiij^a octobris.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — G. Prepositi, Levrerii, Bertellier, Fusserii, Byollesii, Nanto, (Bertellier,) de Fonte, Bueti, Jo. du Soex, Roget, Lud. Ramelli, B. Genodi, Borjaly, Richardet.

(Burgensis.) — Nobilis Georgius filius quondam nobilis Conrardi Samenhamer, dyocesis Hostetensis, Allemanus, hospes, parrochie Sancti Gervasii, burgensis admissus pro iiij^or scutis ad solem.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Andree Lathomi, condurerius, parrochie Magdalenes, burgensis pro et mediantibus viij ff.

Macellarii Longemale suum continuent possessorium, et interim loquantur n. sindici thesaurario d. episcopi.

Eligantur per n. sindicos sex aut octo pro scannorum visitacione fienda, et inde consilio ordinario nominentur.

Compellatur Lespa et evocetur coram domino vicario, quo de terra super communi capta communitati condigna fiat reparacio.

(Juramentum.) — S. utriusque juris doctores d. Amedeus Levrerii, judex excessuum, et Karolus Millieti, viceofficialis, promiserunt observare franchesias, suorum predecessorum more.

Veneris xvij^a octobris. — Sindici quatuor ; — Prepositi, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Byollesii, Borjaly, Nanto, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi, M. Nergaz, Jo. Loys Ramel, Richardet, d. de Brandix.

(De n. Anthonio Versonnex.) — Taxentur membra petita per n. Anthonium de Versonnex existencia in hospitali pauperum verecundorum, et taxandi impertitur licencia priori et consulibus, et inde eidem notificetur precium.

N. sindici petant remicti Jo. des Enfans pro justicia ministranda, et in casum recusacionis, petant testimoniales etc.

Sumantur informaciones de excessibus factis in personas duorum Theotonicorum.

De leprosis, commic[ti]tur n. consindico Burdignyn et egregio Hugonino Fusserii.

(127) *Die Martis xxj^a octobris.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon ; — P. Versonnex, P. Levrerii, P. Fernex, Jo. Mara, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Jo. Taconis, M. Nergaz, Byollesii, Pichon, Vuarambert, (Pichon,) Bertellier, Nanto, Richardet.

De debatis sermone facto, fuit conclusum quod capiantur culpabiles et detineantur, et qui capi non poterunt citentur et proclamentur.

Loquantur n. sindici consilio episcopali ut, precio appreciato, maneat macellum de Longemale, ob plurimas et validas raciones in medium adducendas.

Prohibeatur Parvo Johanni, stolido, ne carmen honorem plurium denigrans canere presumat, et id canere volentibus, fiat similiter etc.

Die Martis xxj^a octobris, hora prima post meridiem. — Sindici: P. Orsieres, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, P. Versonnex, Jo. du Soex, P. Fernex, M. Nergaz, Byollesii, thesaurarius, d. vicedompnus.

De excessibus factis in Sancto Gervasio in personas duorum Allemanorum, qui, ut fertur, sunt subdicti dominorum Bernensium, fuit conclusum, visis informacionibus, quod capiatur Velluti et culpabiles debacti; et, si capi non possint, proclamentur comparituri in castro Insule, et justicia ministretur.

Die Veneris xxiiij^a octobris. — Sindici: P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Versonnex, Levrerii, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Borjaly, Richardet, B. Genodi, Jo. Taconis, P. Taconis, Nanto, Bertellier, Richardet, C. Chicandi, M. Nergaz, Byollesii; — s. d. Millieti et Levrerii.

(De calice.) — Calix existens in ecclesia Sancti Petri reponatur in cappella scole, et fiat alius usque ad duos marchos argenti fini ad serviendum cappelle S. Petri.

(128) Videantur informaciones contra Bochet sumptas, et perscructetur erga d. vicedompnum de causa sue detencionis, et justicia ministretur.

Instent n. sindici erga illu. et r. dominum Gebenn. episcopum et principem, quo justicia bona et brevis subdictis dominorum Bernensium fiat de excessu facto in personas ipsorum per nonnullos de civitate, cui notifficentur que hucusque gesta fuere in hujusmodi negocio.

Et inde domino vicedompno de hujusmodi excessu requirant justiciam, et testimoniales etc.

De pavimentis fiendis in civitate et mercato illorum, non obstantibus quibusdam conclusionibus dudum in consiliis factis per Machardi exhibitis, fuit conclusum quod stetur scripto statuto et ordinacioni in libro[1] in quo nomina burgensium scribuntur existenti.

[1] Ce volume (ms. 122 des Arch. de Genève), dont il ne subsiste aujourd'hui qu'une partie, contient, p. 169, à l'année 1487 : « Les ordonnances du pavisseur. »

(Mandatum.) — Pavisserio fiat mandatum de somma in rotulo etc.

(Burgensis.) — Georgius filius quondam Johannis Sermynion, Lugdunensis dyocesis, burgensis efficitur pro et mediantibus viij ff.

De vigille Sancti Gervasii nichil fuit conclusum neque deliberatum.

Martis xxviij^a octobris, in conventu Fratrum Predicatorum. — Sindici: P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, P. Fernex, Borjali, Jo. Taconis, Vuarambert, B. Genodi, Byollesii, Bueti, Richardet, Bertellier, Pichon, Nanto, C. Chicandi, Jo. du Soex, Chambet, Nergaz.

De provido Chambet petente solvi gabellam per Bessonet de vino per ipsum vendito, fuit conclusum quod solvat quia primus venditor, dictis et propositis per ipsum non obstantibus.

Quia fertur Oddetum Paqueti appellasse ab ordinacione lata per nobiles sindicos ad consilium Chamberiaci, in prejudicium franchesiarum, concluditur quod nobiles sindici loquantur r. d. vicario, veritatem perscructaturi, et inde, si opus sit, illu. et r. d. Gebenn. episcopo et principi.

De Bochet, qui in castro Insule detinetur, n. sindici alloquantur dominum vicedompnum ad sciendum sue detencionis causam, et se[r]vetur franchesia.

(129) Admodiacio allarum et gribelli.

Anno Domini m° quingentesimo decimo sexto, indicione quarta cum eodem anno sumpta, et die vigesima septima mensis octobris, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis cridis etc., candela incensa etc., nobiles Petrus de Orseriis, Hugoninus de Burdignyno, Franciscus Leamon et Franciscus Cartellier, sindici civitatis Gebenn., admodiaverunt honorabili Guilliermo Danelli, burgensi Gebenn., presenti etc., jus allarum civitati pertinens, cum pertinenciis solitis, una cum gribello admodiari solito etc., et hoc per unum annum integrum, die crastina incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma ducentum quatervigintі et quinque florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis in manibus receptoris etc. Promictentes etc. Renunciantes etc. Actum in dicto claustro, presentibus egregiis Henrico de Nanto et Petro de Quarro, testibus etc. Montyon.

(De Rippa. — xxxij s.) — Ibidem, presentibus quibus supra, memorati nobiles sindici admodiaverunt nobili Petro Anthonio de Rippa platheam Sancti Gervasii, precio triginta duorum solidorum, solvendorum terminis assuetis. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

(De Rippa. — xxxiiij s.) — Dicta die vigesima octava octobris, predicti nobiles sindici admodiaverunt memorato de Rippa platheam Burgiforis, precio triginta quatuor solidorum, solvendorum terminis assuetis. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

(De Plathea. — xx s.) — Plathea Domine Nostre pontis Rodani fuit admodiata Francisco Bidalis, vigilli, precio viginti solidorum, solvendorum terminis solitis etc. Cum renunciacionibus opportunis, presentibus in admodiacione allarum et gribelli nominatis etc.

Die Veneris ultima octobris. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, Pichon, Nanto, Bueti, Richardet, P. Fernex, Borjaly, C. Chicandi, B. Genodi, Roget, Byollesii.

Visis cappitulis per magistrum scole exhibitis, fuit conclusum quod eidem confirmentur lictere per triennium et ulterius dum benefecerit, et d. sindicorum et consilii fuerit voluntatis.

Alie vero res per ipsum petite suo maneant in esse.

(130) *Die Martis quarta novembris.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — G. Prepositi, P. Taconis, G. Chicandi, Fusserii, Roget, Pichon, Byollesii, Borjali, Bueti, Nanto, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, J. Taconis.

(Burgensis.) — Georgius filius quondam Stephani Guerry, de Moyn, condurerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Nycollaus filius quondam Hugonini de Ulmo, de Ruppe, hospes, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

Visa lictera missiva per ducalem celsitudinem in favorem domini Coudree transmissa, fuit conclusum quod eidem fiat responsio. Sed antequam perscructetur si ipse nec predecessores solverint introgium.

Terminetur pratum civitati pertinens, vocatis vocandis.

De jugo campanarum Sancti Victoris, impertitur licencia d. consindico Cartellier et Bertellier fieri faciendi neccessaria.

(Filia vigillis.) — Filie Henrici, vigillis, Dei amore dentur quatuor ulne pagni Burgondie.

(Heredibus P. Roseti.) — Heredibus Petri Roseti, notarii, pro instrumentis per eosdem exhibitis, ad opus communitatis facientibus, relacione egregii Guigonis Prepositi, solvat thesaurarius unum scutum cugni regis.

Veneris septima novembris, in Domo communi. — Sindici quatuor; — G. Prepositi, P. Versonnex, Levrerii, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Nanto, B. Genodi, Roget, M. Nergaz, Pichon, Bertellier, Byollesii, Borjaly, Richardet.

(Pro n. P. de Orseriis admodiacio.) — Nobiles Franciscus de Leamon et Franciscus Cartellier, sindici civitatis, admodiant n. Petro de Orseriis, presenti etc., platheam Fusterie, per tres annos proxima die finite ultime admodiacionis incohandos et simili die finiendos, annis prius revolutis, sub firma trium florenorum parvi ponderis et decem solidorum, solvendorum terminis assuetis etc. Et cavet per n. Hugoninum de Burdignyno, consindicum, etc. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc. Presentibus quibus supra etc.

Videantur informaciones contra in Domo episcopali detentos.

(131) *Die Martis xj^a novembris.* — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, Jo. Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Prepositi, Byollesii, Pichon, Nanto, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi, C. Chicandi, P. Versonnex.

Lathomi operam dantes in fortifficacione burgi Sancti Gervasii, durante ebdomada, finiant jornatas, et finita, in tachium carpentandi lapides detur, ob dierum brevitatem.

(Pro nobili Ludovyco de Lestelley.) — Visa peticione seu supplicacione per nobilem Ludovycum de Lestelley thesaurarium porrecta, actentis racionibus exaratis, fuit conclusum quod eidem detur xxv ff., et detrahantur carroni ij^m v^c, de quibus computavit suis in computis et non recepit.

(Caucio.) — Honnorabilis Guilliermus Danelli, firmarius alarum et gribelli, cavet per honorabiles Guilliermum Curti, Ludovycum Bec et Bernardinum de Romagniano, burgenses civitatis. Qui et ipsorum qui-

libet promiserunt solvere in manibus receptoris etc. somnam ij^{c} iiij^{xx} et v ff., terminis assuetis, et ipse Danelli servare indempnes etc. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis, etc., presentibus quibus supra etc.

|| Admodiacio introgii bossetarum.

Anno Domini m^{o} quingentesimo decimo sexto, indicione quarta, et die undecima mensis novembris, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis prius per preconem civitatis cridis solitis, n. Petrus de Orseriis, Franciscus de Leamon et Franciscus Cartellier, sindici dicte civitatis, admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt honorabili viro Anthonio Millanesii, presenti etc., videlicet introgium bossetarum vini civitati pertinens, tanquam plus offerenti etc., candela acensa et extincta ut moris est, cum pertinenciis solitis etc., cum honore et onere etc., et hoc per unum annum integrum, die crastina incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma tercentum et decem florenorum parvi ponderis etc., solvendorum terminis solitis in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis etc., et ad exhigendum more debitorum fiscalium etc. Cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis; presentibus n. Petro Versonnay, Petro de Quarro et Colino Chicandi, testibus etc. Montyon. ||

(132) *Die Veneris xiiij^{a} novembris.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, C. Chicandi, Roget, Nanto, Bertellier, Pichon, Byollesii, Vuarambert, Richardet, M. Nergaz, || Bueti, || Borjaly, Fusserii, Prepositi, B. Genodi.

(Caucio.) — Honorabilis Anthonius Millanoys, firmarius bossetarum vini, cavet per Stephannum Pecolat, presentem etc.; qui et ipsorum quilibet in solidum promiserunt solvere sommam in suprascripta admodiacione descriptam, terminis assuetis etc. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis; et ipse Millanoys eundem Pecolat servare indempnem etc. Presentibus quibus supra etc.

De lathomis, conclusione facta non obstante, fuit conclusum quod continuent in opere prout fecerunt anno novissime lapso.

Prohibeantur miche et alii parvi panes, prout bricelli et cassemuseaulx, sub penis etc.

(N. Lud^{co} de Lestelley.) — Ludovyco de Lestelley fiat mandatum de intretis de somma xxv ff., et pro ij^{m} v^{c} carron[is], xiij ff. ix d.

Die xvj^{a} novembris, in claustro Sancti Petri Gebenn., ad sonum grosse campane, existentibus: venerandis dominis Petro Goyeti et Gogiatoris; — n. P. Orsieres, H. de Burdignyno, F. de Leamon et F. Cartellerii, sindicis civitatis; — H. Pichon, B. Vuarambert, H. de Nanto, P. Servelli, P. Jaquerii, P. Fabri, Jo. Banniete, C. Crusilliat, Jo. de Nemoribus, P. Voudon, Jo. Bernardi, P. Porrini, Jo. Amiaulx, H. pictore, P. Serex, Jo. Sept, S. Arnaudi, P. Jaloz, Jo. Berthodi, Lud. de Monte, P. patisserio, P. Mangot, Ja. Daberes, F. Bergerat.

Venda vini, in quorum supra presencia et plurium aliorum burgensium et civium civitatis, nemine discrepante, gitata fuit ad xij solidos.

(133) *Die Martis xviij^{a} novembris.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Taconis, C. Chicandi, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, de Fonte, Richardet, G. Genodi, B. Genodi, Borjaly, P. Versonnex, Bertellier, Byollesii, M. Nergaz, H. Pichon.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Mermodi Losserans, de Megeva, excofferius, parrochie D. Nostre Nove, burgensis pro viij ff.

De causa Paqueti impresenciarum ventillante coram s. d. Grossi, fuit conclusum quod n. sindici non se habeant intromictare, actenta doctorum oppinione.

Religiosi Sancti Victoris, si velint, reperire habeant magistrum expertum ad ferrandum jugum et alciandum etc., precio honesto cum eodem fiendo, cui condigna de denariis civitatis fiat satisfacio.

Super differencia existente inter n. et potentem dominum Coudree et n. sindicos et communitatem inde, eligat duos ipse dominus, et parte civitatis alii duo eligantur, et videant si sit exemptus ab introgio vini.

Veneris xxj^{a} novembris. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — Roget, Jo. du Soex, de Fonte, M. Nergaz, Byollesii, Bertellier, B. Genodi, Fusserii, C. Chicandi, P. Versonnex, Richardet, P. Taconis, P. Levrerii, Borjaly, Pichon.

Johannes filius quondam Philiberti Roleti, de Dola, pellipparius, parrochie Sancti Gervasii, admictitur ad suffertam pro sex solidis annualibus, solvendis vita ejus durante, termino festi Sancti Martini, et hiis mediantibus, gaudeat franchesiis civitatis.

(Burgensis gratis.) — Spectabilis dominus Anthonius de Menthone, artis medicine doctor, filius quondam n. et potentis domini Ambaldi de Menthone, admictitur in burgensem gratis etc.

(Le Grissenay.) — Jacobus de Grissenay admictitur in corraterium et veniat juramentum prestaturus.

De Johanne Donnex, observetur albergamentum factum, et visitetur locus.

De porcis excoreatis, fiant cride ne quis abinde vendere presumat.

(134) *Die Martis xxv^a novembris.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — B. Genodi, Jo. du Soex, C. Chicandi, Bertellier, Byollesii, Bueti, Pichon, Nanto, Richardet, Borjaly, P. Versonnex, Prepositi, P. Taconis, Roget, Fusserii, de Fonte, Vuarambert.

Sermone facto de admodiacione fienda macellariis de Longemale, fuit conclusum quod fiat admodiacio in Domo episcopali, votis illu. et reveren. domini episcopi parendo et obediendo.

Admodiacio macelli de Longemale.

Anno Domini m° quingentesimo decimo sexto, indicione quarta cum eodem anno sumpta, et die vigesima quinta mensis novembris, in nostrum Francisci Leamon et Glaudii Troctier, notariorum, etc., personaliter constituti n. Guigo Alba[les]^te, thesaurarius illu. et reverendi domini episcopi Gebenn., et n. Petrus de Orseriis, Hugoninus de Burdignyno et Franciscus de Orseriis [1], sindici civitatis Gebenn., ex una, et Petrus Pastoris, Johannes Tyollerii, Franciscus Mistralis, Jacobus Se[r]modi, Petrus Jacobi, Amedeus Thome, Guilliermus Bocherens et Glaudius Psalterii, macellarii de Longemale, ex alia, partibus, prefati siquidem thesaurarius et sindici admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt predictis macellariis scanna dicti macelli de Longemale, et hoc per tempus trium annorum, incohatorum die vigesima prima octobris novissime lapsi (incohandorum) et simili die finiendo-

[1] *Lisez :* Franciscus de Leamon *ou* Franciscus Cartellier.

rum etc., sub firma cujuslibet anni sexviginti et quinque florenorum parvi ponderis, solvendorum per eosdem macellarios et ipsorum quemlibet in solidum, introgium et exitum, secundum usus et consuetudines dicte civitatis, in manibus thesaurarii episcopatus et civitatis, videlicet medietatem prefato thesaurario domini episcopi, et thesaurario ville aliam medietatem, more debitorum fiscalium. Cum promissionibus, renunciacionibus etc., submissionibus, et aliis clausulis opportunis. Actum Gebennis, in Pallacio episcopali, presentibus Glaudio Gay, Johanne Mugnerii, Johanne de Rippa, Glaudio de Cresto et Petro Mugnerii, vigillibus civitatis, testibus etc.

Veneris xxviij^a novembris. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, G. Prepositi, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Bertellier, Roget, Pichon, B. Genodi, Byollesii, Borjali, Nanto, de Fonte, Vuarambert, Richardet.

(135) *(Burgensis.)* — Honorabilis vir Petrus filius quondam Petri Vernequet, Allemanus, de Rodevil, hospes, parrochie Sancti Gervasii, burgensis admissus pro xij ff.

Lathomus edifficans turrim Sancti Petri admictatur in burgensem, contemplacione dominorum de cappitulo, gratis.

(Tachium.) — Ibidem et in quorum supra presencia, memorati nobiles sindici dant in tachium magistro Jacobo Quibleti, carpentatori, et Jacobo Bronge, serralliono, presentibus etc., ferrandi juga cymballorum pertinencium et spectancium venerabilibus religiosis Sancti Victoris, et juga componendi et faciendi, et inde alciandi duas campanas, suis baptitoriis munitas, et in campanile reponendi, et neccessaria ipsorum sumptibus faciendi, dictamine magistrorum ad hoc expertorum, et hoc precio quaterviginti et decem florenorum parvi ponderis, solvendorum : nunc et in promptu triginta florenos parvi ponderis, et residuum opere finito. Promictentes ipsi Glaudius et Jacobus, et quilibet ipsorum in solidum, dictum tachium hinc ad festum Nativitatis Domini proxime futuri perfectum reddere, et campanas pulsando, funi[bu]s exceptis, et manutenere tribus annis durantibus, ipsorum propriis missionibns et expensis, sub obligacione bonorum suorum etc. Renunciantes etc. Actum Gebennis, in Domo communi et in aula in qua consilium ordinarium celebrari solet, presentibus quibus supra. Montyon.

Die Martis secunda decembris. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — M. Nergaz, Bueti, Vuarambert, Byollesii, Richardet, Jo. du Soex, Prepositi, de Fonte, Roget, Levrerii, C. Chicandi, Borjali, Bertellier, Jo. Mara, P. Versonnex, Pichon, B. Genodi, Nanto.

(Burgensis.) — Mauricius filius Petri Salliet, de Vyeu in Salacio, peyrolerius, parrochie Sancte Crucis, burgensis pro viij ff.

(Burgensis, gratis.) — Magister Jacobus filius quondam Moneti Rosselli, de Sentrier, lathomus, parrochie Magdalenes, burgensis admissus gratis, contemplacione dominorum de cappitulo.

Carronerius solvat firmam sue admodiacionis, dictis et propositis per ipsum non obstantibus.

Evocetur consilium quinquaginarium pro macellariis magni macelli, actenta requisicione per eosdem facta.

De Johanne des Enfans ministretur justicia, remissione facta n. sindicis per vicedompnum.

Fiat mandatum Michaeli vigilli de sex ff., super uno burgensi percipiendis, ut moris est.

(136) *Consilium Lrium. — Die Veneris quinta decembris.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, de Fonte, Byollesii, Nanto, Richardet, Fusserii, Ja. Nepotis, de Ulmo, N. Gentilis, Ja. Frojon, Magistri, H. pictor, Bessonet, Chambet, Villiet, de Poste, L. Curteti, Jo. Vallet, G. Genodi, Lullini, Grassi, Bueti, de Aqua Nygra, C. Chicandi, Poujalis, Bachodi, Jo. Fabri, P. Fernex, Megerandi, Bochuti, P. Rosset, A. Millanoys, Chaboz, Bertellier, Pichon, A. cocus, de Pileo Rubeo, Serventis, P. Versonnex, Roget, Porralis, Jo. Sept, Jo. Bernardi, Megex, A. patisserius, B. Genodi.

Expositis molestiis et inquietacionibus per dominum vicedompnum in personas macellariorum magni macelli illatis, pretextu, ut asserit, nonnullarum licterarum ducalium, occasione linguarum quas solvere recusarunt et recusant illu. d. duci Sabaudie. Et quia sunt burgenses, petunt auxilium et consilium sibi dari, ut a ceptis desistat ipse vicedompnus. Hiis auditis, fuit conclusum quod n. sindici loquantur r. d: Gebenn. episcopo, cujus interest hanc materiam amplecti, et eisdem macellariis dentur favores possibiles.

Intrentur thesaurario contenta in rotulo per honorabilem Pichon signato.

Ebdomadarii, cum portitore consilii, fuere soluti.

Die Martis ixa decembris. — Sindici : Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, P. Versonnex, Bueti, Fusserii, Byollesii, Nanto, Vuarambert, C. Chicandi, Richardet, (Richardet,) P. [*lisez :* G.] Roget, Borjaly, Prepositi, B. Genodi, de Fonte, Jo. Taconis, P. Taconis.

Quia Johannes des Enfans fuit admissus ad suas deffensiones extra carceres et commictitur vicedompno vel sindicis etc., fuit conclusum loqui debere illu. d. episcopo, ne quicquam fiat in prejudicium franchesiarum.

De Paquet, in cujus favorem lata fuit sentencia absolutoria, ut fertur, per dominos Sucheti et Grossi, concluditur quod n. sindici alloquantur illu. dominum episcopum, ut civitatis franchesias servare dignetur illesas.

Die Veneris xija decembris. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — Prepositi, P. Versonnex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, M. Nergaz, Pichon, Byollesii, Borjaly, Nanto, Vuarambert, Richardet, Bertellier, B. Genodi.

Carpentatori civitatis fiat mandatum, prout in rotulo signato per Pichon etc.

(137) *(Burgensis.)* — Glaudius filius Michaelis Mollerii, de Roz, peyrolerius, parrochie Sancte Crucis, burgensis admissus pro viij ff.

(Burgensis.) — Jacobus filius quondam Johannis Moricii, parrochie Sancti Gervasii, mugnerius, burgensis admissus pro viij ff.

Visa actestacione facta de examine domini Caroli Magni contra dominum procuratorem fiscalem, fuit conclusum quod, parte civitatis, examen persolvatur, ascendens ad sommam quindecim florenorum parvi ponderis.

De verbis injuriosis per Paquet prolatis in personas nobilium sindicorum, fuit conclusum quod sumantur informaciones, et sumptis, provideatur.

Examinetur Nycolaus Vuachon in castro Insule detentus, et petant remicti domino vicedompno, et inde justicia ministretur.

De alio in castro Insule detento pro furto sermone facto, fuit conclusum ipsum fore fustigandum usque ad sanguinis effusionem et perpetuo bampniendum[1].

Die Martis xvj^a decembris. — Sindici : P. Orsieres, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, Jo. du Soex, Richardet, de Fonte, Bertellier, Roget, Nanto, Prepositi, Co. Chicandi, Bueti, Pichon, B. Genodi, Vuarambert, Fusserii.

Visa lictera missiva transmissa Jo. de Tulia, fuit conclusum quod suam porrigat supplicacionem magnifico Chamberiaci consilio, quo provisionem fructuosam obtinere possit.

De Paquet, loquantur n. sindici illu. d. nostro episcopo, et, nisi constet de indulgencia, instent ut ordinacio per eosdem lata exequucioni demandetur, et privetur borgesia.

De Magnyni, dicente et exponente domum in civitate existentem fuisse sigillatam, et inhibitum inquilinis sub penis formida[bi]libus ut domum vacuent, contra franchesiarum tenorem, fuit conclusum loqui debere dicto r. d. episcopo et principi.

(138) *Die Veneris xix^a decembris.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Pichon, B. Genodi, Prepositi, Byollesii, Nanto, de Fonte, Richardet, Bertellier, Vuarambert, M. Nergaz.

De Paquet sermone facto, quia dictus Paquet complura verba injuriosa contra nobiles sindicos dixit et protulit, dum et quando quidam appellatus Vachon, pro homicidio per ipsum, ut fertur, Clusis perpetrato, in domo ipsius per eosdem captus extitit, concluditur, ut ceteris cedat in exemplum, quod privetur borgesia, et prohibeatur ne amodo utatur ; et notifficetur illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo et principi conclusio consilii.

De barbitunsore in castro Insule detento, veniat veniam petiturus, et non admictatur in burgensem.

[1] Le 13 décembre, après le prononcé de cette sentence des syndics contre « Pierre Chamosset, de Mojoux, » l'évêque fit remettre au lieutenant du vidomne des lettres de grâce, présentées par Guigue de Compeys, prieur de Mégève. *(Procès criminels et Informations,* 2e série, n° 109).

De sentencia lata per s. utriusque juris doctorem dominum Grossi in favorem Paqueti, fuit conclusum quod habeatur duplum et interponatur appellacio.

Fiat mandatum vigillibus pro stipendiis termini Nativitatis Domini proxime futuri.

Die Sabbacti xx^a decembris. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — d. vicedompnus, G. Prepositi, P. Fernex, C. Chicandi, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Byollesii, Nanto, Vuarambert, Richardet, Levrerii, Serventis.

Visis licteris gracie seu indulgencie per illu. et reveren. dominum nostrum Gebenn. episcopum et principem Oddeto Paqueti factis, cujus vigore dictus Paquet fuit restitutus in burgensem civitatis, per n. sindicos et consiliarios pro nonnullis verbis injuriosis in personas eorumdem prolatis borgesia privatum. Quia dicta indulgencia, quoad concernit borgesie restauracionem est prejudiciabilis libertatibus, franchesiis et immunitatibus civitatis, fuit conclusum quod n. sindici, prescriptis associati, instent erga illu. d. ut revocare dignetur, quia civitatis franchesias servare promisit illesas.

(139) *Die predicta xx^a decembris.* — Sindici quatuor, in Domo communi, hora 3^a post meridiem ; — P. Levrerii, Jo. Mara, Bueti, Jo. du Soex, Roget, Pichon, L. Curtet, Byollesii, Nanto, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Bertellier.

Retulerunt n. sindici habuisse responsum a domino, nolle revocare licteras dicto Paqueti concessas, et nichil aliud facere velle. Quamobrem fuit conclusum quod pro hujusmodi negocio et conferencia habenda cum civibus et burgensibus civitatis, evocetur consilium quinquaginarium, ad horam septimam de mane.

Quia egregius de Fonte est procurator Oddeti Paqueti, concluditur quod consilium intrare non presumat quousque fuerit vocatus et petitus.

Die Dominica xxj^a decembris. — Sindici : Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — Vuarambert, Fusserii, Jo. Valleti, Pichon, H. pictor, Bueti, A. patisserius, Amyaulx, L. Bel, Plonjon, Nanto, Byollesii, Ja. Nepotis,

de Ulmo, Jo. du Soex, Lu. de Pane, Bertellier, Megerandi, P. Rosset, Bochuti, de Aqua Nygra, B. Genodi, Jo. Nycodi, B. Lamet, Lullini, Chambet, S. borserius, Poujalis, Bachodi, F. de Lompnes, Richardet, Donzelli, Borjaly, P. Veteris, de Pileo Rubeo, Megex, Leta, P. expinguerius, C. Chicandi, G. Genodi, A. Versonnex, Jo. Bernardi, Jo. Servelli, G. Prepositi, A. de Rippa, Jo. Mara, M. Nergaz, P. Fernex, s. d. Chivallerii, Millanoys, Grassi, de Poste, Ja. Frojon.

Expositis, in quorum supra presencia, que gesta fuere circa factum Paqueti, ad causam appellacionis per ipsum interposite de ordinacione per n. sindicos lata, equidem injuriarum in eorum personas illatarum, et perlectis denique licteris indulgencie quarum vigore fuit in burgensem restitutus per illu. et r. d. episcopum et principem contra tenorem franchesie etc., fuit conclusum quod per n. sindicos dicto illu. d. fiant demonstraciones ut reparanda reparentur, et, in casum recusacionis, interponant appellaciones.

(140) *Die Martis xxiij^a decembris.* — Sindici : Leamon, Burdignyn ; — G. Prepositi, Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Byollesii, Richardet, P. Fernex, Nanto, Vuarambert, Jo. Grossi, Pichon, Bertellier, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, (P. Levrerii).

De facto Oddeti Paqueti, quia consilium non est completum, ideo ad octavam remictitur negocium discussiendum.

De illa pauperrima muliere helemosinam petente, fuit conclusum quod eidem unus florenus detur, Dei amore.

Visis actestacionibus factis per commissarios qui examen fecerunt in causa Rossetorum contra dominum Langini, fuit conclusum quod thesaurarius eisdem solvat sommam in dictis actestacionibus descriptam.

Non celebretur consilium in crastinum festi Nativitatis Domini.

Veneris xxvj^a decembris, non fuit consilium celebratum ob festum S. Stephani.

Martis penultima decembris. — Sindici: Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — Prepositi, Fusserii, Nanto, Jo. Mara, C. Chicandi, Bueti, Jo. du Soex, Pichon, Byollesii, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Roget, s. d. Chivallerii, P. Levrerii, Bertellier, Jo. Grossi.

(cc ff.) — Fiat laudimium magistro Plonjon, cui quarta pars detur, de precio ducentum florenorum, videlicet xxv ff. — *(Levatum est.)*

(Burgensis.) — N. Glaudius, filius naturalis quondam venerabilis domini Glaudii de Grillier, prioris Aye, parrochie S. Crucis, admictitur in burgensem pro viij ff.

Audiatur Oddetus Paquet, et audito, consilium quinquaginarium ad diem crastinam evocetur.

(141) *Die Mercuri ultima decembris.* — Sindici : H. de Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, P. Fernex, Nanto, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Pichon, Roget, Jo. Bernardi, de Ulmo, Ja. Frojon, Megex, P. Poterel, Jo. Nycodi, Bochuti, Cambet, Byollesii, Ny. Gentilis, Bachodi, Jo. Surdi, P. Versonnex, Plonjon, P. Monachi, Donzelli, H. pictor, B. Genodi, Grassi, de P[ileo] Rubeo, L. Curtet, Poujalis, Pecolat, Amiaulx, L. Bec, S. borserius, G. Genodi, de La Doy, Richardet, Megerandi, Jo. Fabri, de Poste, P. Rosset, H. cocus, (Jo. Nycodi,) P. Villiet, Prepositi, Magistri, Jo. Mara, Serventis, A. patisserius, d[e]Aqua Nygra, Vuarambert, A. Millanoys, P. de Rippa, G. Cadodi, L. Boytet, Bertellier, Bueti, La Tire.

Oddetus Paqueti, in presencia quorum supra et plurium aliorum civium et burgensium, veniam peciit cum omni humilitate, de injuriis illatis in personas n. sindicorum, rebellione per ipsum facta in capcione Jacobi Vachon, et appellacionibus interpositis etc., et obtenta, contemplacione illu. et r. d. episcopi, restitutus [fuit] in borgesia, qua per eosdem privatus extitit ob causas suprascriptas.

Et pro hujusmodi reabilitacione, concluditur quod solvat decem scutos cugni regis ad solem, distribuendos arbitrio n. sindicorum, cum expensis hujusmodi consilii pro eodem celebrati.

ANNI MUTACIO IN ANNUM QUINGENTESIMUM DECIMUM SEPTIMUM.

Die Veneris secunda januarii. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier ; — P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Roget, Prepositi, Pichon, Byollesii, Nanto, Richardet, B. Genodi, Bertellier, (Prepositi).

De sentencia lata per s. d. Grossi in favorem dicti Paquet, fuit conclusum quod s. d. Chivallerii et Bueti communicentur franchesie et civitatis jura, et videant in jure si veniat revocanda, actenta commissione eidem Grossi per dominum facta.

Consuletur processus domini Caroli Magni contra procuratorem fiscalem per eosdem dominos doctores, ne civitas, consilii deffectu, jacturam subire cogatur.

Exhigantur erreragia per civitatis thesaurarium et compellantur debitores etc.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Johanni Bernardi de somma in rotulo descripta etc. — *(Levatum.)*

(142) *Lune, loco Veneris [Martis], v^a januarii.* — Sindici: P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — G. Prepositi, C. Chicandi, Bueti, Pichon, Byollesii, B. Genodi, Nanto, (Jo. Bueti.)

Nichil fuit deliberatum neque conclusum deffectu consiliariorum.

Martis vj^a januarii, festum Ephiphanie. — Non fuit consilium celebratum.

Veneris ix^a januarii. — Sindici: P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, Pichon, G. Prepositi, Byollesii, C. Chicandi, Jo. du Soex, Bueti, B. Genodi, Fusserii, Jo. Taconis, Nanto, Bertellier, Richardet; abbas.

(Burgensis.) — Bricius filius quondam Clementis Barberii, de Thoyrie ultra Arerem, affanator, parrochie Magdalenes, burgensis efficitur pro viij ff.

(Burgensis.) — Mauricius filius quondam Johannis Vuagnyen[1], condurerius, parrochie Sancte Crucis, pro viij ff. admictitur in burgensem.

(Burgensis.) — N. Bernardus filius quondam Domengii de la Campanaz[2], Gasconus, archerius illu. d. Sabaudie ducis, admictitur in burgensem pro uno allecrest, gardebras et secreta valentibus communi estimacione x ff.

[1] Ou « Vuagnien, » variante du R. C. — Les mss. 122 et 128 (Arch. de Genève) écrivent « Vuagnyon. »

[2] Ms. 122 : « Domengii de Sancto Johanne de Campagnia. »

(De Paquet.) — De decem scutis per Paquet solutis in manibus n. Ludovyci de Lestelley pro reabilitacione et restauracione borgesie, fuit conclusum quod fiat calix argenteus ad serviendum in divinis in cappella Sancti Michaelis.

Loquantur n. sindici d. vicedompno ne quicquam facere velit in prejudicium franchesiarum civitatis dicto Paquet, multiplicando penas, et deffendantur franchesie, et Paquet suo in bono jure.

Confirmentur lictere constitucionis facte magistro Excertonis per triennium die 2^a instantis jugnii incohandum.

De adventu illu. d. bastardi Sabaudie, ad Martis fiat sermo.

Ille lathomus petat veniam de injuriis illatis in personam dicti Excertonis.

(143) *Die Martis xiij^a januarii.* — Sindici: P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, Prepositi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Nanto, Richardet, B. Genodi, C. Chicandi, Byollesii.

R. p. F. Couacti, de Burgo in Breyssia, gravi infirmitate detento, floreni duo dentur pietatis inthuytu.

Contemplacione consindici Leamon, admictatur in burgensem ille carpentator de quo loquutus est.

Rescribatur d. Baltozardo de Millanensibus pro indulgenciis hospitalis pestifferi.

Petrus, vigil, fornerius furni civitatis, pro et mediantibus xxv^e florenis, stet in eodem furno durante tempore sue admodiacionis, et termino sue admodiacionis expirato, eidem fiat admodiacio precio xxv ff. pro quolibet anno, cum fassinis solvi solitis.

Fiant cride de sellioctis aptis ad ignem et epicothoriis in civitate existentibus, ut unusquisque mundare habeat, sub pena trium solidorum etc.

Die Veneris xvj^a januarii. — Sindici: Burdignyn, Leamon; — P. Versonnex, Prepositi, Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, B. Genodi, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Byollesii, de Nanto, Richardet, Bertellier.

(Portitor.) — Glaudius Mollier, peyrolerius, efficitur portitor porte

Sancti Anthonii sub stipendiis duorum florenorum etc., qui juravit in forma etc.

De fratre Thoma in conventu Sancti Francisci predicante [1], fuit conclusum quod eidem, semel in die, dentur due coccassie vini albi et rubei et panes duodecim unius quarti pro pecia.

Macellarii vendentes ultra taxam appositam priventur per unum mensem, ut suadet racio.

De sociis hujus civitatis ire volentibus obviam illu. d. Reynerio bastardo Sabaudie, fuit conclusum quod, habita conferencia cum consilio episcopali, fiat prout eorum fuerit voluntatis.

(144) *Die Sabbacti xvij^a januarii.* — Sindici quatuor; — P. Levrerii, Jo. Mara, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Pichon, Byollesii, B. Genodi, Prepositi, Nanto.

Sociis civitatis euntibus obviam illu. d. Reynerio bastardo Sabaudie pro expensis detur xxv ff. parvi ponderis.

Et parte civitatis dentur eidem tres quarteroni ypocratis et tres malvatici.

Die Martis xx^a januarii. — Sindici: P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — C. Chicandi, Fusserii, Pichon, Roget, Nanto, Bertellier, Richardet, Vuarambert, Prepositi, Bueti, Byollesii, B. Genodi.

(Burgensis.) — Egregius Stephanus filius quondam Guilliermi Lyonardi, de Ravoyria, notarius, parrochie Sancti Germani, burgensis efficitur pro viij ff.

(Admodiacio.) — Memorati n. sindici admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt Georgio filio quondam Michaelis Gallicien, de Galles, presenti etc., carroneriam civitati pertinentem, per spacium sex annorum hodie incohandorum et simili die finiendorum, annis prius revolutis, sub firma ij^m et quinque centum carronum, solvendorum terminis assuetis etc. Promictentes ipse partes etc., et ipse Georgius eandem carroneriam, prius in locis neccessariis per civitatis thesaura-

[1] Sur ce cordelier, « nommé frère Thomas, de païs esclavon, mais habitant en Itallye, » et qui « preschoit en itallien, en grande admiration du peuple, » voy. Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 42-43. — C'est à lui que le registre du Conseil fait encore allusion le 20 janvier.

rium reparatam et reedifficatam, dictis sex annis durantibus manutenere etc. Renunciantes etc., presentibus quibus supra.

Inherendo doctrine illius fratris cordigeri, nunc a civitate absentis, quem vulgi oppinio sanctum predicat fore, in quatuor conventibus celebrentur misse sequentes, una de Sancto Spiritu, alia de gloriosissima virgine Maria, alia de omnibus sanctis, et ultima de deffunctis, quo, hiis mediantibus et populi precibus, iram Dei placare et periculis forte futuris obviare valeamus.

Socii civitatis eligant quem duxerint eligendum, in cujus manibus reponantur viginti quinque floreni, et de hiis faciant prout videbitur fore fiendum etc.

(Burgensis, gratis.) — Honestus vir Ludovycus de Boulo, de Eyria Villa, parrochie beate Marie Nove, carpentator, filius Johannis de Boulo, admictitur in burgensem gratis, contemplacione consindici Leamon.

(145) *Die Veneris xxij^a januarii,* in castro Insule. — Sindici: P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, M. Nergaz, Pichon, Jo. du Soex, B. Genodi, Byollesii, Bueti, P. Versonnex, C. Chicandi, Richardet, Fusserii, Nanto; d. vicedompnus, Ducis.

Audita responsione per servitorem n. Acqueneaz et alium servitorem magistri Andree Sallerii in manibus m. d. vicedompni, n. sindicis et suprascriptis presentibus, fuit conclusum quod omnia notifficentur illu. et r. d. episcopo. Et inde nobilibus Faucon et aliis de eisdem querimoniam facientibus fiat responsio.

Evocentur macellarii, prandio sumpto, et, si velint libram bovinalem den. sex vendere, pugniantur et priventur arte sua.

De Bergerat in Domo episcopali detento, fuit conclusum quod n. sindici instent erga r. d. episcopum ut a carceribus relaxetur et justicia ministretur.

Die Martis xxvij^a januarii. — Sindici quatuor; — P. Levrerii, Prepositi, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Jo. du Soex, G. Roget, M. Nergaz, B. Genodi, Pichon, Byollesii, Borjaly, Nanto, Vuarambert, Richardet, Bertellier, Ludovicus Ramel, Fusserii.

Loquantur n. sindici illu. et reveren. domino nostro Gebenn. epis-

copo et principi, ne quicquam fieri paciatur in prejudicium franchesiarum, actenta querimonia per Magnyni nobis facta.

Deputetur ille presbiter in presbiterum hospitalis pestifferi, constito de sciencia et morum probitate, caucione prius ydonea per eundem prestita.

(Burgensis.) — Honestus vir Guilliermus filius quondam Victoris de La Moulaz, barbitonsor, burgensis efficitur pro duobus florenis, residuum contemplacione domini Petri Alardet detur.

(146) *Die Veneris penultima mensis januarii.* — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, M. Nergaz, Pichon, Byollesii, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, Prepositi, Roget, P. Versonnex, Bertellier, Porralis.

De sentencia lata per d. Glaudium Grossi contra franchesias et libertates dicte civitatis, fuit conclusum quod illu. et r. d. episcopo porrigatur supplicacio, ut velit providere in justicia.

De nobili consindico de Orseriis petente, actentis penis et laboribus sumptis dum et quando terralia burgi Sancti Gervasii fuere constructa, firmam plathee Fusterie pro duobus annis sibi dari, et quia peticio censetur racioni consona, fiat ut petitum est.

(Burgensis.) — Honestus vir Petrus filius quondam Petri Breysat, minuserius, de Parvo Bornando, parrochie Sancti Germani, burgensis effectus pro viij ff.

Die Martis 3ª februarii. — Sindici : Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, G. Prepositi, Bueti, Fusserii, Roget, Jo. du Soex, Pichon, Bertellier, Byollesii, Nanto, Vuarambert, Richardet, B. Genodi, (Richardet,) C. Chicandi, (G. Prepositi).

(Prepositi.) — Egregio Prepositi, procuratori civitatis, fiat mandatum de somma decem florenorum pro stipendiis unius anni novissime lapsi.

(Presbiter hospitalis.) — Dominus Glaudius Clementis alias Margelli admictitur in presbiterum hospitalis pestifferi, actenta relacione per nonnullos de consilio facta etc., et hoc per tres annos hodie incohandos etc., et ulterius dum benefecerit etc., sub stipendiis dari solitis etc.; cum honore et onere etc. Ad cujus preces se dat et constituit fidejussor etc. Glaudius Mutillion, parrochie Alingii. Promictens ipse dominus Glaudius dictis tribus annis, tempore adversitatis et prosperitatis, servire in

divinis, et facere que incombunt fienda, et bonum computum de hiis que suis in manibus reponentur reddere etc., et fidejussorem servare indempnem etc. Actum presentibus quibus supra.

(Thesaurario.) — Intrentur thesaurario contenta in rotulo perlecto in quorum supra presencia et signato per Pichon.

(147) *Consilium Lrium. — Veneris vjª februarii.* — Sindici : ‖ P. Orsieres, ‖ H. Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Levrerii, M. Nergaz, Fusserii, Byollesii, Pichon, Roget, Jo. Sept, de Ulmo, Bueti, H. pictor, Grassi, Lu. de Pane, B. Genodi, G. Genodi, Jo. Rosset, de Poste, C. Chicandi, G. Comitis, Bertellier, Pougalis, m. P. Poterel, Jo. Fabri, Jo. Nycodi, Serventis, Bachodi, Megerandi, H. cocus, m. Amedeus patisserius, A. peyrolerius, A. Chabodi, Jo. du Soex, Ja. Nepotis, P. Leta, G. Megex, de Aqua Nygra, Ja. Frojon, P. Versonnex, (P. Poterel), La Tire, Machard, de Ponte, de Pileo Rubeo, expinguerius, Jo. Taconis, P. Fernex, A. Millanoys, de Nanto, Villiet, Magistri, Lud. Bec, Lullini, P. Taconis, Jo. Bernardi, Lud. Curteti, Richardet, pelliparius, Prepositi, Jo. Vallet, Navis, Pichon, Donzelli.

Fiat mandatum appothecario de contentis in rotulo per Pichon signato. — *(Levatum est.)*

Intrentur thesaurario contenta in rotulo per Pichon signato.

Nominati in rotulo fuere electi pro sindicis anni presentis.

Nota quod quatuor ebdomadarii, cum portitore, fuere soluti aliorum more.

Consilium generale. — Die viijª februarii, Dominica. — Sindici : P. Orsieres, Burdignyn, Leamon, Cartellier; — P. Versonnex, A. Versonnex, P. Levrerii, G. Prepositi, Jo. Taconis, Nanto, G. Serventis, P. Veteris, Jo. Sept, L. Curteti, A. Julliardi, A. Chambet, P. Magnyn, Ste. Arnaudi, F. Suchardi, Cri. Tombet, P. Forest, A. Darnoys, L. Bec, P. Rosset, Jo. Boulard, Lu. de Lestelley, E. Bonnaz, Jo. Tissocti, A. Savignie, Jo. Pape, G. Perrini, Jo. Binard, Jo. de Crouz, A. Millanoys, Jo. Baudi, Jo. Pecolat, Jo. Hostellerii, Bessonet, B. Gaud, Jo. Grassie, Ja. Servelli, B. Boulet, P. Chappuys, L. de Pane, Jo. de Joex, Jo. du Soex, G. Vuydat, Ja. Nepotis, Jo. de Poste, A. Nigri, G. Cohendet, F. de Lompnes, de Ulmo, (Ja. Nepotis,) F. Troctier, de Ponte, Ser-

ventis, Jo. Bernardi, Amyaulx, Phi. Fornerii, C. Chicandi, P. Poterel, P. patisserius, Jo. Fusserii, F. Mallieti, d[e] P[ileo] Rubeo, Ja. Cardinalis, Ny. Gentilis, H. pictor, de Poste, Jo. Cohendet, Jo. Malliardi.

In quorum supra presencia et plurium aliorum civium et burgensium, fuit facta per eosdem electio sindicorum, et fuere electi et creati n. Petrus Levrerii, M. Nergaz, G. Richardet et Porralis. Qui Levrerii et Richardet juraverunt in forma etc., et alii duo in Domo communi. Dantes potestatem etc. Promictentes bona fide etc. in forma solita. Et dant potestatem substituendi etc.

(148) *Die Martis x^a februarii.* — Sindici : P. Levrerii, M. Nergaz, Richardet, Porralis ; — Roget, Fusserii, d. S. Michaele, C. Chicandi, P. Taconis, Bueti, Jo. Taconis, Leamon, Jo. du Soex, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi, Burdignyn.

Consiliarii omnes consilium intrantes post exposicionem de occurrentibus factam, suis priventur solidis dari solitis in consiliis ordinariis existentibus, et in consiliis signanter extraordinariis interesse debeant. Et si per civitatis vigilles petantur et ad consilia vicibus tribus recusent venire, nulla justa subsistente causa, a consilio priventur ; et id edictum servetur illesum.

Omnes consiliarii secreta secrete teneant, sub pena privacionis consilii, nec abinde suas rasperias seu pugniardos, ipsis in consilio existentibus, gerere presumant, neque burgenses seu cives consilium intrantes.

Qui querimoniam facere voluerint, unus post alium audiantur, et, finita querela unius, alius intret consilium, et equidem plures pro uno et eodem negocio insimul.

Processus criminales formentur coram n. sindicis, judicibus causarum criminalium, verbis gallicis[1].

Die Veneris xiij^a februarii. — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Versonnex, Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis,

[1] Malgré cette décision, les procédures criminelles instruites par les syndics continuèrent à être écrites en latin, sauf les sentences de condamnation, souvent en français dès 1488 au moins, ou rédigées en latin, avec traduction française. De 1530 à 1535, on trouve des dossiers en latin et d'autres en français. Cette dernière langue est seule employée à partir de 1536.

Fusserii, d. S. Michaele, Roget, Leamon, Cartellier, Pichon, Borjaly, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Bertellier, Prepositi, G. Roget, P. Taconis ; Ducis.

Fiat mandatum Amedeo Planchans[1] de somma in rotulo descripta etc.

Loquantur n. sindici illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo ne scandalla oriantur, occasione cujusdam predicatoris in parrochiali ecclesia beate Marie predicare volentis, et providere dignetur ut predicent suis in ecclesiis.

Visa lictera missiva per Rossetos exhibita, fuit conclusum quod causam contra dominum Langini solicitare habeant, et processu completo, apportent visitandum et consulendum.

De triginta florenis existentibus penes honorabilem Franciscum Cartellier, fuit conclusum quod pauperrime mulieri, cui compaciendum est, floreni quindecim dentur, et alii quindecim procuratoribus Omnium Animarum pissidis, pro nutriendo puerum cujus pater ignoratur.

(149) *Die Martis xvij^a februarii.* — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Taconis, Fusserii, d. S. Michaele, Pichon, Jo. du Soex, Roget, P. Versonnex, H. de Burdignyno, P. Fernex, P. Orsieres, Prepositi, Leamon, Borjaly, Bertellier, B. Genodi, Jo. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Vuarambert ; — d. vicedompnus, Ducis.

De licteris Paqueti, de quibus conqueritur, ob narrata in exordio ipsarum licterarum concernencium gibbas et contractus infelices etc., fuit conclusum quod provideatur prout noverit consilium quinquaginarium, cui remictitur.

Fiant cride de porcis, stabulis porcorum, immondiciis in stratis publicis existentibus etc., sub pena trium solidorum.

Evocentur piscium visitatores ad Veneris, ut in piscibus venundandis decens fiat provisio.

Die Veneris xx^a februarii. — Sindici : P. Levrerii, M. Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, Fusserii, d. S. Michaele, Jo. du Soex,

[1] Les *Comptes de la Communauté* pour 1517 n'ont pas été conservés, mais quelques mandats de cette année se retrouvent dans le vol. 3 (1505-1520) des *Livres des trésoriers*, lequel donne l'énumération de 142 paiements effectués du 9 février 1517 au 29 janvier 1518.

Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, B. Genodi, Borjaly, Nanto, Vuarambert, Jo. Taconis, Bertellier, (B. Genodi,) P. Taconis, C. Chicandi, Bueti; — s. d. Chivallerii et Blecheret.

Carroneria refficiatur dictamine peritorum, et quia dies magni sunt, ad jornatas.

De Lamèt, visis parcellis et processu coram r. d. vicario ventillante, fuit conclusum quod suum prosequatur negocium juris via.

Erreragia data quondam Galliachio Galliardi exigantur et recuperantur per Macheret ad tercium denarium, pro pena etc.

(Pro n. P. de Orseriis.) — N. Petro de Orseriis detur firma admodiacionis plathee Fusterie pro tribus annis eidem admodiatis, precio cujuslibet anni trium florenorum et decem solidorum, pro pena sumptis in terralibus Sancti Gervasii etc., conclusione jam facta de duobus annis non obstante.

Spectabili d. Blecheret [dentur] scuti duo cugni regis ad solem, pro juris allegacionibus in causa d. Caroli confectis.

(150) *Die Martis vigesima quarta februarii.* — Sindici: P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Versonnex, C. Chicandi, P. Orsieres, (M. Nergaz), Ja. Nepotis, A. Millanoys, Bueti, Jo. Taconis, d. de Brandis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Bertellier, Pichon, Nanto, B. Genodi, Hu. Burdignyn, Leamon.

Loquantur n. sindici illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo et principi de causa ventillante inter d. procuratorem fiscalem et dominum Carolum Magni, ut tractetur sumarie per duos per eundem deputandos et alios duos parte tocius civitatis, et in casum recusacionis, dicant se fore cohactos onus hujusmodi deffencionis pro tota communitate, cujus sunt procuratores, assumere, egre ferentes suum contra principem litigare et litibus ambiguis insistere.

Equidem de sentencia per spectabilem dominum Grossi lata in favorem Paqueti, contra formam franchesiarum, eidem fiat sermo, et dignetur providere ut eodem modo terminetur.

Piscium visitatoribus fiat mandatum de somma assueta pro anno proxime lapso. — *(Levatum est.)*

Die Veneris penultima februarii. — Sindici: P. Levrerii, M. Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Orsieres, Burdignyn, P. Versonnex, P. Taconis, Fusserii, d. S. Michaele, Roget, Leamon, Cartellier, Jo. Taconis, Jo. Bueti, Prepositi, Pichon, Borjaly, Nanto, Vuarambert, Bertellier, s. d. Chivallerii et Blecheret, B. Genodi, Jo. du Soex.

De causa domini Caroli Magni contra procuratorem fiscalem episcopatus, fuit conclusum quod n. sindici assumant onus deffencionis cause, et caveant per n. Ludovycum de Lestelley, quem promictant servare indempnem etc.

(Millanoys, Ja. Nepotis.) — Honesti viri Anthonius Millanoys et Ja. Nepotis commictuntur ad visitandum pisces venales, anno hujusmodi durante, sub stipendiis assuetis, et veniant juraturi in forma solita.

In exitu consilii, memoratis n. sindicis in aula existentibus et cum Johanne Rosseti, hospite ad signum Capitis Nygri, loquentibus, supervenit honorabilis Johannes Taconis, civis Gebenn., dicens quod signum Capitis Nygri ad eundem spectare et pertinere, interrogando eundem Johannem nonne teneret ab eodem; qui respondit, in n. sindicorum presencia, id signum seu intersignium ab eodem tenere. De quibus peciit per me licteras testimoniales, presentibus n. Hugonino de Burdignyno et Ludovyco de Lestelley etc.

(151) *Die Martis 3ª marcii.* — Sindici: P. Levrerii, M. Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Versonnex, Bueti, Jo. Taconis, Roget, Pichon, Nanto, Bertellier, P. Taconis, d. S. Michaele, Fusserii, C. Chicandi, Vuarambert, Cartellier, B. Genodi, Prepositi, P. Orsieres, Jo. Taconis, Leamon, Ducis.

Petrus, barbitonsor, qui dudum servivit in hospitali pestiffero, actenta relacione de eodem facta, in barbitonsorem admictatur.

Duodecim floreni debiti per n. Petrum de Versonnex, fidejussorio nomine quondam Bellet firmarii gribelli[1], quia asserit fuisse solutos quinque aut sex quondam n. Johanni Turci, olim thesaurario civitatis, fuit conclusum, actentis serviciis tam per eundem n. Petrum quam Turci impensis, dentur eisdem et ab erreragiis detrahantur.

Honorabili Henrico Pichon, pro pena et laboribus sumptis occasione

[1] Voy. ci-dessus, t. VI, p. 231 (10 janvier 1505), t. VII, p. 236, 240.

sui opperarie officii, pro anno novissime lapso, viginti floreni dentur, et deinceps, secundum penam et laborem, fiat satisfacio.

Illi patisserio prohibeatur franchesia, et panis restituatur quia pauper.

Die Veneris vj^a mar[c]ii. — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Bertellier, B. Genodi, Prepositi, Leamon, Pichon, Vuarambert, P. Versonnex, Cartellier, d. S. Michaele, Nanto, Roget ; — P. Julliardi, d. Chivallerii.

Magister Petrus Julliardi admictitur in hospitali pestiffero pro barbitonsore. Qui et Ysabella promiserunt pauperes morbo pestiffero infectos humaniter et graciose tractare, et eisdem benigniter servire, ut equitati congruit etc., sub stipendiis assuetis etc., quamdiu benefecerint etc.

Die decima marcii, Martis. — Sindici quatuor ; — H. de Burdignyno, P. Versonnex, P. Taconis, C. Chicandi, Jo. Taconis, Bueti, Fusserii, Vuarambert, Bertellier, d. S. Michaele, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Cartellier, Pichon, Nanto, B. Genodi.

De detenta in castro Insule, quia vertitur in dubium an sit gravida, fuit conclusum illam perpetuo esse bampniendam.

(152) *Die Veneris xiij^a marcii.* — Sindici quatuor ; — P. Orsieres, Burdignyn, P. Versonnex, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Pichon, Fusserii, de S. Michaele, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Prepositi, Cartellier.

Facto sermone de blado per Rosseti a quodam presbitero empto, fuit conclusum quod ipse in mercatis publicis venundare teneatur, et unicuique emere volenti vendere minori precio de uno solido pro cupa quam ceteri grana vendentes.

Die Martis xvij^a marcii. — Sindici quatuor ; — C. Chicandi, Fusserii, d. S. Michaele, Jo. du Soex, P. Versonnex, Bertellier, Leamon, Bueti, Cartellier, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Jo. Taconis, Roget.

Visitentur crux et fontes existentes prope pratum domini episcopi.

Si vini gabelle exactores jurent appunctuasse durante tempore admodiacionis, qui conqueritur solvat gabellam.

Dentur buchillie honnorabili Henrico Pichon, ut ardencius suum excerceat officium.

Die Veneris xx^a marcii. — Sindici quatuor ; — P. Orsieres, P. Versonnex, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Nanto, Pichon, Vuarambert, Bertellier.

(Burgenses duo fratres.) — Egregii Franciscus et Glaudius Trocterii, fratres, admictuntur in burgenses contemplacione illu. et r. d. Gebenn. episcopi et principis gratis.

Negocium n. Petri de Versonnex, actentis per ipsum expositis, sommarie terminetur et utriusque partis jura videantur.

Die Martis xxiiij^a marcii. — Sindici : P. Levrerii, Porralis, Richardet ; — H. de Burdignyno, Bueti, Fusserii, d. S. Michaele, Jo. du Soex, Roget, Leamon, P. Versonnex, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, C. Chicandi, Jo. Taconis, (Vuarambert,) Bertellier.

Fiant lapides apti pro artillieria civitatis usque ad sommam xxv florenorum.

Processus domini Caroli Magni contra fiscum visitetur per jurisperitos. Et cum eisdem de sentencia per s. dominum Grossi lata conferencia habeatur.

(153) *Die Veneris xxvij^a marcii.* — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, Burdignyn, P. Versonnex, P. Taconis, C. Chicandi, Jo. Taconis, Bertellier, Bueti, d. Blecheret, Fusserii, d. S. Michaele, Jo. du Soex, Roget, Cartellier, Prepositi, Nanto, d. Chivallerii.

Quia sentencia lata extitit contra dominum Carolum Magni, fuit conclusum quod interponatur appellacio, et evocetur consilium quinquaginarium, et interim consulatur processus.

Martis ultima marcii. — Sindici : P. Levrerii, Richardet, Porralis ; — Burdignyn, P. Orsieres, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Bertellier, Vuarambert, Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Nanto, Pichon, P. Versonnex, Jo. du Soex, d. S. Michaele, d. Blecheret.

Contemplacione illu. et r. d. Gebenn. episcopi et principis, memorati fratres Trocterii fuere admissi in burgenses gratis, qui juraverunt in forma etc.

Interponatur appellacio de sentencia lata per s. d. Grossi in favorem Paquet.

Consilium L^rium. — *Die Jovis secunda aprilis.* — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Porralis ; — G. Roget, C. Chicandi, G. Curti, P. Poterel, Cartellier, Amiaulx, Jo. Fabri, La Tire, Jo. Valleti, Ja. Nepotis, H. Comitis, H. cocus, G. Genodi, Jo. Nycodi, de Bosco, Ruphi, Bueti, Jo. Sept, Jo. Bernardi, P. expingerius, B. Genodi, Grassy, Chabodi, Jo. du Soex, Jo. Donzelli, G. Cadodi, de Poste, Nanto, Pichon, de Ulmo, Lesgorfa, Bachodi, P. Taconis, Fusserii, P. Fernex, Prepositi, de Aqua Nygra, d[e] P[ileo] Rubeo, A. peyrolerius, Le Rosset, Poujalis, Bessonet, P. Versonnex, Bertellier, Leamon, A. patisserius, Vuarambert, Jo. Taconis, Ny. Gentilis, Loys Ramel, Lata, Magistri, Megex, s. d. Chivallerii, P. Orsieres, Burdignyn, Chambet, Plonjon, de Lompnes.

In quorum supra presencia, nobilis P. Versonnex, inherendo jam superius dictis et propositis, occasione molendinorum civitati pertinencium, cupiens paciffice cum communitate vivere, ut bonum civem decet etc., petit, ut alias, controversiam et differenciam existentes inter eundem et communitatem terminari via amicabili, et jura utriusque partis per fidedignos eligendos videri ; se offerentem paratum pauperibus in hospitali pestiffero existentibus tempore neccessitatis dare et largiri duodecim cupas frumenti, confisus in bono jure suo, et, si constet bonum jus fovere, se retrahat communitas et sinat quod suum est. Et adhuc, si de opposito constet, quinque cuppas frumenti, ut preest, pauperibus errogandum. Protestando per eundem non stare neque stetisse quominus fiat appunctuamentum de dampnis et interesse suis etc. Et testimoniales.

(154) De sentencia lata in odium domini Caroli Magni et favorem fisci occasione canoneriarum, fuit conclusum quod interponatur appellacio apud Viennam, et prosequatur viriliter, ne dictus dominus Carolus et communitas detrimentum subire cogantur.

De sentencia per s. d. Grossi lata in favorem Paquet, fuit conclusum quod interponatur appellacio coram eodem seu auctentica persona.

Macellarii se obligent ad serviendum civitati modo quo exposuit n. sindicus Levrerii.

Venundetur vinum Choutagnie xvj d., de Subtus Mons xiiij d., patrie xij d.

Nota quod quatuor ebdomadarii cum portitore Domus consilii fuere soluti aliorum more.

Die Veneris 3^a aprilis. — Sindici : Levrerii, Porralis ; — n. H. de Burdignyno, Leamon, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, Roget, Orsieres, d[e] S. Michaele, Jo. Taconis, G. Genodi, Bertellier, P. Versonnex, Cartellier.

(Burgensis.) — Egregius Benedictus filius quondam commendabilis viri Anthonii de Bona admictitur in burgensem, qui juravit in forma, pro tribus scutis cugni regis ad solem.

Nobiles sindici reddant graciarum actiones d. Morianensi episcopo de bono velle quod habet in negocio domini Caroli Magni, et instent ut revocetur sentencia contra eundem lata inique et perpere, jurisperitorum consilio et judicio[1].

Macellarii subnominati promiserunt servire civitati, sub obligacione bonorum suorum etc., ad formam statutorum declaratorum per n. sindicos, qui promiserunt equidem, sub obligacione bonorum communitatis, statuta per extraneos vendere assuetos in civitate observari facere, ne quis extraneus vendere presumat carnes mortuas etc.

Sequuntur nomina macellariorum. Et primo P. Rosset, Gardet, Ja. Danellet, Ja. Comitis, Jo. Gerdillis, G. Bellecerfz, Ja. Collet, Jo. Gerdillis, Jo. Moury, M. Regis, Jo. Losserii, P. Bellecerfz, G. de Ponte,

[1] Le juge des excès avait condamné à 300 ducats d'or et aux dépens Charles Legrant (Magni), archiprêtre de la chapelle d'Ostie, pour avoir fait derrière sa maison d'habitation, dans les remparts de la ville, les canonnières souvent mentionnées par le registre du conseil. Ch. Legrant, et aussi les syndics, qu'il avait mis en cause, appelèrent de cette sentence : l'évêque la cassa, le 4 avril, après l'intervention amiable de Louis de Gorrevod, évêque de Maurienne. (P. H., n° 904, acte sur parchemin, non scellé.) — Cf. plus loin, p. 153 (15 avril).

G. Vuy, Ja. Sermodi, Jo. Tyollerii, Sermo Chambet, G. Blecherens, Ju. Bergerat, G. Luppi, Ja. Vuarniez, G. Psalterii, P. Borsat, F. Mistralis, Colletus Mermodi, Jo. de Gerdilli, Jullianus Ricouz.

(155) *Martis vij^a aprilis.* — Sindici quatuor; — P. Orsieres, P. Versonnex, P. Fernex, Jo. Mara, Leamon, C. Chicandi, Jo. du Soex, Roget, Bertellier, (Jo. du Soex), P. Taconis, Jo. Taconis, d[e] S. Michaele, Cartellier, Vuarambert, B. Genodi, Prepositi, Nanto, Bueti, Pichon.

Honorabiles Johannes de Mara et Johannes Ludovycus Ramelli promiserunt stare ordinacioni n. sindicorum et consilii, occasione differencie existentis inter eosdem ad causam terminacionis certorum limitum suarum possessionum.

Johannes Valleti assecuret debite aut solvat pecuniarum sommam communitati debitam etc.

Regracientur n. sindici illu. et r. dominum episcopum de bono velle etc.

In negocio n. Petri Versonnex, loco quondam Borjali deputatur egregius Prepositi.

Fiat mandatum vigillibus de somma lxiij ff., unicuique quatuor cum diinidio, pro termino festi Pasche proxime futuri.

Mercuri viij^a aprilis, loco Veneris sancta, in domo Fratrum Predicatorum. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Porralis ; — Leamon, P. Taconis, Pichon, Bueti, Fusserii, Cartellier, d[e] S. Michaele, B. Genodi, Jo. Taconis, P. Orsieres, P. Fernex, P. Versonnex, C. Chicandi, Cartellier, Bertellier, Vuarambert, Nanto, Jo. du Soex.

Illustri et r. d. nostro Gebenn. episcopo et principi quatuor quarteroni malvatici, actento bono velle etc., dentur civitatis parte[1].

Et r. d. Maurianensi episcopo, videlicet duo, actentis pena et laboribus sumptis in appunctuamento d. Caroli Magni.

Die Martis xiiij^a aprilis. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, C. Chicandi, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Cartellier, Lud. Ramelli, Pichon, Nanto, Vuarambert, Bueti, Fusserii, P. Versonnex.

Observentur cride contra macellarios et pugniantur delinquentes etc.

[1] L'hypothèse émise par J.-A. Gautier (*Hist. de Genève*, t. II, p. 75, n. 2) au sujet de ce don doit être abandonnée ; il avait évidemment pour cause la décision de l'évêque que nous rapportons dans la note qui précède.

(156) *Die Mercuri xv^a aprilis.* — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — d. de Brandis ; s. d. Chivallerii et Blecheret ; Jo. Mara, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, P. Taconis, Leamon, Cartellier, C. Chicandi, Pichon, Nanto, Bertellier, P. Versonnex.

Quia illustris et reverendissimus dominus episcopus et princeps civitatis recusavit sigillare licteras[1] per ipsum concessas occasione canoneriarum etc., fuit conclusum, minuta alia per episcopale consilium confecta, que civitati de vento servire videtur, non obstante, quod prosequantur appellaciones, tam parte domini Caroli quam communitatis. Et, quamprimum fieri poterit, exequantur inhibiciones contra procuratores fiscales etc.

Visitetur turna quam domini de capitulo facere volunt, et vocatis evocandis, provideatur.

Equidem de fonte constructo per honorabilem Johannem Ludovycum Ramelli fiat visitacio, quoniam domini de capitulo asserunt suo super feudo esse et fuisse fabricatum.

Nota quod in prima minuta d. revocavit ordinacionem et sentenciam latas per Vernaz, et in secunda cedit liti et cause post dictas ordinacionem et sentenciam latas etc.

Die Veneris xvij^a aprilis. — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, Prepositi, Bueti, Jo. du Soex, Jo. Taconis, Roget, Leamon, Pichon, Nanto, Fusserii, P. Versonnex, P. Taconis.

(Plathea Molaris.) — Plathea Molaris admodiata extitit n. Petro Joly, appothecario, precio duodecim florenorum parvi ponderis, per unum annum integrum die duodecima hujus incohatum etc., solvendorum terminis assuetis etc. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

(Plathea Longemale.) — Plathea de Longemale admodiata fuit Petro Rosetaz, precio quinque florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis etc., per unum annum die duodecima hujus incohatum etc. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

De turna, concluditur prout jam extitit conclusum etc.

Johannes Gringallet faciat vendicionem vigilli, precio lxx ff. inclusis

[1] Celles du 4 avril (ci-dessus, p. 151, note).

triginta jam habitis etc., et solvat decem florenos hinc ad festum Sancti Johannis, et quindecim florenos subsequente festo anni sequentis, et alios quindecim anno sequente et in dicto festo etc.; et ita fuit ordinatum, cui ordinacioni partes stare voluerunt etc.

(157) *Die Martis xxj^a aprilis.* — Sindici : Nergaz, Richardet, Pichon [*lisez :* Porralis]; — P. Orsieres, Prepositi, Roget, Bueti, Jo. du Soex, Bertellier, Jo. Taconis, C. Chicandi, Cartellier, P. Versonnex, Nanto, Fusserii, B. Genodi, Pichon, Vuarambert, Ducis, (Jo. Taconis).

Observentur cride et pugniantur macellarii ad formam cridarum.

Illa pauper mulier pluribus onerata liberis in hospitali civitatis, dummodo sit bonorum nominis et fame, reponatur, et loquantur n. sindici d. Lanternerii, habenti onus dicti hospitalis etc.

Veneris xxiiij^a aprilis. — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — H. de Burdignyn, Prepositi, Cartellier, Roget, Jo. du Soex, Bueti, Pichon, P. Versonnex, Jo. Taconis, Nanto, Fusserii, P. Orsieres, B. Genodi, Vuarambert, Bertellier, P. Taconis.

De capris existentibus in burgo Sancti Gervasii, actenta peticione per nonnullos dicti burgi facta, mite cum eisdem agendo, fuit conclusum quod pro nunc unusquisque solidum unum solvere teneatur, partibus lesis satisfacto.

Die Martis xxviij^a aprilis. — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Porralis, Richardet ; — P. Orsieres, P. Fernex, Burdignyn, Bueti, Jo. du Soex, Leamon, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, C. Chicandi, Bertellier, B. Genodi, Cartellier; Ducis.

De hospite vocato Le Roge, asserente vendidisse illu. et reveren. domino Gebenn. episcopo septem dolea vini, post concordium factum cum gabellariis, fuit conclusum, alio non edocto, quod solvat etc.

Quoniam pium est pro deffunctis exorare ut a peccatis solvantur, audita requisicione per magistrum Anthonium facta, racioni consona, impertitur licencia proclamandi diebus Lune, et tempore nocturno hora prima post medium noctis Dominice precedentis.

(Rossetorum.) — Rosseti suam habeant solicitare causam contra dominum Langini, ne, deffectu solicitacionis, communitas jacturam subire cogatur, et protestentur contra eosdem de dampnis etc.

Prohibeantur coree et menche sub pena quinque solidorum.

Qui de communibus quicquam ceperunt assignentur coram d. vicedompno, et justicia ministretur.

Firmarii gabelle vini suos in causam trahant debitores solvere recusantes.

(158) *Die Veneris prima maij.* — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Porralis, in conventu Fratrum Predicatorum ; — P. Orsieres, Burdignyn, P. Fernex, Pichon, C. Chicandi, Leamon, Prepositi, P. Versonnex, Vuarambert, Cartellier, Nanto, Jo. du Soex, Jo. Taconis, Bueti, Fusserii, Bertellier, B. Genodi.

Fiant confratrie ad discrecionem priorum et consulum confratriarum etc.

(Burgensis.) — Honestus vir Stephanus filius Petri Curti, de Boegio, marescallus, parrochie Sancti Gervasii, burgensis effectus pro viij ff.

Die Martis quinta maij. — Sindici quatuor ; — P. Orsieres, C. Chicandi, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, Pichon, Vuarambert, Cartellier, B. Genodi, Prepositi, Bertellier ; s.d. Chivallerii, Blecheret ; Bueti, Nanto.

(Exempta ab introgio.) — Filia Francisci Patri, in pupillari etate constituta et sub tutoris potestate, ab introgio vini sit exempta, quia patris heres etc.

Detentus in Insula bampniatur perpetuo[1].

Contra Faguey sumantur informaciones.

[1] Pierre Moche, de Rumilly-sous-Cornillon [Saint-Pierre-de-Rumilly], prévenu de quelques petits larcins. *(Procès criminels et informations,* n° 186.)

Le R. C., qui mentionne cette sentence de bannissement, du 5 mai, a omis d'indiquer deux autres jugements, plus sévères, prononcés peu auparavant par les syndics. Le 23 mars 1517, Pierre Duparc, d'Arbusigny, auteur de « sacrilèges » commis dans les églises de Saint-Victor et de Notre-Dame-de-Grâce, ainsi que de plusieurs vols, est décapité à Champel. *(Ibid.,* n° 185.) Et le 7 février 1517, François Tissot, de La Chapelle-Rambaud, accusé de larcins, est condamné à « estre pendu et estaché à une corde de chanvre, » jusqu'à ce que « son ame soit separée de son corps. » *(Ibid.,* 2e série, n° 109 bis.)

Jo. des Enfans interdicatur administracio horum qui pro crimine detinebuntur, et nusquam se reperire habeat in examine etc., et condempnetur in omnibus expensis.

Veneris viija maij. — Sindici quatuor; — C. Chicandi, Jo. du Soex, Roget, Pichon, F. Fernex, Cartellier, Nanto, Jo. Tacon, Vuarambert, Bueti, Prepositi, P. Orsieres, Fusserii, B. Genodi, Bertellier; Ducis.

Illa patisseria, cujus panis non est ponderis legitimi, privetur perpetuo.

De fratribus Palacii, petentibus et requirentibus in helemosinam quicquam sibi dari et elargiri, pro expensis fiendis in capitulo provinciali de proximo celebrando in hac civitate[1], cum eorum facultates non suppetant ad tanta onera substinenda, fuit conclusum quod videatur donum datum Fratribus Minoribus in eorum cappitulo diu est celebrato[2] et fiat ad instar illius doni, quo fervencius pro communitatis et habitancium prosperitate fondere preces dignentur apud Deum.

Martis de mense maij et xija ejusdem. — Sindici: P. Levrerii, Porralis, Richardet; — Cartellier, Leamon, Roget, Jo. du Soex, Bertellier, Pichon, Jo. Taconis, Nanto, Bueti, C. Chicandi, Vuarambert, Fusserii, P. Orsieres, Prepositi, B. Genodi.

Formetur processus contra Marlioz et justicia ministretur.

De caseis P. Pocterel infectos odores emictentibus, fuit conclusum quod tollat et admoveat.

(159) *Die Veneris xva maij.* — Sindici: Levrerii, Nergaz, Porralis, Richardet; — P. Orsieres, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Nanto, Vuarambert, Leamon, Prepositi, Cartellier, Burdignyn, d[e] S. Michaele, Bertellier, B. Genodi; Valentini, Ja. Michaelis.

[1] Par lettres datées de Rome, 22 décembre 1516, « Thomas de Vio, Caietanus, » [cardinal 1517, légat en Allemagne 1518], maître général de l'ordre des Frères Prêcheurs, avait accordé des grâces spirituelles à tous ceux qui, par des dons, aideraient le couvent de Genève à subvenir aux frais du chapitre de la province de France qui devait se tenir à Genève, en 1517, à la fête de Pentecôte [31 mai]: « ad quod (capitulum) numerosa fratrum multitudo ex diversis locis ad pertractanda negocia religionis conventura est. » (P. H., nº 903.)

[2] Ci-dessus, p. 102 (31 mai 1516).

Bulle discussionum et cessionum, cum libro concernente factum leprosorum[1].

Desunt tria instrumenta de vidimus data illu. et r. d. episcopo et principi, faciencia ad opus sue juridicionis, refferente consindico Nergaz.

Die Martis xixa maij. — Sindici: M. Nergaz, Richardet, Porralis; — C. Chicandi, Cartellier, Vuarambert, Roget, Nanto, B. Genodi, Bueti, Pichon, P. Fernex, Leamon, Fusserii, Jo. du Soex.

Nichil pro nunc de materiis occurrentibus conclusum extitit.

Die Veneris xxija maij. — Sindici quatuor, in castro Insule; — P. Fernex, P. Orsieres, Pichon, Fusserii, Prepositi, Nanto, C. Chicandi, G. [*lisez:* P.] Levrerii, Bueti, P. Taconis, Roget, Leamon, d[e] S. Michaele, Bertellier, Ducis, B. Genodi.

De questa quam Fratres Palacii facere volunt per civitatem et lares civium et burgensium civitatis, in eorum cappitulo de proximo tenturo infra Palacium, quia res inusitata est, fuit conclusum fieri non debere, ne in iniquam trahatur consequenciam, et hujusmodi conclusio dictis fratribus per n. sindicos notifficetur.

Die Martis xxvja maij. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Burdignin, P. Fernex, C. Chicandi, Leamon, Pichon, Prepositi, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Bueti, Fusserii, d[e] S. Michaele, Jo. du Soex, Roget, P. Taconis.

De Marlioz detento in castro Insule, fuit conclusum quod veniat veniam petiturus matri cum face incensa.

Secundum penam habitam, per d. Blecheret fiat satisfacio.

(160) *(Burgensis.)* — Honorabilis vir Philippus filius quondam Reymondi Prelaz, de Genolliez, mercator, efficitur burgensis pro x ff.

Visa sentencia || lata || contra Johannem des Enfans et scripta per d. consindicum Levrerii, feratur modo quo jacet.

[1] Ms. in-4, en parchemin, de 47 f., intitulé « Le livre des ladres. » *(Maladière de Carouge,* nº 16, Arch. de Genève.) Un second exemplaire est conservé à la Bibliothèque publ. de Genève (ms. h. g. 148). — Voy. J.-J. Chaponnière, M. D. G., t. I, p. 108-131, et Léon Gautier, *ibid.*, t. XXX, p. 81-96, 559-591. — Sur les bulles, cf. ci-dessus, t. VI, p. 319 (27 octobre 1506), et note, p. 320. — Au présent § du registre il manque un verbe.

Consilium Lrium. — *Die Veneris xxix^a maij.* — Sindici quatuor ; — Jo. Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Plonjon, B. Genodi, de Poste, de S. Michaele, Ja. Nepotis, Megex, Nanto, H. pictor, Jo. Nycodi, Poujalis, Jo. Taconis, Cadodi, de Bosco, (Ja. Nepotis,) Vallet, L. Bect, H. cocus, Grassi, L. peyrolerius, Jo. Malliardi, Leamon, Magistri, Prepositi, Ny. Gentilis, Leta, Jo. Fabri, Amyaulx, Pichon, Jo. Bernardi, L. de Pane, P. Taconis, S. Arnaudi, P. Orsieres, Millanoys, P. Rosset, Serventis, Le Greysenay, Vuarambert, de Pileo Rubeo, Lullin, Cartellier, Chambet, Bertellier, Megerandi, C. Chicandi, (Pichon,) P. Poterel, P. An. de Rippa, Bessonet, A. patisserius.

Sermone facto de dono fiendo Fratribus Predicatoribus conventus Palacii cappitulum provinciale hoc anno habentibus, fuit conclusum, majorem insequendo oppinionem, quod eisdem, Dei amore et pietatis inthuytu, dentur civitatis parte quinquaginta floreni auri parvi ponderis.

Quatuor ebdomadarii, cum portitore, fuere soluti.

Inherendo conclusioni diu est facte in favorem magninnorum extraneorum contra pocterios hujus civitatis, fuit denuo conclusum quod ipsi magnyni suam habeant excercere artem.

De illis de Chamberiaco, qui graves et intollerabiles inferunt molestias civibus et burgensibus civitatis qui suos debitores traxerunt coram judice ecclesiastico, fuit conclusum quod n. sindici loquantur venerabili consilio episcopali, ut providere dignetur. Alias proposuerunt destinare ad Urbem n. sindici et communitas, habitis prius de notifficacione et insignuacione licteris testimonialibus.

(Mandatum.) — Fiat mandatum h. Jo. du Soex, hospitalerio, de somma ij^c ff. exponendorum ad utilitatem hospitalis etc. — *(Levatum.)*

Die Martis 2^a jugnii. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, C. Chicandi, Fusserii, Prepositi, Roget, Leamon, Bueti, Pichon, Nanto, B. Genodi, Vuarambert, Jo. du Soex, P. Fernex, Bertellier.

Expellantur trotani a civitate per civitatis vigilles, alias fiat diminucio stipendiorum suorum, et aliis dabuntur stipendia et servire teneantur ad forman statutorum suorum.

(161) *Veneris, die quinta jugnii.* — Sindici quatuor ; — Roget, C.

Chicandi, Burdignyn, Bueti, d[e] S. Michaele, Jo. du Soex, Leamon, Jo. Lud. Ramelli, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Bertellier, Cartellier.

Quia cara sunt omnia, non fiat pro nunc confratria Heucaristie Christi, et pro helemosina unusquisque solidos tres solvere teneatur.

Consulatur processus de Marlioz, et procedatur cum matura deliberacione, quo franchesie serventur illese.

De debatis et questionibus hac tempestate in civitate pullulantibus et vigentibus, fuit conclusum quod n. sindici loquantur r. d. vicario, et fiat appunctuamentum etc.

Querimonia facta per firmarios seu admodiatarios prati civitati pertinentis non obstante, fuit conclusum quod solvant somman in admodiacione descriptam.

Die Sabbacti vj^a jugnii. — Sindici quatuor ; — n. P. Versonnex, P. Fernex, Jo. Bueti, Jo. Balli, Jo. du Soex, Nanto, P. Orsieres, Vuarambert, Millanoys, Ja. Nepotis, D. Salaz, B. Genodi, Fusserii, Jo. de Thonon, L. Bec, Ruphi, Pichon, Jo. Fabri, Bessonet, F. Troctier, Jo. Sept, s. d. Chivallerii et Blecheret, Pellis, Jo. Bernardi, Servelli, Donzel, de Ulmo, A. peyrolerius, de S. Michaele, P. Poterel, (Bessonet,) Testuti, H. pictor, Cadodi, A. Veyrier, Malliet, N. Gentilis, Megerandi, S. Praderii, de Poste, Le Grissenay, Amyaulx, Chambet, C. Chicandi, G. Curti, Danelli, Ja. Regis, Leamon, Jo. Roz, Grassi, de Pane appothecarius, Jo. bonaterius, P. Pollier, Pictardi, Jo. Berthet, L. Curteti, Magistri, (Ja. Regis).

De cridis factis et preconizatis tempore nocturno contra auctoritatem illu. et reveren. domini nostri Gebenn. episcopi et principis, et in spretum et (162) contemptum juridicionis n. sindicorum, — juridicionem omnimodam habencium illis horis et ab occasu solis usque ad ortum, franchesiarum civitatis vigore, — sermone facto, fuit conclusum, quia actus juridicionis excercere non erubuere, quod hii tales culpabiles et conscii pugniantur, et secundum casus exigenciam justicia ministretur. Et instare habeant n. sindici erga r. d. vicarium ut de hiis ministretur justicia[1].

[1] La proclamation relative à la mule de Claude Grossi, — simple plaisanterie, dont on ne prévoyait pas les suites, — avait eu lieu dans la soirée

Contra jurgia moventes et facientes, tam de die quam noctis tempore, sumantur informaciones, et inde delinquentes pugniantur, suadente justicia.

Ut civitatis negocia et agibilia in plurium civium et burgensium — maxime in rebus arduis, consilio et deliberacione dignis — presencia discussiantur et fine debito terminentur, sintque dicti cives et burgenses, saltem formidine pene, magis proni et prompti ad veniendum ad consilia, signanter extraordinaria, dum et quociens per civitatis vigilles erunt petiti, fuit absolute conclusum, in quorum supra presencia et plurium aliorum numero centum vel circa, quod, hora dictis civibus et burgensibus ordinata et stabilita ut preest per vigilles, venire teneantur et debeant, seu per dimidiam horam post horam prefixam; alias tales petiti abinde priventur borgesia, dummodo non subsit causa legitima, puta infirmitatis, absencie, et alia excusacione digna. Et hoc edictum perpetuo maneat illesum.

Die Martis ix^a jugnii. — Sindici: P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Orsieres, Burdignyn, P. Fernex, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Jo. Taconis, C. Chicandi, Roget.

In quorum supra presencia et ipsis in consilio existentibus, supervenerunt n. Anthonius de Versonnex, Philibertus Bertellier et Conodi, petentes generale colloquium occasione citacionum contra plures ex civibus et burgensibus exequutarum, quas asserunt contra franchesiarum tenorem fuisse concessas. Et super hiis matura deliberacione prehabita, fuit conclusum quod n. sindici alloquantur r. d. vicarium, ut consilium episcopale vocari faciat, et, doctoribus vocatis, equidem partibus quatuor aut sex ex civibus associatis, fiat decisio an causa sit civilis aut criminalis, viso quod fuere citati sub pena centum librarum, et si franchesia suffragetur eisdem.

du 5 juin. Dès le lendemain, une information fut ouverte par ordre du vicaire général Pierre Gruet, et onze témoins déposèrent. Une transcription de cette enquête fait partie (fol. 11 v° — 14) du procès de Jean Pécolat, conservé, en copie du temps, aux Archives de Genève (*Pr. cr. et Inf.*, n° 188), et J.-A. Galiffe l'a traduite ou analysée, *Matériaux*, t. II, p. 49-52. Voy. encore *ibid.*, p. 36-37, 72-73, 112, 121-123, 173-175, 194, et Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 44 et suiv.

Die Veneris xij^a jugnii. — Sindici quatuor in conventu Rippe; — P. Versonnex, P. Orsieres, P. Fernex, Leamon, Cartellier, Pichon, Prepositi, Fusserii, Roget, C. Chicandi, Bueti, Vuarambert, Jo. du Soex, B. Genodi, Jo. Taconis, Nanto, P. Taconis, Burdignyn, Bertellier.

Videatur in jure qua pena veniant pugniendi hii qui noctis tempore fecerunt preconizari rem victuperio dignam, et evocentur doctores pro hujusmodi materia discussienda, et audiantur in eorum juribus, et suspendantur assignaciones.

(163) *Die Martis xvj^a jugnii.* — Sindici quatuor; — Roget, Pichon, B. Genodi, C. Chicandi, Prepositi, Leamon, Burdignyn, Vuarambert, Cartellier, Jo. du Soex, Jo. Taconis, Fusserii, Bueti, Nanto.

(Burgensis.) — Egregius vir Hugo Charpilliet[1], secretarius, fuit admissus in burgensem pro tribus scutis cugni regis ad solem.

Cooperiatur carroneria sumptibus civitatis, et firmarius illam manutenere teneatur durante tempore sue admodiacionis.

Collobrinariis, ut opus per eosdem ceptum ocius perficiatur pro bono et decore civitatis, dentur eisdem, parte civitatis, videlicet viginti quatuor floreni parvi ponderis.

Alloquantur n. sindici r. d. vicarium, ut velit quod socii respondeant in manibus domini procuratoris ad causam cridarum etc., penis in citacionibus contra eosdem exequutis non obstantibus, de quibus plurimum conqueruntur, asserentes contra franchesiarum tenorem impositas fore.

Veneris xix^a jugnii. — Sindici: P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis; — Burdignyn, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Leamon, Cartellier, Pichon, Prepositi, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, || Bueti, || Bertellier, Roget.

Destinentur ultra montes eligendi per consilium episcopale, et solvantur expense parte communitatis pro semisse.

Exposuerunt n. sindici, organo n. Petri Levrerii, intellexisse quemadmodum, a paucis diebus citra, Philibertus Bertellerii et nonnulli

[1] Ms. 122 : Charpillies.

alii de civitate appellacionem interposuerunt occasione penarum in licteris citatoriis contra eosdem exequutis comprehensarum etc. Et quia melius foret ut hic hujusmodi materia discuteretur et terminaretur quam per viam appellacionis procedere, notificaverunt eidem Philiberto, presenti, quod si ipse et socii velint, tam parte ipsorum quam communitatis instabunt erga r. d. vicarium, eundem exorando ut pene centum librarum de quibus conqueruntur resolventur ad penam sexaginta solidorum; et tractabitur negocium per ordinarium more solito. Et id ab omnibus consulibus censetur fore fiendum, ne in dies forte graviora succedant etc.

Videatur processus illius hominis, de secretario vicedompni conquerente et dicente velle exigere ultra vires franchesiarum, quas observare tenetur.

(164) *Die Martis xxiij^a jugnii.* — Sindici : M. Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Fernex, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Cartellier, d[e] S. Michaele, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi, P. Orsieres, Jo. Bueti, Tacon.

(Mandatum.) — Fiat mandatum vigillibus pro termino festi Sancti Johannis Baptiste novissime lapsi, pro suis stipendiis, solito more etc. — *(Levatum.)*

Videatur processus illius fromagerii, et eidem dentur favores possibiles, tenore franchesiarum servato etc.

Videatur inventarium confectum de bonis que fuerunt quondam Johannis de Rubeomonte, et ejus filio prestetur juvamen et auxilium.

Anthonius Millanoys remictitur ad Veneris, et loco ipsius, pro piscium visitacione alius deputetur.

(Intrentur thesaurario.) — Viso rotulo per n. Ludovycum de Lestelley exhibito et perlecto coram nobis et consulibus, fuit conclusum quod intrentur contenta in eodem, per honorabilem Pichon prius signato.

Die Veneris xxvj^a jugnii. — Sindici : Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Fernex, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambet, Bertellier, B. Genodi, P. Orsieres, d. de S. Michaele, Jo. Bueti.

Filio magistri Johannis de Rubeomonte, pietatis inthuytu, floreni duo dentur.

Loquantur nobiles sindici Anthonio Millanoys, ut suum excerceat officium occasione piscium venalium.

Conquerantur n. sindici r. d. vicario et episcopali consilio de secretario Ducis, qui traxit in causam quemdam ex burgensibus coram sublimi Chamberiaci consilio, pretextu processus fulminatorum coram domino vicedompno, in prejudicium franchesiarum et juridicionis ecclesiastice.

(Burgensis.) — Nobilis Jacobus filius quondam Mathei Maly, de Augusta, Allemanus, burgensis pro quatuor scutis cugni regis ad solem.

(165) *Die Martis ultima jugnii.* — Sindici quatuor; — P. Orsieres, C. Chicandi, Jo. Bueti, Fusserii, de S. Michaele, Jo. du Soex, Bertellier, Jo. Taconis, Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, B. Genodi.

Persolvantur mugnerio moderno molendinorum illu. et reveren. domini nostri Gebenn. episcopi et principis, sue admodiacionis tempore durante, quolibet anno, videlicet due cuppe frumenti.

Sumantur informaciones de injuriis factis et illatis in personam Richardet, et visis, provideatur et justicia ministretur.

Instent n. sindici ut r. d. vicarius episcopale consilium celebrari faciat, pro nonnullis per eosdem dictos de consilio exponendis et reserandis.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Johanni Ballardi de somma in rotulo descripta quem signavit h. Henricus Pichon. — *(Levatum.)*

Admodiacio introgii salis.

Anno Domini m^o quingentesimo decimo septimo, indicione quinta cum eodem anno sumpta, et die ultima mensis jugnii, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis prius cridis solitis, nobiles Michael Nergaz et Martinus Porralis, consindici civitatis Gebenn., admodiant et in admodiacionem tradunt honesto viro Anthonio Damex, burgensi Gebenn., presenti, tanquam plus offerenti etc., introgium salis marini et salsagonum communitati pertinens, et hoc per unum annum integrum, die

crastina prima jullii incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma septem centum et quindecim florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis etc. Promictentes, renunciantes etc. Actum in dicto claustro, presentibus honorabilibus Colino Chicandi, Glaudio Lespa, Jo. du Soex, Michaele Lyonardi, vigille, testibus ad premissa vocatis et rogatis. Montyon.

(166) *Die Veneris 3ª jullii.* — Sindici: P. Levrerii, Nergaz, Porralis; — C. Chicandi, Bueti, Fusserii, de S. Michaele, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Jo. Taconis, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi, P. Taconis.

Renunciet Ducis omnibus per ipsum factis et gestis in prejudicium franchesiarum civitatis.

De egregio Coulavin, petente sibi satisfieri de pena habita in molendinis civitatis, quia fuere dati quinque floreni et novem solidi de residuo sue borgesie[1], ideo sit contentus pro nunc, et si velit vacare in negocio Sancti Germani, de pena fiet satisfacio.

Loquantur n. sindici r. d. vicario ne quicquam fiat in detrimentum civitatis franchesiarum, occasione differencie existentis inter Conodi et n. de Saconex[2].

Die Martis vijª jullii. — Sindici: P. Levrerii, M. Nergaz, Porralis; — P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Prepositi, de S. Michaele, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Jo. Taconis, Pichon, Nanto, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi.

Videatur submissio facta per n. Roget et Glaudium Caddodi.

[1] Cf. t. VII, p. 424.

[2] Dans la nuit du 29 au 30 juin, Jean Conod fit moissonner, — sous la protection d'hommes armés et masqués, — le blé d'une pièce de cinq poses sise à Jargonnant, malgré les mesures préalables prises par sa belle-sœur, veuve de Robert Conod et remariée à n. Amédée de Saconnex. Affirmant qu'elle jouissait de cette récolte depuis plusieurs années, elle avait obtenu le 25 juin, du vicaire général, des lettres de sauvegarde, ce qui lui permit de faire apposer par un sergent les panonceaux épiscopaux à l'endroit le plus élevé du champ, mais Jean Conod n'en tint aucun compte. Les dépositions des six témoins entendus sur cette affaire, accompagnées d'annexes, sont jointes (fol. 16-19) au procès de Pécolat cité plus haut (p. 160, note). — Voy. J.-A. Galiffe, *Matériaux*, t. II, p. 56-59, et aussi p. 39, 65, 74, 115-116, 124; Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 103. — Cf. ci-après, p. 181, 183.

De patisserio Sancti Gervasii, fuit conclusum perscructari debere si in favorem pupilli cujus pater erat burgensis teneat furnum, et si ita sit, utatur arte sua; alias privetur, cum non sit burgensis.

(Caucio.) — Ibidem et in quorum supra presencia, Anthonius Damex burgensis Gebenn., firmarius introgii salis et salsagonum, cavet per honorabilem virum Johannem Panissodi, ibidem presentem etc. Qui Anthonius et Johannes, quilibet ipsorum principaliter et in solidum, promiserunt solvere septem centum et quindecim florenos parvi ponderis in admodiacione per me recepta die ultima jugnii novissime lapsi [inscriptos], in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis etc. Renunciantes etc., signanter juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem. Et ipse Anthonius promisit dictum Panissodi servare indempnem, cum promissionibus in talibus opportunis. Presentibus consulibus in consilio hodie tento ibidem astantibus.

Montyon.

Die Veneris xª jullii. — Sindici: P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis; — Co. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Prepositi, Pichon, Jo. du Soex, Nanto, Vuarambert, Jo. Loys Ramel, Leamon, B. Genodi, P. Taconis.

Pugniantur macellarii venundantes carnes muthonales ultra edictum factum.

(167) *Die Martis xiiijª jullii.* — Sindici: Nergaz, Porralis, Levrerii; — P. Orsieres, Leamon, Pichon, Vuarambert, B. Genodi, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Prepositi, Nanto, P. Tacon, P. Fernex, Bertellier.

Nycodus Mahuet vult stare ordinacioni n. sindicorum et consilii, et apponantur termini, ut ordinaverunt n. sindici, dicto P. Joly ordinacioni obtemperare recusante.

Relaxetur detentus in castro Insule, et venundetur bladum publice.

Die Veneris xvijª jullii. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, P. Fernex, Bueti, Jo. du Soex, Leamon, C. Chicandi, Nanto, P. Tacon, B. Genodi, Jo. Tacon, P. Orsieres, Prepositi, Vuarembert, Roget.

De Mermeto Mugnerii, fuit conclusum quod nobiles sindici instent

erga d. procuratorem fiscalem quod non respondeat nisi ad partis denunciacionem, quo franchesie maneant illese.

Bestiat cum filio veniant veniam petituri, et solvat quatuor solidos pro dampno et rebellione etc.

Feratur sentencia ad causam bladi illius de Thononio.

(De Pimel.) — Claves porte Sancti Christophori remictuntur Pimelli, qui juravit in forma etc., sub semisse stipendiorum dari solitorum etc.

Die Lune xxj^a [*xx^a*] *jullii.* — Sindici : P. Levrerii, Porralis ; — P. Fernex, P. Taconis, Bueti, Fusserii, Roget, Bertellier, Leamon, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert.

In quorum supra presencia, exposita et declarata fuit lictera missiva m. d. de Zeurich[1], in allemano descripta et confecta per magistrum Johannem, artis medicine doctorem.

Rescribatur in favorem r. magistri Francisci Pluvyer, sacre pagine doctoris, r. patribus et quatuor diffinitoribus cappituli celebrandi apud Gransson, cujus lictere minuta extitit perlecta.

Amedeus Magnini, burgensis Gebenn., confitetur habuisse a predictis nobilibus sindicis quamdam vestem camellocti nigri bordatam velluto nygro, in cujus manibriis consistunt duodecim ardillion, ut apparet auri, que vestis spectat et pertinet n. cappinaneo Eschel. De qua quidem veste promictit suo juramento etc. eosdem n. sindicos erga eundem cappinaneum servare indempnes et quoscumque alios, presentibus quibus supra.

Dominus vicedompnus inconcusse observare teneatur franchesias per ipsum juratas.

(168) *Die Martis xxij^a* [*xxj^a*] *jullii.* — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, P. Fernex, Bueti, Jo. Taconnis, Fusserii, d[e] S. Michaele, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Prepositi, Pichon, Vuarambert, Bertellier, B. Genodi, C. Chicandi ; Ducis.

Solvat n. Petrus Joly duos scutos cugni regis, actenta submissione per eundem facta.

[1] Recherches faites, cette lettre n'a pas été retrouvée aux Archives d'État de Zurich.

De peyrolerio dicente domum admodiasse quam intrare non potest, vicinis contradicentibus et dicentibus peyrolerios carreriam habere limitatam pro arte excercenda etc., conclusum extitit quod visitetur locus.

Die Veneris xxv^a [*xxiv^a*] *jullii.* — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Richardet ; — Burdignyn, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, P. Orsieres, Bertellier, Jo. Tacon.

Guigona, uxor Petri Leodegarii, relaxetur cum expensis.

Rescribatur magistro Jacobo Crochacti, ut veniat tute.

Patisserii subnominati privantur arte sua per unum mensem proximum, quia edicto facto[1] contravenire non erubuerunt.

(Patisserii privati.) — Et primo m. Amedeus Britillionaz, Plantalex, Girondat, Jo. Vuydon, Claret, Bonzon, Jo. de Gebennis.

Notifficentur illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo que impresenciarum occurrunt per n. Levrerii et Nergaz.

Consilium L^rium. — Die Martis xxix^a [*xxviij^a*] *jullii.* — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Versonnex, N. Tissocti, D. Dadaz, P. Rosset, Jo. Belli, Leta, Fusserii, Lu. de Pane, Jo. de Mollario, Prodon, Vuarambert, Servelli, C. Chicandi, Jo. Nycodi, P. Pollier, G. Savoex, P. Orsieres, Jo. Philippe, G. Pictardi, Jo. Sept, H. Fabri, Jo. du Soex, Plonjon, G. Curti, Jo. Fabri, H. pictor, Poujalis, Jo. Bernardi, P. Fernex, P. Montyon, Bachodi, Mara, P. Taconis, Nanto, Pichon, Prepositi, La Tire, Vandelli, D. de Rippa, M. Lucian, Chambet, (P. Fernex,) Berjeyron, D. Salaz, Jo. de Thononio, D. Vuarambert, de Pane, S. borserius, m. Henricus, Le Picard, Jo. Malliardi, Malbuyson, (Jo. Sept,) Leamon, (H. Fabri,) B. Genodi, Jo. Sept junior, Magistri, Roget, (Vuarambert,) G. Perrini, Ducis, M. de Pane, Jo. Lavenay, Megerandi.

(169) Petrus Cergaz admictitur in designerium carrerie de Longemale, qui juravit in forma etc.

Honestus vir Johannes Sadodi efficitur custos porte S. Leodegarii, cum Pimel, pro stipendiis dari solitis inter se dividendis.

[1] Crie du 21 juillet 1517, sur les « patissiers, patissieres, bolongiers et bolongieres. » (Arch. de Genève, R. P., I, fol. 10 v°).

Exposuerunt n. P. Levrerii et Nergaz, ab oppido Jussiaci reversi et ad illu. d. episcopum et principem destinati, pro rebus impresenciarum occurrentibus, quemadmodum princeps ipse exorat et precipit ut justiciam et officiarios fortes velint facere, quo delinquentes pugniantur et bene viventes in tuta securitate quiescant, et hodie fiat responsum. Et pro hujusmodi responsione fienda, precepit ad eundem meare duodecim ex consiliariis et magis apparentibus, cum ipsis duobus. Et hiis auditis, votis eidem satisfaciendo, fuere electi et destinati n. P. Versonnex, P. Orsieres, Leamon, Prepositi, P. Taconis, P. Cornaz, G. Curti, Pichon, N. Tissocti, Plonjon et s. d. Blecheret, aduituri que per ipsum et ejus consilium censeatur esse fiendum, et de modo tenendo in prosequucione negocii, ut suum sorciatur effectum, humillimas graciarum actiones reddendo de bono velle quod habet ut de excessibus perpetratis justicia ministretur.

Quatuor vigilles ebdomadarii, aliorum more, cum janytore consilii fuerunt soluti.

Die Martis xxix^a [*xxviij^a*] *jullii,* hora octava noctis, in Domo communi. — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Porralis, Richardet ; — P. Fernex, P. Montyon, C. Chicandi, Jo. du Soex, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Fusserii, Bachodi, Le Picard, Jo. Nycodi, D. Dadaz, S. borserius, Leta, Magistri, Prepositi, Plonjon, P. Cornaz, de Ulmo, G. Curti, Megex, P. Versonnex, P. Taconis, Danel, Chambet, Vandelli, F. Cadodi, Savoex, Leamon, L. de Pane, P. Fernex, Lucian, H. Fabri, Pichon, P. Orsieres.

In quorum supra presencia et aliorum in precedente consilio nominatorum, n. sindici retulerunt et exposuerunt voluntatem principis nostri esse, videlicet quod quidam[1] ex subdictis suis capiatur, contra quem sufficientes habet informaciones, loco et tempore communicandas, et capto, suis in carceribus detineatur, quo per eosdem sindicos, si casus exigat, justicia ministretur. Et ideo, an veniat capiendus, unusquisque suum emictat votum. Et deliberacione super hiis habita, fuit conclusum quod capiatur, licteris prius ab eodem habitis ut franchesie

[1] Le 28 juillet, à Jussy, l'évêque avait lancé contre Philibert Berthelier un mandat d'arrestation, signé du vicaire général P. Gruet et du secrétaire Troctier. (Pièce de la « collection Galiffe, » rentrée en 1915 aux Arch. de Genève.)

serventur illese, et destinetur ad eundem consindicus Nergaz, hujusmodi conclusionem notifficaturus.

(170) *Die Mercuri xxix^a* [*xxx^a*] *jullii.* — Sindici quatuor ; — P. Versonnex, P. Orsieres, P. Fernex, P. Montyon, Jo. Mara, Nanto, Fusserii, Vuarambert, H. Fabri, Jo. Fabri, Leta, Megex, Roget, N. Tissocti, P. Poterel, Jo. Bernardi, Donzel, Jo. du Soex, D. Salaz, La Tire, de Ponte, Poujalis, G. Perrini, P. Veteris.

Auditis per supranominatos et plures alios cives et burgenses inibi congregatos que per principem nostrum consindico Nergaz ad eundem transmisso dicta et exposita fuere, fuit finaliter conclusum quod Philibertus Bertellerii capiatur, insequendo voluntatem domini, visis prius licteris negocium hujusmodi concernentibus; et evocentur disignerii, equidem locumtenens d. vicedompni cum suis officiariis, et justiciam fortes faciant. Et ut res celerius et melius exequatur et exequucioni demandetur, porte civitatis claudantur et securi adhibeantur custodes. Et mox n. sindici, designeriis cum pluribus aliis civibus [associati], ad domum dicti Bertellerii et alias in quibus solitus est conversari se transferre habeant et pedes declinare, et capiatur si apprehendi possit ; quod factum extitit[1], et media que tenta fuere in prosequucione hujus rei notifficentur dicto principi nostro per consindicum Nergaz.

Veneris ultima jullii. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, C. Chicandi, Cartellier, Pichon, Jo. du Soex, Roget, Prepositi, Leamon, (H. Pichonis,) Nanto, P. Versonnex, P. Taconis, B. Genodi, Fusserii, Vuarambert, d. Avulliaci, Jo. Taconis, P. Fernex, Bueti.

Patisserii privati arte sua maneant adhuc per octo dies.

Visa lictera missiva per quemdam cappinanenum regis Francie, ut fertur, ambaxiatorem n. sindicis et consilio transmissa, fuit conclusum quod n. sindici instare debeant erga dominum Grossi, judicem Terniaci, ut justicia ministretur de quodam homicidio, per quemdam Theo-

[1] Berthelier avait quitté la ville. (Cf. Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 69.) — Le 24 octobre, les magistrats de Fribourg écrivirent en sa faveur aux syndics et conseil de Genève. (P. H., n° 908.) — Voy. en outre ci-après, p. 171-172.

tonycum perpetrato in personam Johannis Hospitis, ex burgensibus civitatis.

Loquantur n. sindici r. d. vicario de de Porta, ut juridicio domini episcopi et franchesie inviolabiliter serventur.

(171) *Die Martis 4ª augusti.* — Sindici quatuor; — Leamon, Bueti, C. Chicandi, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, P. Taconis, Jo. du Soex, P. Orsieres, Jo. Taconis, P. Fernex, Prepositi, Fusserii, Cartellier, Roget.

Ille patisserius, cujus panis non est ponderis legitimi, privetur per unum mensem.

Cridetur Philibertus Bertellerii compariturus in castro Insule coram n. sindicis etc., sub penis in cridis comprehensis et visis per d. vicarium.

Rescribatur illu. et re. d. nostro Gebenn. episcopo et principi de rebus impresenciarum occurentibus[1].

Petrus Tillet efficitur custos vinearum de Frontonay, qui juravit in forma etc.

Procurator Rippe et Deporta sua, si velint, exhibeant jura, et visis, pacifficetur controversia.

Veneris vijª augusti. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, H. Pichon, Leamon, Cartellier, Prepositi, (Pichon,) Nanto, Vuarambert, B. Genodi, (Jo. Taconis).

Jacobus Gallesii efficitur custos vinearum de Cotaroz, qui juravit etc.

Reverendus frater Pluvyer, gardianus Rippe, suo et nomine fratrum, pro quibus se fortem facit etc., super differencia existente inter eosdem religiosos et Deporta, occasione bonorum que quondam fuerunt Roleti de Gerdilli, promictit stare ordinacioni n. sindicorum et consilii, quibus dat potestatem omnimodam etc., et ex nunc cedit liti et cause etc., et hoc sub pena viginti scutorum cugni regis ad solem, distribuendorum arbitrio dictorum sindicorum etc. Renuncians etc., presentibus quibus supra.

[1] La lettre de l'évêque, datée de Saint-Jeoire, 5 août, sans millésime, P. H., nº 886, impr. par J.-A. Galiffe, *Matériaux*, t. II, p. 275-276, paraît répondre à celle des syndics.

‖ Super differencia vertente inter Laurencium Le Picard et Johannem et Petrum Lullini, curatores Conrardi, Johannis et Laurencii, filiorum quondam Petri Rolini, ad causam cujusdam fenestre etc., ipse partes promiserunt stare ordinacioni n. sindicorum, quibus dant potestatem pronunciandi etc., promictentes acquiescere ordinacioni etc. Pronunciaverunt pro bono pacis etc. ‖ — *(Reperitur alibi.)*

(172) *Die Martis xjª augusti.* — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis; — P. Orsieres, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Prepositi, Pichon, Nanto, B. Genodi, Vuarambert, P. Versonnex.

Reverendus pater Pluvyer, gardianus Rippe, suo et nomine tocius conventus et religiosorum, pro quo se fortem facit etc., et egregius de Porta, notarius et burgensis Gebenn., super eorum omnibus differenciis et dependenciis universis se compromictunt in n. sindicos etc., quibus dant omnimodam potestatem pronunciandi in bona consciencia et equitate, vocatis duobus jurisperitis neutri parcium suspectis etc. Promictentes obtemperare appunctuamento, sub pena viginti scutorum cugni regis ad solem per partem parere recusantem, distribuendorum arbitrio et ad voluntatem n. sindicorum. Et ex nunc renunciant litibus et causis etc., et omnibus juribus contra premissa facientibus etc. Et teneantur pronunciare hinc ad festum Sancti Michaelis archangelli proxime futuri etc., presentibus quibus supra etc.

Mercuri xijª augusti. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, P. Fernex, P. Versonnex, P. Montyon, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, Vuarambert.

Reversi ab oppido Sancti Georii, n. considicus Nergaz, Leamon et Cartellier exposuere notifficasse illu. et r. d. episcopo que exposuerant ambaxiatores parte m. d. Friburgensium huc destinati ad causam Philiberti Bertellier[1]. Quibus, insequendo voluntatem ipsius domini et deliberacionem consilii episcopalis, facta extitit responsio : Primo, quod ea que facta fuerunt contra eundem Philibertum juridice, sine franchesiarum lesione gesta fuere, quas franchesias pro viribus deffendere mo-

[1] Cf. Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 72-75.

lientur; nam crimen de quo intitulatur non est comprehensum in franchesiis, sed penitus seclusum, nec illi, constito perpetrasse, suffragari possunt franchesie. Quoad injurias illasas in personas suorum burgensium et villippendium etc., dixerunt nusquam intellexisse quemquam ex burgensibus suis fuisse injuriatum, nec in justicia male ac rigorose tractasse; quinymo, suis in omnibus negociis n. sindicis et consulibus patefactis, non fuerunt desides servitutis obsequia prestare, docente experiencia, et pro eisdem tantum quantum pro nostris facere vellent. Quoad salvumconductum, quod principi pertinet et non ipsis facere, sed si dictus Philibertus censeat se fore insomptem ab hujusmodi crimine, venire potest auda[c]ter et comparere, et quia burgensis, pluribus equidem affinitate conjunctus, deffendent, justicie non obmisso tramicte.

Qui ambaxiatores, hujusmodi responsione audita, dixerunt eandem esse rigorosam et ab omni equitate dissonam, asserentes Turcos salvumconductum non denegasse, cum ipse Bertellier sit contentus ydoneam prestare caucionem, usque ad sommam decem millium florenorum, de (173) juri stando etc. Et quia pocius ex voluntate quam zelo justicie procedere dignoscuntur, cum jam, hiis annis, dominus de Fons, burgensis ipsorum m. d., ex principis voluntate fuit morti traditus, nulla inde vindicta sequuta, et a paucis diebus citra[1], Pecolat extra civitatis limites captus et in gehenna positus, cujus tormentum non valens substinere, confessus est que voluerunt. Et sui burgenses in tantam calamitatem devenire formidantes, lares proprias et civitatem exire ausi non sunt, in grave ipsorum prejudicium, et dietim suis burgensibus fiunt novitates. Et hiis omnibus in unum redactis, in tanta potencia venient et in potenti brachio quod capient d. gubernatorem Vaudi et alios nobiles et civitatis burgenses, qui tractabuntur more quo sui tractantur, et talem dabunt provisionem quod sui burgenses non pacientur jacturam et detrimentum ultra quam justicia suadeat, et ad id agendum, personas, bona et res proprias exponere non negabunt.

[1] Sur trois ordres successifs de Jean de Savoie, datés de Genève, 1er avril et 25 juillet 1517, et de Saint-Jeoire, 31 juillet, Jean Pécolat avait été arrêté à Presinge et emprisonné au château de Thiez, où dès le 3 août il fut interrogé et le lendemain mis à la question. Voy. la copie de son procès, fol. 1-11; J.-A. Galiffe, *Matériaux*, t. II, p. 29-48; Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 63-66.

Die Veneris xiiij^a augusti. — Sindici: P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Bertellier [*lisez:* Porralis]; — P. Orsieres, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, B. Genodi, P. Versonnex, Nanto, P. Tacon, Vuarambert, Jo. du Soex, P. Fernex.

Injungitur cuidam burgensi vocato Chartron ut suam desponse(n)t uxorem hinc ad decem dies, sub pena juris etc.

Fiat actestacio Johanni Forcada quomodo est filius Fortini et civis etc., sub sigillo civitatis etc.

Rescribatur illu. et reveren. domino episcopo in favorem de Pecolat etc.

Relaxetur Mauricius Vuy a carceribus quibus subest, condempnando eundem in expensis.

Visitetur rotulus per consindicum Nergaz exhibitus, et visitato per suos socios, de contentis condigna fiat satisfacio.

Pondus bladi proclametur et plus offerenti expediatur.

Admodiacio ponderis bladi.

Anno Domini m° quingentesimo decimo septimo, indicione quinta cum eodem anno sumpta, et die vigesima prima mensis augusti, n. Petrus Levrerii, Michael Nergaz, Glaudius Richardet et Martinus Porralis, sindici et procuratores civitatis Gebenn., admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt honesto viro Petro de Cresto, burgensi Gebenn., videlicet pondus bladi, cum suis pertinenciis, pro parte et porcione communitati pertinente et spectante, per unum annum integrum, die decima septima mensis hujus augusti incohatum et simili die, anno prius revoluto, finiendum, sub firma septuaginta et quinque florenorum auri parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis. Ad cujus preces et (174) requisicionem se dat et constituit fidejussor et principalis in solidum honestus vir Petrus Rosseti, alias de Casalibus, macellarius et burgensis Gebenn., qui promisit in forma etc. Promictentes etc., et ipse Petrus eundem Petrum Rosset ab hujusmodi fidejussione illesum servare et indempnem. Renunciantes etc., signanter juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem; cum clausulis opportunis etc. Actum in Domo communi et in aula in qua consilium ordinarium cele-

brari solet, die et anno prescriptis. Presentibus ibidem Guilliermo Roget, Henrico de Nanto, Francisco de Leamon, et pluribus aliis testibus etc.

Montyon.

Nota quod pondus bladi die prescripta fuit admodiatum ob controversiam in[ter] honorabilem Jo. Taconis et dictum Petrum de Cresto, eo quia dictus Taconis asserebat habere partem illu. et r. d. Gebenn. episcopo et principi pertinentem et spectantem etc.

Die Martis xviij^a augusti.— Sindici quatuor: P. Versonnex, P. Fernex, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Jo. Taconis, C. Chicandi, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, P. Orsieres, A. Rubei.

Fiat cymballum in quo arma civitatis affigantur, ad cujus sonitum tempore nocturno populus incitetur ad orandum pro deffunctis.

Differencia exorta ad causam admodiacionis ponderis bladi via amicabili terminetur.

Visitetur locus in quo aqua labitur apta ad constructionem bornellorum venire debencium ad platheam Burgiforis, ante Sanctum Petrum et Domum ville.

De Philiberto Bertellier, fuit conclusum quod bona ipsius non occupentur, sed illis uxor utatur, quousque aliud fuerit cognitum. Et loquantur n. sindici particularibus, velle ipsorum perscructaturi, quo super omnibus fiat appunctuamentum cum illu. et re. domino Gebenn. episcopo.

(175) *Die Veneris xxj^a augusti.* — Sindici: P. Levrerii, Nergaz, Porralis et Richardet; — P. Orsieres, C. Chicandi, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Nanto, P. Taconis, Bueti, Vuarambert, B. Genodi, Prepositi, Leamon.

Spectabilis utriusque juris doctor dominus Eustacius Chappuysii[1], de

[1] Eustache Chapuys, condisciple de Bonivard à l'université de Turin (*Chroniques*, t. II, p. 75), docteur en droit, official et chanoine de Genève, maître des requêtes et conseiller de Charles-Quint (1527), ambassadeur de l'empereur auprès de Henri VIII d'Angleterre (1529-1545), abbé commendataire de Sant'Angelo di Brolo en Sicile (1544), fondateur du Collège Chapuysien d'Annecy et du Collège de Savoie à Louvain, mourut dans cette

Annessiaco, officialis curie Gebenn., juravit super sanctis Dei euvangeliis, in manibus predictorum n. sindicorum, franchesias civitatis, usus et consuetudines servare, suorum predecessorum more, presentibus s. d. Grossi, Stephano Bachodi, Jacobo Prophenat, equidem suprascriptis consiliariis etc.

N. Glaudius Roget, Glaudius Cadodi et Michael Cadodi, ejus filius, de auctoritate patris etc., super omnibus eorum differenciis, litibus et questionibus se compromictunt in n. sindicos et consilium etc., quibus dant omnimodam potestatem pronunciandi etc. Promictentes obtemperare ordinacioni, sub pena viginti scutorum cugni regis ad solem per partem renuentem et contradicentem obtemperare etc., ad voluntatem dictorum n. sindicorum distribuendorum. Et ipse partes litibus et causis renunciant etc. Hujusmodi compromissum hinc ad festum Sancti Michaelis duraturum. Presentibus quibus supra.

Die suprascripta, patisserii subnominati arte sua fuere privati per unum mensem, et primo Andreas, commorans in domo de Crosa, Michael Chappellaz, Petrus Losserii, Petrus Bonivardi, Petrus Choupini, Johannes Mistralis, Peytrimandus Bonivardi, Michael Plantelex, Glaudius de Nanto, Petrus Mollaris et Martinus du Vernex.

Fiat mandatum consindico Nergaz de somma in rotulo descripta etc.

Equidem consindico Levrerii de somma in rotulo etc.

Mandatur thesaurario quod solvat Bessonet, carpentatori, sommam in rotulo descriptam etc.

Martis xxv^a augusti. — Sindici: Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Orsieres, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Leamon, Jo. Taconis, B. Genodi, Prepositi, Pichon, (B. Genodi,) Vuarambert, Nanto, d. vicedompnus, Jo. du Soex, Ducis, de Ulmo.

Macellariis per confratres confratrie D. Nostre fiat satisfacio.

Visitetur fons edifficaturus per n. Petrum Taconis.

(176) *Die Jovis xxvij^a augusti.*— Sindici quatuor; — P. Orsieres, P. Fernex, Leamon, Cartellier, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Ny. Gentilis,

dernière ville le 31 janvier 1556. — Voy. les articles de Léon Charvet (*Revue savoisienne*, 1874), spécialement consacrés à la correspondance de Chapuys avec Henri-Cornelius Agrippa (tirés à part, 1875, [IV]-180 p.), et ceux de M. Joseph Orsier (*Revue de Savoie*, 1912, t. I, p. 37-63, 125-144).

Donzel, Ruchi [*lisez :* Ruphi], Vandelli, Jo. Sept, Vuarambert, Danelli, Jo. Frojon, Jo. Fabri, Jo. Nepotis, Millanoys, Pichon, Nanto, N. Tissocti, de Ulmo, H. pictor, n. de Syonzier, Malbuysson, D. Dadaz, Lullini, B. Genodi, G. Curti, Migerandi, P. Rosset, Villiet, Jo. Vallet, L. de Pane, P. Taconis, Jo. Taconis, F. de Lompnes, Cadodi.

Visa et perlecta lictera missiva n. sindicis, hominibus et communitati transmissa parte illu. et metuen. principis domini Sabaudie ducis, fuit conclusum de bono velle et singulari affectione regraciari debere. Et destinentur eligendi in consilio ordinario, cum lictera missiva ad r. d. Gebenn. episcopum et principem, et responsione habita, si opus sit, ad eundem dominum Sabaudie ducem.

Die Veneris xxviij^a augusti. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, Leamon, Cartellier, Pichon, Nanto, B. Genodi, Vuarambert, Jo. du Soex.

Destinentur ad dominum episcopum P. Levrerii, Nergaz et P. Orsieres, demonstraturi licteram missivam de qua supra, et loquantur de occurrentibus et d. Carolo Magni.

Die Martis prima septembris. — Sindici : P. Levrerii, Nergaz, Porralis; — P. Orsieres, Burdignyn, P. Fernex, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Pichon, B. Genodi, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Prepositi, Nanto, P. Versonnex, Leamon.

Reversi n. Petrus Levrerii et Nerguaz ab oppido Thononii, retulerunt que dicta fuere eisdem per dominum episcopum, cujus velle est ut delinquentes pugniantur, justicia mediante, utque in occurrentibus ocius et facilius excogitentur media quibus finis imponatur, evocentur plures numero ad consilium die crastina celebrandum.

(Mandatum.) — Fiat mandatum sindicis Levrerii et Nergaz de sommis in rotulis descriptis.

Die Mercuri secunda septembris. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis; — Pichon, Vuarambert, Bueti, Millanoys, Ja. Nepotis, de Ulmo, Le Picard, Chambet, H. pictor, Megerandi, Ruphi, Magistri, Grassy, L. Curtet, Jo. de Pane, Jo. Vallet, P. Orsieres, Villiet, Plonjon, (Millanoys,) N. Gentilis, L. Bec, Frojon, Jo. Nycodi, Vandelli, Jo. du

Soex, Leamon, Leta, N. Tissocti, Roget, Chabodi, P. Fernex, P. Joly, de Rippa, B. Genodi, Jo. Bernardi, La Tire, (Villiet).

(177) De occurrentibus sermone facto, destinentur ad r. d. nostrum Gebenn. episcopum et principem n. P. Orsieres, Levrerii, Nergaz, P. Versonnex, Pichon, Leamon et Prepositi, supplicando ut venire dignetur huc pro conferencia habenda in hiis que impresenciarum occurrunt. Et si constet nonnullos delinquisse, et rem fecisse contra ejus auctoritatem pugnicione dignam, pugnientur secundum casus exigenciam.

Die Veneris quarta septembris. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Jo. Taconis, Fusserii, Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, de Nanto, C. Chicandi, Vuarambert, B. Genodi, P. Fernex, Jo. Bueti, (Fernex).

Facto sermone de n. Francisco de Lompnes, ibidem presente, et causa pendente inter procuratorem fiscalem et eundem et certos alios cives et burgenses dicte civitatis, c[u]m bonum videtur consilio esse renunciandum per eosdem de Lompnes et alios, concluditur hoc ideo ut, hora prima post meridiem, ipse et alii veniant super hiis eorum voluntates declaraturi.

Et evocetur consilium ad horam primam post meridiem.

Die suprascripta iiij^a septembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis; — P. Versonnex, Jo. Taconis, Leamon, Prepositi, Vuarambert, Jo. du Soex.

Suprascriptis in consilio existentibus, supervenerunt n. Anthonius Versonnay, Franciscus de Lompnes, Ste. de Mara, Jo. de Poste, Truffinus et Michael Girbelli, et Guilliermus de Soubret, dicentes resolutos esse quod fuerunt et sunt esseque volunt perpetuo boni, legales et humiles subdicti et servitores illu. d. n. episcopi et principis, exorantes dominos sindicos ut, quamprimum continget presenciam principis nostri addire, preces porrigant ut ipse proroget causam pendentem in curia metropolitana, et dignetur supersedere usque ad ejus primum adventum et per unum mensem post. Et, si quicquam sinistri fecerint contra ejus auctoritatem, quod non credunt fecisse, in jure et justicia respondebunt et facient que incumbunt fienda.

Hiis auditis, fuit conclusum quod n. sindici alloquantur dominum episcopum, et favores possibiles dentur, quia civitatis burgenses.

Die Martis viij^a septembris. — Sindici : Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, Fernex, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, C. [*lisez* : B.] Hugue, Bueti, Prepositi, Cartellier, de Nanto, Vuarambert, P. Taconis, Chicandi, B. Genodi.

N. Petrus de Orseriis exposuit (178) fuisse ambaxiatorem parte civitatis deputatum pro eundo ad r. d. episcopum ; hiis tamen non obstantibus, dictus dominus eundem nixus est capi facere[1]. Quo audito, fuit conclusum quod tendantur cathene et porte claudantur civitatis.

Mercuri nona septembris. — Sindici quatuor ; — P. Orsieres, Roget, Leamon, Prepositi, Pichon, G. Genodi, Vandelli, F. de Lompnes, G. Curti, P. Joli, Jo. Malbuyson, Ruphi, Vallet, Poujalis, P. Lullini, Jo. Tacon, Berteracti, Chatel, de Ponte, Jo. du Soex, Millanoys, Ja. Nepotis, N. Gentilis, Hector, Megerandi, A. Gervasii, Jo. borserius, de Py[leo] Rubeo, Cergat, Panissodi, Ja. Servelli, A. Girardi, Vuarambert, Chabodi, P. Barberii, G. de Nanto, P. de Francia, Le Pape, B. Toquet, Pillizon, de Mollario, G. Malliet, P. Fernex, Jo. Philippi, Dolens, A. de Joex, Velluti, P. Paquet, A. Probi, P. Jaquerii.

Concluditur quod expectanda est responsio domini vicedompni et ejus adventus, ut inde in agendis provideatur. Et n. sindici, associati magis apparentibus, accedant ante illu. dominum Sabaudie ducem usque ad pontem Areris, et eidem fiat donum assuetum, et claves portarum civitatis apportentur d. sindicis, et dezinerii sint parati, et fiat vigil pro custodia prelibati domini, civitatis et reipublice, qualibet nocte, quamdiu fuerit in civitate ; et fiant processiones generales.

Veneris xj^a septembris. — Sindici quatuor ; — d. vicedompnus, P. Orsieres, P. Taconis, C. Chicandi, G. Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Fernex, Pichon, Vuarambert, B. Genodi, Plonjon, Jo. du Soex, P. Versonay ; Ducis.

Audita responsione domini vicedompni destinati ad r. d. episcopum,

[1] Cf. Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 69.

equidem dominum ducem, pro civitatis negociis et pretextu capture temptate in personam n. P. de Orseriis, fuit conclusum quod n. sindici accedant apud Compesieres, facturi demonstraciones dicto domino episcopo etc., et inde ad dominum ducem, cui immensas graciarum actiones refferant de bono velle etc., offerentes illi personas et bona civitatis sue disposicioni etc.

Fiant cride de victualibus, ne quis presumat caristiam ponere, sub penis lx solidorum et perdicionis victualium, et non venundetur vinum novum ultra quatuor d., sub eisdem penis.

Omnes habentes equos concomictent dominos sindicos pro eundo obviam illu. d. Sabaudie duci, et mundentur carrerie.

(179) *Die xv^a septembris, Martis.* — Sindici : Nerga, Richardet, Porralis ; — Jo. Mara, P. Orsieres, P. Taconis, C. Chicandi, Jo. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Leamon, Prepositi, Pichon, Cartellier, d. vicedompnus, Vuarambert, Jo. Loys Ramel, B. Genodi, P. Fernex, Jo. Fabri, H. Fabri, Plonjon, Bovyer, D. Dadaz, Ducis.

Alloquantur dominum episcopum domini sindici de hiis que gesta fuere in Thononio in personam n. Petri de Orseriis, cum de honore tocius civitatis agatur, et delinquentes, informacionibus validis prius habitis et visitatis, pugniantur secundum demerita.

Die Martis suprascripta, in Domo communi. — Sindici : Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Versonnex, P. Orsieres, Fusserii, Jo. du Soex, Cartellier, P. Fernex, Leamon, Prepositi, Pichon, Vuarambert, B. Genodi, D. Salaz, Navis, (B. Genodi,) Plonjon, Mahuet, de Ulmo, H. pictor, Grassi, Vandelli, Ruphi, P. Taconis, Jo. Taconis, (Jo. du Soex,) (Vuarambert,) H. Fabri, Magistri, Jo. Bernardi, Lud. Ramel, D. Dadaz, (Cartellier,) Jo. Fabri, (Plonjon,) Millanoys, ((Jo. du Soex)).

In quorum supra presencia et plurium aliorum, exposuerunt n. sindici quemadmodum illu. d. Sabaudie dux alloquutus est eosdem, organo r. d. episcopi Thaurini[1], signanter de excessibus in civitate perpetratis per nonnullos, qui justicie erant inobedientes et franchesiis

[1] Claude de Seyssel (1450-1520), né à Aix en Savoie, professeur de droit à l'université de Turin, maitre des requêtes et conseiller de Louis XII, qui le chargea de plusieurs missions diplomatiques, évêque de Marseille (1509),

civitatis, quarum pretextu nonnulli ad illicita et insolencias declinasse intellexerat; et ob hoc dicebat easdem corrigi debere in melius, ut delinquentes pugniantur et boni preserventur, et super hiis advideant et responsum faciant; cujus velle semper fuit et est civitatem et inhabitantes prothegere. Et hiis dictis et ab omnibus auditis, fuit conclusum quod n. sindici eidem illu. d. immensas graciarum actiones refferre debeant, supplicando ut in suo bono velle perseverare dignetur etc.; et quoad excessus, de hiis constito, corrigantur juris via, cum nichil aliud fervencius expetant quam justiciam servare et delinquentes pugnire, voluntatibus tam predicti domini ducis quam principis nostri inherendo. Et quoad franchesias, fuit conclusum quod serventur indempnes et preserventur, nostrorum predecessorum vestigia sectando.

(180) *Veneris decima octava septembris.* — Sindici : Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Orsieres, P. Fernex, C. Chicandi, Fusserii, Roget, Pichon, Nanto, Vuarambert, Cartellier, B. Genodi, Leamon, Prepositi, P. Taconis, Jo. Taconis.

Magnifficis et spectabilibus dominis ambassiatoribus trium villarum, videlicet Bernensium, Friburgensium et Solodorensium, parte civitatis quatuor quarteroni malvatici dentur.

Loquantur n. sindici illu. et reveren. domino nostro Gebenn. episcopo et principi de suis archeriis hospitatis pro forreriis in domo quondam Petri Roseti, ut vacuent domum, ne in iniquam trahatur consequenciam.

(Mandatum.) — Fiat mandatum vigillibus de somma decem florenorum, pro pulsando grossum cymballum. — *(Levatum.)*

Nobiles sindici exorare debeant d. Gebenn. episcopum, actenta re-

archevêque de Turin (1517), théologien, historien, traducteur. — Voy. Ch. Dufayard, *De Claudii Seisselii vita et operibus,* Paris, 1892, in-8°, XI-108 p.; F. Brunot, *Revue d'hist. litt. de la France,* 1894, p. 27-37; E. Coyecque, *Bibl. de l'Ecole des Chartes,* 1894, p. 509-514; c^te^ de Loche, *Mém. de l'Acad. de Savoie,* 4e série, t. VIII, 1900, p. 365-394, 414-471. — Installé chanoine de Lausanne le 26 mai 1508, Claude de Seyssel résigna ce bénéfice, après sa nomination à l'évêché de Marseille (M. D. R., 2e série, t. VIII, p. 452). En 1513, il fit partie de l'ambassade envoyée aux Suisses par le roi Louis XII (E. A., t. III, 2e partie, p. 684). — Voy. aussi plus loin, p. 185, note.

quisicione per parentes facta, ut dignetur humaniter tractare et eisdem remictere, causante ipsius infirmitate[1].

H. Jo. Taconis tractetur in omnibus more ambaxiatorum ad r. d. episcopum destinatorum.

Die Martis xxij^a^ septembris. — Sindici: Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Orsieres, P. Versonnex, P. Taconis, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Pichon, Nanto, H. Fabri, Jo. Fabri, Vuarambert, G. Curti, D. Dadaz, Plonjon, Ruphi, B. Genodi, C. Chicandi, Cartellier, Bovyer, Jo. Taconis.

De rebus impresenciarum occurrentibus et factum Philiberti Bertellerii tangentibus et equidem aliorum civium et burgensium sermone facto, quoniam illu. d. Sabaudie dux vult alloqui d. sindicos de hujusmodi re, et [de] dictis et expositis per dominum episcopum n. sindicis et ambassiatoribus civitatis in oppido Jussiaci, fuit conclusum per eosdem ambaxiatores exponi debere facti veritatem.

Et si dictus Bertellier venire debeat aut non, fuit conclusum quod, si constet delinquisse, pugniatur et justicia ministretur.

Fiat mandatum consindico Nergaz de contentis in rotulo per ipsum exhibito.

(181) *Die Veneris vigesima quinta septembris.* — Sindici : Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Orsieres, P. Taconis, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, H. de Nanto, Leamon, Cartellier, (Nanto,) B. Genodi, Vuarambert; Ducis.

De Conodi detento in Domo episcopali, loquantur n. sindici consilio episcopali, ne quicquam fiat in prejudicium franchesiarum.

Auditis que exposuit capitaneus Eschel, fuit conclusum [quod], habito inventario, cum quictancia in debita forma eidem bona inventarizata restituantur.

Loquantur n. sindici illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo et principi de nonnullis burgensibus civitatis, formidantibus civitatem exire et ad sua negocia extra civitatis limites meare, ne eisdem contingat sicuti

[1] Il s'agit de Pécolat, impotent du bras droit, à la suite d'une blessure reçue cinq ans auparavant. *(Procès,* fol. 4 v°.)

contingit Pecolat, qui, ut notorium est, carceribus detinetur. Inscii causam sue detencionis, exorent hoc ideo ut provideat et per suos officiarios sinat de delinquentibus justiciam ministrare, ne in dies talia in iniquam trahantur consequenciam.

Equidem de suis archeriis fiat querimonia, quoniam inaudita res est ut capiantur burgenses, nisi per suos officiarios, qui juraverunt franchesias servare illesas.

Sabbacti vigesima sexta septembris. — Sindici : Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, P. Fernex, P. Taconis, Jo. du Soex, Leamon, Prepositi, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Cartellier, Roget.

Fiat mandatum vigillibus, pro stipendiis festi Sancti Michaelis proxime futuri, de somma lxiij ff., unicuique quatuor cum dimidio.

Voto principis nostri satisfaciendo, sequens facta fuit electio de hiis qui assistere debent cum n. sindicis in consilio episcopali, ad audiendum et intelligendum informaciones et expleta communicanda occasione excessuum in civitate perpetratorum. Et primo elegerunt s. u. juris doctores Petrus Millieti et Chivallerii, et si contingat dominum Millieti vacare non posse, loco ipsius, d. Blecheret, necnon n. P. Versonnex, Leamon, Prepositi, Cartellier, consiliarii civitatis.

Die Martis penultima septembris. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Porralis ; — P. Versonnex, C. Chicandi, P. Orsieres, P. Taconis, Jo. du Soex, Roget, B. Genodi, Leamon, Nanto, Vuarambert, Cartellier, Prepositi, P. Fernex, Fusserii, Pichon.

Consentit providus de Porta prolongacioni compromissi hinc ad ultimam instantis octobris.

(182) Frater Christophorus, religiosus Sancti Francisci, nomine aliorum fratrum, consentit prolongacioni compromissi hinc ad festum Omnium Sanctorum, et promictit ratifficari facere per religiosos etc., cum promissionibus opportunis. Citra prejudicium jurium et parcium etc.

Glaudius Cadodi consentit prolongacioni compromissi, suo et ejus filii nominibus, hinc ad festum Omnium Sanctorum, cum promissionibus, etc. Actum Gebenn., penultima septembris hujus, ante domum ipsius, presentibus n. Girardino de Rippa et Ludovyco de Furno, habitatore Gebenn., testibus etc.

Venundentur circuli empti extra limites civitatis in prejudicium reipublice ad sex quartos pro duodena.

Die Veneris secunda octobris. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Porralis ; — P. Orsieres, Roget, Nanto, B. Genodi, P. Versonnex, C. Chicandi, Jo. du Soex, Pichon, Leamon, Prepositi, P. Fernex, Cartellier.

De sociis nonnullis civitatis conquerentibus de capcione Conodi et aliorum, fuit conclusum quod perscructetur causa suarum detencionum erga dominum vicedompnum et procuratorem fiscalem.

Egregio Prepositi commictitur visitacio processus Rossetorum contra dominum Langini, et cum bono consilio procedatur, quia concernit communitatem.

Die Martis sexta octobris. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Porralis ; — P. Orsieres, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert.

Reparanda reparentur in camera Michaelis Lyonardi per Pichon, onus habentem.

Visa lictera missiva eonsindico Nergaz transmissa parte r. d. episcopi, et auditis que exposuit occasione homicidii perpetrati in personam Johannis Hospitis per quemdam Theotonicum, fuit conclusum quod destinetur ad illu. dominum Sahaudie ducem et dictum dominum episcopum dictus Nergaz, facturus responsum quod civitas de hujusmodi negocio non vult se intromictere, et si ipse Theotonicus pretendit querelam movere, se deffendent, suo de bono jure confisi, nec phas esset, pro alterius delicto, si quod sit, jacturam et detrimentum pati.

Die Veneris ix^a octobris. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Porralis ; — P. Orsieres, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Leamon, Cartellier, Pichon, Nanto, Vuarambert.

Fiat mandatum consindico Nergaz de contentis in rotulo signato per Pichon.

(183) Visis duabus licteris destinatis, una parte ducalis cel. et alia d. episcopi, n. sindicis et consulibus transmissis, pretextu homicidii de quo supra, et inde expositis que per consindicum Nergaz gesta fuere cum predictis duce et episcopo, conclusio facta fuit quod egregius

Leamon ire debeat Thononium ad eosdem, et quod pro omni resolucione, sunt parati se deffendere, si pretendat Allemanus quicquam petere ab eisdem, nec eidem pictam dare pro suo interesse; et quod d. judex sentenciam tulit, ut asserit, secundum Deum et conscienciam, et constito legitime de errore, sibi ipsi imputetur et non alteri.

Die Martis xiij^a octobris. — Sindici quatuor; — Bueti, Fusserii, Roget, Leamon, Prepositi, Pichon, Vuarambert, C. Chicandi, Nanto, Jo. du Soex, P. Taconis.

Loquantur n. sindici illu. et r. d. Gebenn. episcopo et principi de canonico de Dangiers, recusante solvere vini gabellam, quo solvat aliorum more.

De sociis civitatis petentibus audiri in jure et justicia, fuit conclusum loqui debere dicto d. episcopo, ut audire dignetur, prout justicia et equitas exposcunt.

Die Veneris xvj^a octobris. — Sindici: Levrerii, Richardet, Porralis; — P. Orsieres, P. Taconis, Bueti, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Fusserii, P. Versonnex, C. Chicandi.

De Charavel, qui fuit captus in domo civis et burgensis, quia fuit condempnatus ut veniam petat d. episcopo, quod fecit, in franchesiarum prejudicium civitatis, et fuit condempnatus in expensis, fuit conclusum quod n. sindici loquantur domino, ut franchesie serventur illese.

De sociis civitatis petentibus consilium an debeant comparere in castro Insule, et respondere in manibus vicedompni aut loquumtenentis, fuit conclusum quod id negocium alteri detur decidendum, quoniam sindici non debent consulere, quia fertur quod hic casus est criminalis, cujus nunc et in tempore possent esse judices, prout sunt de causis criminalibus.

(184) *Die Martis xx^a octobris.* — Sindici: Levrerii, Richardet, Porralis; — P. Orsieres, P. Taconis, Jo. Mara, C. Chicandi, Leamon, Prepositi, Pichon, Vuarambert, B. Genodi, Nanto, Bueti, Jo. Taconis, Fusserii, Roget; s. d. Blecheret et Chivallerii.

In quorum supra presencia, n. Anthonius de Versonnex, Franciscus de Lompnes et Stephanus de Mara, et plures alii ex civibus et burgensibus civitatis, conquesti fuere de quadam citacione contra eosdem et ipsis adherentes, voce preconia per carraphos civitatis facta, cujus pretextu fuerunt citati in castro Insule personaliter compar[i]turi et responsuri, super hiis de quibus intitulantur, in manibus d. vicedompni seu ejus locumtenentis, sub pena indignacionis domini etc., petentes consilium an debeant in eodem castro comparere et respondere ad formam citacionis, quoniam ipsis videtur quod, si compareant, erit in detrimentum et enervacionem franchesiarum civitatis, et in iniquam et dampnosam trahetur consequenciam; et quia agitur de enervacione franchesiarum, petunt hujusmodi negocium amplecti et causam per n. sindicos assumi, et super hujusmodi propositis responsum. Et hiis auditis, deliberacione habita prius, fuit conclusum quod, de re hujusmodi, ipsis non prebeatur nec detur consilium, quia n. sindici causarum criminalium sunt judices, sed loquantur r. d. episcopo Thaurini[1], ut media excogitare et tenere velit erga principem nostrum, quibus mediantibus via juridica aut amicabili terminetur negocium, franchesiis civitatis in virili observancia et illesis remanentibus, quas princeps servare promisit illesas. Et fiat eisdem responsio quod dominorum doctorum est oppinio quod non respondeant in castro Insule.

Die Veneris xxij^a octobris. — Sindici: Levrerii, Porralis; — P. Orsieres, P. Fernex, Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Leamon, Roget, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, P. Versonnex.

Carronerius suum tempus perficiat et vendat carronos videlicet v ff.

Ne bruta animalia intrent vineas de Champel fiant cride.

(Laudimium pro relicta Emerici.) — De laudimio domus heredum Johannis Emerici, quam tenet Sarragni, solvat ejus relicta laudimium ad taxam iiij^c ff. parvi ponderis, || cui pars quarta detur, || taxa facta per operarios de eadem ad v^c non obstante.

Die Martis xxvij^a octobris. — Sindici: Levrerii, Richardet, Porralis;

[1] Le duc était à Genève le 8 novembre (M. D. R., t. XXVII, p. 328-329). Peu après, Claude de Seyssel l'accompagna dans son voyage à Berne: on le voit figurer, comme témoin, dans deux actes de Charles III, datés de Romont, 12 novembre, et de Lausanne, 1er décembre. (M. D. R., t. XXVII, p. 329-331, 334-336; M. D. S., t. XXIII, p. 422-423, 423-424).

— P. Fernex, Bueti, Fusserii, Roget, Cartellier, Leamon, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi.

Reverberentur carronerio super firma sue admodiacionis duo menses et decem dies, quibus durantibus non potuit dequoqui carronos.

Non cridetur vinum ante festum Sancti Martini, et cride de perda, equitate suadente, fiat satisfacio.

(185) Admodiacio alarum.

Anno Domini mº quingentesimo decimo septimo, indicione quinta cum eodem anno sumpta, et die vigesima septima mensis octobris, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis proclamacionibus debitis etc., n. Petrus Levrerii, Glaudius Richardet et Martinus Porralis, sindici civitatis Gebenn., admodiant et in admodiacionem tradunt honorabili viro Guillie[r]mo Danelli, burgensi Gebenn., presenti, tanquam plus offerenti, jus alarum civitati pertinencium, cum pertinenciis solitis etc., et hoc per unum annum integrum, die crastina incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, et hoc sub firma ducentum et octuaginta quinque florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis etc., cum honore et onere etc. Promictentes etc. Renunciantes etc. Actum in dicto claustro, presentibus ibidem n. Petro de Carro, Henrico de Nanto et Michaele Lyonardi, vigille, testibus etc. Montyon.

Ibidem, n. sindici memorati admodiaverunt gribellum egregio Henrico de Nanto, presenti etc., precio decem florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis etc. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

Plathea Sancti Gervasii admodiata fuit vigilli Vulliodi, precio viginti octo solidorum, solvendorum terminis assuetis. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

Plathea Burgiforis extitit admodiata egregio de Monte, precio viginti duorum solidorum, ut supra solvendorum, promissionibus et renunciacionibus intervenientibus etc.

Plathea D. Nostre pontis Rodani fuit admodiata consindico Richardet, precio undecim solidorum, ut supra solvendorum etc.

Die Veneris penultima octobris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Fernex, C. Chicandi, Bueti, Jo. du Soex, Roget, Leamon,

Jo. Taconis, Nanto, Cartellier, Pichon, Vuarambert, B. Genodi, P. Orsieres, Fusserii, P. Taconis, Jo. Mara.

Ut ordo detur in rebus impresenciarum occurrentibus, supplicent domino n. sindici ut eligat doctos, Deum, conscienciam, honorem principis et rempublicam adamantes, et electis, provideant in rebus occurrentibus, et reparentur reparanda.

De fractura facta in grangia Johannis Balli per curiales domini, loquantur n. sindici magistro hospiti.

(186) *Martis 3ª novembris*. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — H. Burdignyn, C. Chicandi, Fusserii, Roget, Leamon, Cartellier, P. Taconis, P. Versonnex, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, P. Orsieres, Bueti, Prepositi, P. Fernex, Jo. Mara.

Visa electione per illu. et reveren. dominum Gebenn. episcopum et principem facta, ut in rotulo, de illis habere debentibus, voluntatem ipsius insequendo, onus videndi deffectus justicie et suorum officiariorum, equidem visitandi informaciones de excessibus in civitate perpetratis etc., fuit conclusum fieri responsum dicto domino quod habere non potuerunt consilium ob festum Omnium Sanctorum, sed mox evocabuntur consiliarii ad consulendum quid in hujusmodi negocio sit fiendum, et inde fiet responsio.

Die Jovis vª novembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, Burdignyn, P. Fernex, P. Taconis, Cartellier, Jo. Taconis, Roget, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Bueti, Fusserii, Prepositi.

Visis rotulo et electione per illu. et r. d. Gebenn. episcopum et principem factis, n. sindicorum relacione, cujus velle est per in eodem nominatos ut in excessibus hucusque in civitate factis ordo detur et fructuosa provisio, equidem in reparacione justicie et officiariorum, ut abusus tollantur, quo justicie deinceps locus sit, ut civitas sua in pace et tranquilitate maneat, prout hacthenus, justicia regnante, fuit manutenta et nutrita. Et hiis auditis, deliberacione prius habita, conclusum fuit quod electio valida est et omnibus grata, et votis principis obtemperare phas esse censetur. Sed quia hoc negocium concernit totam communitatem, evocentur plures numero et magis apparentes ex civibus

et burgensibus, cum consilio ordinario, et inibi discussiatur materia, franchesiarum civitatis forma semper servata, et conclusio fienda dicto principi notifficetur.

Die Veneris vj^a novembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Fernex, Bueti, Fusserii, Roget, Leamon, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Jo. Mara, Leta, Jo. Fabri, Jo. Taconis, de Ulmo, Chambet, G. Curti, N. Gentilis, D. Salaz, Plonjon, de Rippa, S. borserius, Lu. de Pane, Lullini, P. Orsieres, Cartellier, C. Chicandi, Jo. Loys Ramel, Cadodi, P. Poterel, Prepositi, Ja. Frojon.

Facto sermone de excessibus et insolenciis in civitate, retroactis temporibus perpetratis, et abusibus in officiariis justicie existentibus, visa et perlecta denuo electione per dominum facta, quorum auxilio et consilio, voluntatem principis nostri insequendo, nigra vertentur in candita[1] et de injusticia et[2] justiciam fiet commutacio, fuit absolute deliberatum et conclusio facta : Primo, principi de bono velle immense graciarum actiones refferantur, supplicando ne a ceptis desistat, sed prosequatur negocium usque in finem, et, cujus finis bonus est, ipsum quoque bonum est. Et intersint et assistant electi parte civitatis cum electis parte domini, visuri informaciones (187) et expleta excessus concernencia et tangencia, et per eosdem decidantur casus, an civiles, an criminales, ita tamen quod omnes in unam et eandem oppinionem concurrant ; et decisione et cognicione facta, judicibus quorum interest remictantur, pro justicia ministranda, excessus et insolencie corrigantur et reparanda reparentur, justicie et franchesiarum civitatis non obmisso tramicte. Et super omnibus provideatur, ipsis franchesiis suo in robore et in virili observancia illesis remanentibus.

(Nota.) — Ebdomadarii quatuor cum porterio, more suprascriptorum, fuere soluti.

Die decima decembris [*novembris*], *Martis.* — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis; — Cartellier, Pichon, B. Genodi, Roget, Orsieres, Jo. du Soex, Nanto, Bueti, P. Taconis, Leamon, Vuarambert, Fusserii, P. Fernex, Prepositi, C. Chicandi, (Genodi).

[1] *Lisez :* candida.
[2] *Lisez :* in.

Guilliermus Danelli, firmarius alarum, cavet per Guilliermum Curti, presentem etc. Et qui Danelli et Curti, quilibet ipsorum principaliter et in solidum, promiserunt solvere ducentum et octuaginta quinque florenos pro firma alarum, et decem pro firma gribelli, in manibus receptoris civitatis etc., terminis assuetis ; et ipse Danelli eundem Curti servare indempnem etc., et loco de Nanto et nomine ipsius, cui in claustro extitit facta expedicio, se ponens ad exhigendum more debitorum fiscalium, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

Conquerantur n. sindici illu. et reveren. domino nostro Gebenn. episcopo de longeva detencione Pecolat, et si constet delinquisse, pugniatur secundum demerita, et fuisse ignocentem, a carceribus quibus subest relaxetur, prout justicia et equitas suadent. Equidem instare ut dignetur nominare hominem qui retulit eidem nonnulla verba per consindicum Porralis prolata, ut asserit princeps.

Admodiacio introgii bossetarum.

|| Anno Domini m° quingentesimo decimo septimo, indicione quinta cum eodem anno sumpta, et die undecima mensis novembris, in claustro Sancti Petri Gebenn., candela accensa et fonditus consumpta, factis prius cridis assuetis, nobiles Petrus Levrerii, Glaudius Richardet et Martinus Porralis, sindici civitatis Gebenn., admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt egregio Bernardo de Monte, civi Gebenn., presenti etc., tanquam plus offerenti etc., introgium bossetarum vini civitati et communitati pertinens, cum honore et onere assuetis etc., et hoc per unum annum integrum, die crastina incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma septem centum florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis solitis in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis etc., et ad exhigendum more debitorum fiscalium. Cum promissionibus et renunciacionibus in talibus opportunis. Presentibus ibidem n. Petro de Quarro et egregiis Henrico de Nanto et Glaudio Lespa et Aymone Chambet, testibus etc. — *(Solvit totum.)*

Montyon. ||

(188) *(Admodiacio facta Aymoni Planchans.)* — Anno, die, loco et presentibus quibus supra, n. sindici in prescripta admodiacione nominati admodiaverunt Aymoni Planchans cridam civitatis, per tres annos

proximos, die crastina incohandos et simili die finiendos, ipsis tribus annis revolutis, sub firma cujuslibet anni triginta sex florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis assuetis, cum promissionibus et renunciacionibus ad hec opportunis.

Die Veneris xiij^a novembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. Taconis, Pichon, Jo. du Soex, Roget, Nanto, B. Genodi.

(Burgensis.) — Egregius Roletus filius quondam Jacobi Medici[1], de Contamina, efficitur burgensis pro et mediantibus viij ff.

(Burgensis.) — Honestus vir Georgius Gallicien, de Basilia, pocterius, parrochie S. Gervasii, burgensis pro viij ff.

(Caucio.) — Aymo Planchans, admodiatarius cride, cavet per dominum Girardum Guibelli, presentem etc., qui et ipsorum quilibet principaliter et in solidum promictunt solvere somman in admodiacione descriptam etc., et ipse Aymo eundem dominum servare indempnem etc. Renunciantes juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc. Cum aliis promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.; presentibus quibus supra.

(Caucio.) — || Ibidem, egregius Bernardus de Monte, civis Gebenn., firmarius introgii bossetarum vini, cavet per egregios Mathiam Carrerii et Roletum Medici, notarios et curie juratos, qui et ipsorum quilibet principaliter et in solidum promiserunt eorum juramentis etc. solvere sommam sepcies centum ff. [descriptam] in admodiacione suprascripta per me recepta die undecima hujus novembris, in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis terminis assuetis etc. Renunciantes juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, et ipse de Monte eosdem fidejussores servare indempnes; cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis in talibus opportunis; presentibus in consilio nominatis etc. || — *(Solverunt totum, ut constat computis Bouley.)*

Die Dominica xv^a novembris, in claustro Sancti Petri, existentibus r. d. canonicis S. Petri Alardet et S. Raval. — Nanto, Servelli, A. Millanoys,

[1] *Notarius,* au verso de sa lettre de bourgeoisie. (Portef. VI.)

Savoex, Pecolat, Ballard, G. Genodi, Velluti, Carrerii, Prophenat, Jo. Malliardi, Lestelley, Prepositi, Jo. du Soex, Troctier, P. Poterel, de Rippa, H. pictor, Ja. Belli, d[e] P[ileo] Rubeo, Ja. Cardinalis, Jo. Sept, Cartellier, Cadodi, Marlioz, Malbosson, Navis, (de Rippa,) Malliet, Boulet, Ny. Ruphi, (Navis,) F. de Lumpnes.

Ad sonum campane, ut moris est, venda vini gitata fuit ad vj s.

(189) *Die Martis xvij^a novembris.* — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis; — P. Orsieres, Fusserii, Jo. du Soex, Cartellier, Prepositi, Pichon, Vuarambert, B. Genodi, Roget, P. Versonnex.

(Burgensis.) — Guilliermus filius quondam Petri Bocherens, de Balleyson, macellarius, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Petrus filius Glaudii Gatens, de Myeuciez, serrallionus, parrochie Sancti Leodegarii, burgensis pro viij ff.

Petant n. sindici d. episcopo remicti Pecolat, et testimoniales.

Die Mercuri xviij^a novembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Versonnex, P. Fernex, Cartellier, H. Pichon, Vuarambert, Jo. du Soex, Jo. Malliardi, Lu. Lestelley, B. Genodi, Jo. Valleti, A. Millanoys, Ja. Nepotis, Bachodi, de Ulmo, H. de Rages, Pecolat, Grassi, Cambet, Amyaulx, Savoex, Fusserii, L. Curtet, Lullin, P. Taconis.

Suprascripti et plures alii fuere vocati ad consilium, numero ducentum vel circa, quibus n. sindici, organo consindici Levrerii, exposuerunt quod Pecolat eisdem per r. d. episcopum fuit remissus pro justicia ministranda, quodque per electos fieret cognicio de rebus impresenciarum occurrentibus, quo ordo detur et provideatur prout eque et racionabiliter videbitur esse fiendum. Quo audito, deliberacione habita, fuit conclusum esse providendum super prescriptis per consilium ordinarium, et in omnibus serventur franchesie civitatis.

Die Veneris xx^a novembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Versonnex, Prepositi, Cartellier, Pichon, B. Genodi, Fusserii, Roget, Vuarambert, P. Orsieres, G. Genodi.

De vino venali, fassinis, navibus ad vehendum super aquam lacus aptis, fuit conclusum quod, hinc ad Martis, unusquisque provideat de aliqua sana oppinione dicenda et reseranda consilio tunc celebrando, pro utilitate et comodo tocius reipublice.

(190) *Die Martis xxiiij^a novembris.* — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Versonnex, Fusserii, Jo. Mara, Jo. du Soex, Roget, Pichon, Nanto, P. Orsieres, C. Chicandi, Leamon, Vuarambert, B. Genodi, P. Taconis, B. Hugue, (Jo. Mara).

Loquantur n. sindici domino vicedompno de detentis in castro Insule pro crimine, et petant remicti, et in casum recusacionis, testimoniales.

De Pecolat n. sindicis remisso pro justicia ministranda, fuit conclusum quod n. sindici alloquantur dominum episcopum, ut informaciones communicare velit etc., et habitis licteris remissionis, citetur vicedompnus, exhibiturus informaciones, expleta et processus etc., et procedatur contra eundem juris via.

De Paquet, citato coram ballivo Lausane ad instanciam n. Ludovyci de Versonnex, civis Gebenn., quia citacio cadit in enervacionem ecclesiastice juridicionis, cum cives et burgenses non subiciantur consuetudinibus patrie Vaudi, fuit conclusum loqui debere domino episcopo, ut dignetur providere.

(Intrentur thesaurario.) — Intrentur thesaurario contenta in rotulo signato per Pichon.

Die Veneris xxvij^a novembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Versonnex, P. Orsieres, Jo. du Soex, Jo. Mara, Roget, de Ulmo, D. Salaz, Jo. Frojon, Leamon, Cartellier, Nanto, Ja. Nepotis, de Rippa, H. Fabri, Fusserii, Vuarambert, B. Genodi, B. Hugue, d. de Civin, G. Curti, C. Chicandi, Velluti, Amyaulx, A. Millanoys, Jo. Bernardi, La Tire, Grassi, Fifel, Bueti, (Jo. du Soex,) Monachi, Jo. Malliard, P. Veteris, P. Panissodi, Pecolat, N. Gentilis, Arloz, Jo. Sept, Hostellerii, Jo. Pocterii, Crisinaz, Donzelli, Girardini, Plonjon, G. Prepositi, Pichon.

Ex suprascriptis, viginti quatuor fuere soluti per civitatis thesaurarium.

Facto sermone de hiis que gesta fuere in negocio de Pecolat, et de diligencia facta in prosequucione negocii, et quia nunc in castro Insule detinetur[1], fuit conclusum quod petant remicti, cum aliis detentis pro crimine, et in casum recusacionis, testimoniales etc.

[1] Après les six interrogatoires de Pécolat à Thiez (3-6 août), son procès demeura suspendu pendant plus de trois mois, et le prévenu fut transféré à Peney, puis à Genève, au château de l'Ile. Les 20-21 novembre et 9 décembre, les avocats fiscaux entendirent deux témoins. *(Procès,* fol. 20-24 ; J.-A. Galiffe, *op. cit.*, p. 61-71. — Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 78-79, 82-83.)

De d. vicedompno petente remicti bona delinquencium per eosdem captorum tempore nocturno, fuit conclusum id fieri non debere, cum sit contra franchesias et bonos usus et consuetudinem ab evo observatam, et id negocium, si in dies oriatur questio, ordinario consilio remictitur decidendum.

(191) Loquantur n. sindici illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo de minis per eundem factis n. sindicis et consulibus, quoniam volunt esse, ut semper fuerunt, veri obedientes et subdicti eidem domino episcopo, nec pretendunt quicquam fecisse in facto Pecolat, nisi crebras instancias erga eundem, ut justicie esset locus, et, de eodem constito ipsum esse facinorosum, justicia ministretur. Et secundum responsionem fiendam, videatur si sit expediens ea omnia notifficare illu. d. nostro Sabaudie duci, et ambaxiatores seu legatos ad eundem destinare.

Relictis n. sindicis suis cum consiliariis, post conclusiones factas, in aula consilii, denuo, an d. vicedompno bona delinquencium per eosdem captorum veniant remictenda et relaxanda, factus extitit sermo. Et conclusio facta, majorem insequendo oppinionem, bona de quibus supra non esse remictenda dicto domino vicedompno.

Cum suprascriptis interfuerunt ex civibus et burgensibus civitatis centum vel circa.

Die Martis prima decembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, Fusserii, Bueti, Jo. du Soex, Roget, Prepositi, Pichon, Nanto, B. Genodi, C. Chicandi, Cartellier ; s. d. Chivallerii.

Remictantur bona mobilia vicedompno, sub tamen debita inventarii descriptione, et promictat restituere cognito.

(Burgensis.) — Honorabilis vir Nycolaus filius quondam Moneti Placeti, de Nyviduno, drapperius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis efficitur pro tribus scutis cugni regis ad solem.

Die suprascripta prima decembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis, hora prima post meridiem ; — P. Orsieres, P. Taconis, Bueti,

Fusseri, Jo. du Soex, Roget, Pichon, B. Genodi, F. de Lumpnes, C. [*lisez :* B.] Hugue.

Inherendo conclusioni jam facte de bonis de quibus conqueritur d. vicedompnus, fuit conclusum ea bona remicti debere, cum protestacione quod non trahatur in consequenciam et citra prejudicium franchesiarum etc., et promictat restituere cognito etc.; et ex nunc revocat assignacionem factam contra eosdem n. sindicos occasione dictorum bonorum etc., quoniam, vigore illius, non remictuntur bona eidem vicedompno.

Die Veneris quarta decembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — Jo. Mara, C. Chicandi, Bueti, Jo. Taconis, Prepositi, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, B. Genodi, P. Taconis, Leamon, Cartellier, Pichon, Nanto, Vuarambert, Besanczon.

(192) Detenti in castro Insule examinentur hora meridiana per n. sindicos suis cum consulibus.

Evocetur consilium pro rebus dicendis illu. d. Sabaudie duci in ejus primo adventu, parte civitatis.

Dei Dominica vj^a decembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Pecolat[1] ; — Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Millanoys, P. Versonnex, P. Tacon, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, G. Curti, de Ulmo, Jo. Mara, N. Gentilis, Jo. Balli, Jo. Fabri.

De dono fiendo illu. Sabaudie duci in ejus primo adventu, fuit conclusum quod dentur eidem vj quarteroni ypocratis et vj malvatici.

Faciant domini sindici sermonem dicto illu. duci de agibilibus, de querela sibi facta ad causam lictere missive, et de aliis excessibus perpetratis infra civitatem.

Die Lune septima decembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Pecolat[1] ; — P. Orsieres, Jo. Mara, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Millanoys, Leamon, Prepositi, Pichon, Vuarambert, Chambet, Malbuyson, Jo. Malliard, L. de Pane, Jo. Fabri, S. borserius, Plonjon, (Vuarambert).

[1] Lisez *Porralis*, plutôt que Nergaz, qui, du 16 octobre au 10 décembre, n'assista pas aux séances du conseil.

Auditis querimoniis factis illu. d. Sabaudie duci per dominum episcopum contra n. sindicos et communitatem, fuit conclusum quod fiat responsio ut sequitur : Primo, quoad vyolencias eidem, ut asserit, factas, respondeant quod semper fuerunt et sunt boni fideles, nec eidem injurias fecisse ; sed humiliter supplicasse, tam in oppidis Jussiaci, Sancti Jorii et Thononii, equidem in civitate, ut justiciam ministrare dignetur et informaciones contra Pecolat communicare ; et cognicionem casus de quo intitulatur Pecolat ad eosdem spectare et pertinere, suarum franchesiarum vigore.

De licteris scriptis, ut fertur, Philiberto Bertellerii, dicant nusquam scripsisse nec ab eodem recepisse.

Et quia dictus illu. Sabaudie dux [dixit] nonnulla verba injuriosa in personam sui officiarii [prolata fuisse], dicant velle eidem et suis officiariis servitutis obsequia prestare, nec opprobria dixisse.

Quoad injurias illatas in personam consindici Levrerii per dominum episcopum, fuit conclusum quod loquatur eidem.

(193) *Die Martis viij^a decembris.* — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, Mara, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, P. Versonnex, Roget, Nanto, B. Genodi, Leamon, Pichon, Prepositi.

Restituantur bona mobilia matri illius filie que homicidium commisit in personam, proph dolor, sui partus et, justicia suadente, ultimo tradite supplicio.

De facto n. Johannis Ludovyci, loquantur n. sindici episcopali consilio.

Eodem die viij^a decembris. — Sindici : Levrerii, Richardet ; — Fernex, P. Orsieres, F. Pollier, Jo. Mara, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, G. Curti, Paquet, P. Versonnex, s. d. Checheret[1], H. Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Millanoys, N. Gentilis, H. Pollier, Ja. Bel, de Rippa, D. Vuarambert, Megex, Grassi, Chambet, Plonjon, Jo. Bernardi, Ja. Cardinal, Cadodi, Magistri, G. Excertonis, F. de Lompnes.

In quorum supra presencia et plurium aliorum civium et burgensium

[1] *Lisez :* Blecheret.

civitatis, fuit expositum quemadmodum illu. d. Sabaudie dux dixit n. sindicis ut suas franchesias r. d. Thaurini exhiberent, quoniam r. dominus episcopus asserit factum de Pecolat ad se pertinere et non ad eosdem. Et hiis dictis, fuit conclusum cappitula franchesie esse extrahenda et d. Thaurini exhibenda, ut constet de hujusmodi negocio cognicionem habere, vigore suarum franchesiarum et bonorum usuum ab evo observatorum; et quod franchesie serventur illese, pro quarum manutencione bona et res proprias exponere non negabunt.

Die Mercuri ix^a decembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis; — P. Versonnex, P. Fernex, Mara, Chicandi, Vuarambert, Besanzon, P. Taconis, Cartellier, Prepositi, Pichon, B. Genodi, Fusserii.

Per n. sindicos Richardet et Porralis fiat querimonia illu. et r. d. episcopo de injuriis illatis in personam Levrerii per eundem, illu. d. Sabaudie duce presente suo cum consilio.

Et inde accedant ad consilium ducale, votis principis Sabaudie satisfaciendo, et supplicent ut franchesie civitatis inviolabiliter observentur, cum bonis usibus et laudabilibus consuetudinibus, quorum pretextu habent potestatem cognoscendi de omnibus casibus criminalibus, equidem de crimine leze magestatis etc.

(194) *Die Mercuri,* hora septima de nocte. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Versonnex, P. Fernex, P. Taconis, Bueti, Jo. du Soex, Mara, Leamon, Cartellier, Prepositi, Nanto, de Crosa, Vuarambert, Millanoys, Ja. Nepotis, Vandelli, Chambet, S. borserius, Ny. Gentilis, Plonjon, Ja. Frojon, P. Orsieres, Malliet, Donzel, Besanzon, Jo. Bernardi, G. Curti, Bovyer, G. Philippi, Ruphi, Megex, Fornerat.

De facto Pecolat et electione fieri petita per dominum sermone facto, fuit conclusum quod n. sindici supplicent ipsi domino ut nostris immunitatibus, franchesiis et libertatibus ac bonis usibus uti et frui permictat, prout ab evo usi fuimus sine quacunque controvercia; et assistant tres aut quatuor per eundem eligendi in examinacione et formacione processus contra Pecolat, ad audiendum et intelligendum si ipsi sindici cum per eosdem deputatis in hujusmodi negocio recto procedant tramicte, dolo et parcialitatibus rejectis.

Reveren. domino Thaurinensi episcopo conclusio suprascripta notifficetur per n. sindicos associatos nonnullis consiliariis; quod actum est.

Die Jovis x^a decembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis; — d. de Brandix, Pichon, P. Fernex, C. Chicandi, Plonjon, Nanto, Roget, Cartellier, Fusserii, Vandelli, d[e] P[ileo] Rubeo, Ja. Frojon, Jo. Balli, Chambet, G. Philippi, Magistri, Ballard, S. borserius, P. de Rippa, Lullini, (Cartellier,) Grassi, L. Bec, Chabodi, Jo. Fabri, D. Dadaz, Ruphi, Bueti, Jo. Mara, H. Pollier, P. Besanczon, M. de Pane, Fornerat, Jo. du Soex, F. de Lompnes, s. d. Blecheret, P. Versonnex, Ja. Nepotis, A. Millanoys, Jo. Sept, P. Taconis, Jo. Bernardi, Megerandi, Coquet, Leamon, Lestelley, N. Gentilis, Besanczon.

Quia r. d. Thaurini asseruit crimen lese magestatis perpetratum per Pecolat non esse de casibus in franchesiis comprehensis, nec eidem suffragari possunt franchesie, cujus cognicio ad principem spectare de jure cognoscitur et non ad sindicos, franchesiis et bonis usibus per eosdem allegatis non obstantibus, fuit conclusum quod in examinacione fienda in personam de Pecolat et omnibus actibus justiciam concernentibus presentes sint et assistant quos dominus duxerit eligendos, et sua emictant vota simpliciter, si velint, sine judicando et diffiniendo. Sed n. sindici, causarum criminalium judices, procedant suo more solito, cum sex consiliariis per eosdem deputandis[1].

[1] A la suite de cette décision, le procès de Pécolat recommença le même jour, cette fois devant les syndics, assistés de deux avocats fiscaux et de quatre gentilshommes, que le duc et l'évêque avaient désignés, et de six membres du conseil de Genève. Pécolat fut interrogé le 10 décembre, et quatorze témoins déposèrent les 11, 12 et 14 décembre. Un nouvel interrogatoire du prévenu eut lieu le 7 janvier 1518. (*Procès,* fol. 25-38; — J.-A. Galiffe, *op. cit.*, p. 71-89. — Cf. Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 83-86.)

VOL. XIX [1].

(1) JHESUS MARIA

Die Veneris xj^a decembris. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — Roget, Bueti, Pichon, Nanto, Cartellier, B. Genodi, P. Taconis, Fusserii, Leamon.

Quia neccesse fuit ut n. sindici, relictis omnibus, examinent Pecolat in castro Insule detentum, nichil fuit conclusum neque deliberatum.

Die Martis xv^a decembris. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, P. Taconis, Jo. Mara, C. Chicandi, B. Genodi, P. Versonnex, Bueti, Fusserii, Roget, Cartellier, (P. Versonnex,) Prepositi, Leamon, Nanto, Vuarambert, Pichon ; Ducis.

De causa Rossetorum sermone facto, fuit conclusum quod dentur eisdem floreni quindecim parvi ponderis, et causam ipsam viriliter solicitare habeant, quoniam, si sint desides et solicitacionum deffectu, contra eosdem feratur sentencia, cogentur pecunias per civitatis thesaurarium exbursatas communitati restituere, equitate suadente ; et ipsis hujusmodi notifficetur conclusio [2].

[1] Au recto du feuillet de garde, Louis Montyon a écrit : In omni negocio divinum invocandum est auxilium.

[2] « Item libravit die xv decembris 1517 Rossetorum *(sic)*, pro solvendo eopias examinis eorum cause, de dicto precepto, ff. xvj. » (*Livres du trésorier*, n° 3, fol. 131 v°.) — Ce ms., qui sera désigné par l'abréviation Tr. 3 et dont nous n'avons eu connaissance que tardivement, est un brouillon détaillé, offrant l'énumération de paiements faits de 1505 à janvier 1520 par le trésorier, soit receveur général [cf. plus loin la note 2 au 6 août 1518]. Nous en donnons ici quelques extraits pour la seconde quinzaine de décembre 1517 :

« Item libravit dicta die [xv decembris 1517] domino Jacobo Morelli, procuratori cori Sancti Petri Gebenn., pro processione facta in Quartis Temporibus, post festum sancte Lucie, ut assuetum est, ff. ij, ss. vj. » (Fol. 131 v°.)

Uxori Grasset [1], Dei amore, borgesie residuum detur.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Humberti Tilliet, de Bonavilla, affanator, parrochie Domine Nostre Nove, burgensis pro viij ff.

Fiat mandatum Guyocto Rolandi de somma in rotulo etc.

Equidem Michaeli Lyonardi, vigilli, de sex florenis, ut moris est, quia janytor consilii, super uno burgensi percipiendis.

Negocium olim carronerii ad Veneris remictitur discussiendum, et interim videantur conclusiones.

De blado venali fuit conclusum quod n. sindici alloquantur illu. d. Sabaudie ducem [2], ne permictat dominia sua et patriam exire, pro subdictorum suorum et tocius patrie utilitate et comodo.

« Item libravit dicta die, pro j[e] fassinarum, ij ff. i gr., et x libris candelarum, xv gr., datarum incluso portu predicatori conventus Pallacii, de dicto precepto, ff. iij., ss. iiij. (Fol. 132.) — (Lorsque la formule « de dicto precepto [dominorum sindicorum] » existe, nous la remplacerons désormais par des points suspensifs.)

« Item libravit dicta die, pro uno libro pro registrando negocia consilii ville, fl. j. »

« Item libravit die xviij decembris 1517, pro collacione dominorum sindicorum, vicedompni et consilio *(sic)*, nocte qua fuit tentum consilium pro armigeris qui erant in episcopatu, et qui domini sindici fuerunt in Corrateria, pro equo capto in domo Perrini per n. Alibertum de Petra, inclusis candelis combustis in dicto consilio, fl. j, ss. ij, den. iij. »

« Item libravit dicta die cuidam Milletii qui custodivit puerum repertum in latrinis heredum P. Byollesii in ecclesia Domine Nostre de Graciis,... ss. iij. » (Fol. 132 v°.)

« Item libravit die xxij decembris 1517 Johanni Vulliodi, pro quadam face combusta per dominos sindicos nocte qua fuerunt capti prisonerii,... ss. vj. »

« Item libravit dicta die Mychaeli [Lyonardi], pro prandio quatuor vigilum, die qua fuerunt examinati dicti prisonerii, et quando domini sindici. pransi fuerunt cum vicedompno in Sancto Gervasio, ss. iiij. »

« Item libravit dicta die Georgio Jornalis, pro pictura armorum posite *(sic)* in cruce Sancti Johannis,... ss. vj. »

[1] « Item libravit dicta die relicte Johannis Grosset de sua borgensia, amore Dei,... ss. xj. » (Tr. 3, fol. 132.) — La bourgeoisie de Jean Grasset remontait au 22 avril 1511 (ci-dessus, t. VII, p. 198).

[2] Sur la demande du duc, l'évêque, par lettres patentes du 12 décembre 1517 (P. H., n° 906, original scellé, accompagné d'un vidimus de 1583), lui avait acccordé, — pour cette fois seulement et sans porter atteinte à la juridiction de l'Église de Genève, — l'autorisation de faire dans la ville, par son héraut et au besoin en présence du vidomne (assistente sibi vicedompno nostro, si opus sit), des proclamations « pro conservatione et augmentatione auctoritatis sue. »

(2) *Veneris xviij[a] decembris.* — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, B. Genodi, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, (Jo. Bueti).

Visis conclusionibus de carronerio factis, fuit conclusum quod mille carroni, in et super firma sue admodiacionis ascendentis ad sommam duorum millium carron[or]um et quinque centum, dentur et [de] dicta somma detrahantur per civitatis thesaurarium.

De olim crida vocato Rubey, de et super firma sue admodiacionis, actentis per eundem propositis, dentur decem floreni parvi ponderis.

Spectabiles utriusque juris doctores domini Millieti et Chivallerii videant processum de Pecolat, et scribant id quod de jure censetur esse fiendum.

Fiat mandatum vigillibus, pro stipendiis termini Nativitatis Domini proxime futuri, ut moris est.

Die Martis xxij[a] decembris. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, P. Taconis, Jo. Mara, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Jo. du Soex, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, B. Genodi.

Oppinio spectabilis utriusque juris doctoris domini Chivallerii redigatur in scriptis, nisi velit obtemperare oppinioni s. d. Millieti, et si illi contrarietur, aliis jurisperitis negocium de Pecolat detur consulendum, quo veritas habeatur et justicia ministretur.

Olim firmariis gabelle vini fiat satisfacio de vino per magistrum Petrum, abbatem, Fratribus Minoribus Rippe vendito.

Antérieurement déjà, les évêques de Genève avaient souvent accordé des « concessions de territoire » aux ducs de Savoie et à leur conseil, pour continuer pendant la durée de leur séjour à Genève, l'exercice de la justice, ou pour la publication de statuts, etc., notamment les 25 octobre 1430, 12 janvier 1469, 12 octobre 1485, 10 mars 1498, 15 janvier 1504 (P. H., n°s 479, 676, 743, 803, 826). Le duc Louis, en 1440 et 1452 (P. H., n°s 532, 602), Charles III en 1508 (P. H., n° 852), et en 1440 Philippe de Savoie, comte de Genevois (P. H., n° 534), formulèrent aussi des demandes semblables. Celle du duc Louis (1440) a été traduite par J.-A. Galiffe, *Matériaux*, t. I, p. 175-176.

Plusieurs de ces pièces furent transportées à Payerne en 1530 (M. D. G., t. IV, p. 125-126) et restèrent à Fribourg jusqu'en 1564 (P. H., n° 1045, pièce 3, fol. 8 v°).

Illu. et metuen. d. comiti Gebennesii in ejus primo adventu sex carteroni ypocratis et sex malvatici, cum sex olobostris dragie diversarum specierum, dentur parte civitatis.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Glaudii Bonisanguinis, dyocesis Graci[a]nopolitanensis, expinguerius, parrochie Sancte Crucis, burgensis pro viij ff.

(3) *Die Veneris xxiiija* [*xxva*] *decembris.* — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, P. Versonnex, Jo. Mara, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Cartellier, Burdignyn, Nanto, Pichon, Prepositi. B. Genodi, de Ulmo, P. Fernex, Bueti.

De facto de Pecolat, in gravi infirmitate detento, fuit conclusum quod visitetur per magistrum Petrum Paule, presentibus duobus sindicis Nergaz et Richardet, et supersedeatur in prosequucione negocii.

Die Martis xxixa decembris. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet et Porralis ; — P. Orsieres, Jo. Mara, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Jo. du Soex, P. Tacon, P. Versonnex; d. Blecheret.

(Burgensis, gratis.) — S. d. Johannes Ludovycus Blecheret [1], de Lausanna, efficitur burgensis gratis.

Quia fertur illu. d. Sabaudie ducem de proximo venturum, supersedeatur in negocio de Pecolat, et prestoletur adventus.

Nobilis vir Franciscus filius quondam Bessis de Magaloctis [2], de Florencia, burgensis pro quatuor scutis cugni regis ad solem.

Die Jovis, loco Veneris, ultima decembris. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Porralis, Richardet ; — P. Orsieres, P. Tacon, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, P. Versonnex, Tallichet [3], Jo. du Soex, Roget, Nanto, (Leamon,) Vuarambert, B. Genodi.

De adventu proximo illu. d. Sabaudie ducis [4] et illu. domini comitis

[1] Le ms. 122 ajoute : utriusque juris doctor.

[2] Beczis de Magne Noctis *(ms. 122)* ; — Bezis de Magnelocte *(ms. 128)*.

[3] Surnom du conseiller et ancien syndic François de Leamon. (Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 24, 41, 68, 73, etc.)

[4] « Item libravit die prima januarii 1518 heuserio illustrissimi domini ducis unum scutum solis et porterio x gr., pro eorum strena, ... ff. iiij, ss. v. »

Gebennesii, concluditur quod nobiles sindici exponere debeant que in facto de Pecolat hucusque fuere gesta dicto illu. d. duci, et fiat donum d. comiti ut ordinatum est.

De excessibus per cappitaneum justicie perpetratis in civitate, loquantur n. sindici illu. et r. d. Gebenn. episcopo, ut dignetur providere.

(Burgensis.) — Johannes filius Aymonis de Leydevant, de Arares, carpentaror, parrochie S. Gervasii, burgensis efficitur pro viij ff. [1]

(4) ANNI MUTACIO IN ANNUM QUINGENTESIMUM DECIMUM OCTAVUM.

Die Martis quinta januarii. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Porralis, Richardet ; — P. Versonnex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex,

« Item libravit dicta die heuserio illustrissimi domini episcopi et porterio, pro eorum strena... ff. j, ss. vj. »

« Item libravit || n. Petro de Fernex || pro duobus carlactis malvesie, datis tam illustrissimo domino duce *(sic)*, domino episcopo Gebenn. et ceteris dominis, xviij scutos solis, vallentes lxiiij ff. vi gr., et pro quatuor quarteronos *(sic)* malvesie || datos illustrissimo domino duce *(sic)* quando ipse reversus est de Berna || iiij ff. viij gr., videlicet ff. lxix, ss. ij. » (Tr. 3, fol. 133.)

[1] Les procédures de 1517-1518 mentionnent souvent trois incidents, survenus dans le second trimestre de 1517 et auxquels le R. C. n'a pas fait allusion :

1. L'évêque fait grâce à un larron, François Tissot, de Veyrins, que le châtelain de Gaillard emmenait pour le pendre et que Lévrier, juge des excès, délivre. (Voy. la sentence de Payerne, 1530, P. H., n° 1055, fol. 19 v° de la traduction française, et Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 51-57.) Aussitôt le duc charge Janus de Duyn, seigneur de la Val-d'Isère, Janus de Crans et Pierre Lambert d'aller se plaindre à Jean de Savoie, qui, plus tard, dut reconnaître son erreur par lettres datées de Thonon, 24 mai 1517. Un rassemblement de citoyens armés s'étant formé autour de la maison du vidomne où logeaient les trois envoyés ducaux, ceux-ci, effrayés, se hâtent de quitter Genève. Philibert Berthelier dit qu'à cette occasion il fut nommé, par les syndics et le conseil, chef temporaire des guets de la cité. Voy. J.-A. Galiffe, *Matériaux,* t. II, p. 104, 111, 119-120.

2. Berthelier attaque, l'épée à la main, un officier de l'évêque, François de Leaval, châtelain de Peney, qu'il accusait d'avoir essayé de le tuer. Voy. J.-A. Galiffe, *op. cit.,* t. II, p. 60-61, et aussi p. 35-36, 38, 44, 73-74 (procès de Pécolat), p. 112-113, 121 (procès de Berthelier), 172, 186, 194 (procès de Navis et Blanchet).

3. Le 26 juin, rixe au cours de laquelle Louis Moine est blessé et où l'on enfonce la porte de la maison du Sceau, appartenant à l'évêque. Voy. *ibid.*, mêmes procès, p. 36, 45-46, 52-56 ; 105, 115, 123-124, 131 ; 194.

Roget, Leamon, Cartellier, Prepositi, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Orsieres.

(Burgensis.) — Andreas filius quondam Claffredi [1] de Solleriis, de Savilliani, clericus, parrochie Sancti Germani, burgensis effectus pro viij ff.

Fiat mandatum Moneto Bessonet de somma in rotulo etc.

De facto de Pecolat, concluditur doctorum oppiniones esse audiendas, et auditis, nobiles sindici consilio ordinario veniant refferendi, quo omnia recto procedant tramicte.

Die Veneris viij[a] januarii. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, P. Versonnex, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Leamon, Pichon, Vuarambert, B. Genodi, P. Tacon, Roget, Prepositi, Bueti, Cartellier, Nanto.

Sine submissione videantur per quatuor [2] doctores processum de Pecolat, cum dubiis exhibendis per nobiles sindicos, qui quatuor primo jurare tenea[n]tur, super sacro canone et sub suarum animarum dampnacionis periculo, bene et legaliter consulere ; et eorum oppinionibus stetur, ipsis quatuor concordantibus.

Provideatur de advocatis et procuratoribus [3] Pecolat, in castro Insule detento [4], quia ad suas deffenciones fuit admissus.

[1] *Lisez :* Chaffredi (mss. 122 et 128).

[2] *Lisez :* videant quatuor.

[3] « Spectabilis dominus Anthonius Sucheti » fut désigné comme avocat, et « providus Nycodus Ruffi » comme procureur. (*Procès*, fol. 38. — J.-A. Galiffe, *op. cit.*, p. 89.) — La copie ancienne du procès de Pécolat, conservée aux Archives de Genève, contient encore (fol. 39-47 ; J.-A. Galiffe, p. 89-92) la transcription des pièces de procédure (25 février-2 septembre 1518) relatives à l'appel interjeté à Vienne (cf. Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 88-93). — On a joint au dossier cinq documents originaux, recouvrés en 1881 et 1915, soit trois avis de droit, dont l'un est signé par Grossi, et des quittances datées de 1519.

En décembre 1517, janvier et février 1518, le procès de Pécolat occasionna diverses dépenses inscrites au ms. Tr. 3, fol. 132 v°-135 :

« Item libravit dicta die [xviij decembris 1517] domino Millieti, pro visitacione et alegacionibus factis super processu Johannis Peccollati, ... duos scutos [valentes] ff. vij, ss. ij. »

« Item libravit dicta die per manus domini sindici Richardet domino advocato Passie, pro facto de Peccollat, ff. vij, ss. ij. » — [Il s'agit de l'avocat fiscal Geoffroy Passier, l'un des commissaires chargés d'assister les syndics dans le procès de Pécolat, 10 déc. 1517. Cf. Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 84 ; *Procès*, fol. 24, 25 ; J.-A. Galiffe, p. 70, 71 ; et ci-dessus, p. 197, note.]

(5) *Sabbacti, nona januarii,* in Domo communi. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Versonnex, Leamon, Pichon, de Ulmo, Nanto, Jo. Sept, L. Curtet, Le Picard, Villiet, P. Fernex, Bovyer, Vuarambert, C. Roge, G. de Rippa, P. Orsieres, Vandelli, H. Pollier, P. Taconis, C. Chicandi, P. Fernex, Ly. Boytet, N. du Villard, D. Dadaz, M. Lucian, Jo. Bernard, Jo. Loys Ramel, Ja. Bel, F. Fornerat, H. Boulard, Jo. Fabri, Malbuyson, Peyrolier, P. Montyon, Bueti, Jo. du Soex, G. Danel, Jo. Frojon, Cartellier, Magistri, (P. Fernex,) G. Acqueneaz, Megex.

« Item libravit die xxx decembris 1517, per manus Mychaelis, pro bibitu dominorum sindicorum et plurium consulum de consilio tento pro homine capto in hac civitate per capitaneum justicie, incluso pane comesto per dominos cum ypicrati in Domo ville pro negocia *(sic)* de Pecollat, ss. iij, [den.] ix. »

« Item libravit die viij januarii 1518, pro prandio dominorum sindicorum et eorum societate *(sic)* et domini de Granges, quando fuerant convocati pro facto de Peccollat, ff. ij, ss. x. »

« Item libravit dicta die Luquino de Pane, pro septem carteronis malvesie datis principibus, inclusa malvesia portata in Insula pro dominis doctoribus et aliis, videlicet ff. viij, ss. ij. »

« Item libravit dicta die [xj januarii 1518], per manus Mychaelis, pro gustu dominorum sindicorum et eorum societatis, die qua fuit tentum consilium de nocte pro facto Peccollat, et die Lune post, que est in duabus vicibus, inclusa una libra candelarum, ss. ix, den. iij. »

« Item libravit dicta die quatuor semaneriis qui pecierunt magnum consilium pro facto de Peccollat... ss. iiij. »

« [Item libravit...] domino Johanne *(sic)* Ludovico [Jean Loys, de Lausanne, habitant à Genève. Cf. Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 85] et domino Blecheret, pro penis per eos sumptis in causa Peccollat, duos scutos solis, vallentes ff. vij, ss. ij. »

« Item libravit die xviij januarii 1518, per manus Mychaelis Lyonardi, pro gustu dominorum sindicorum et eorum societate, in tribus vicibus, vacando pro negocio de Peccollat, et qui plures erant, ff. j, ss. iij, den. vj. »

« Item libravit dicta die [xxij januarii 1518], per manus Mychaelis Lyonardi, pro bibitu dominorum sindicorum et eorum societate, in duabus vicibus, vacando in negocia de Peccollat, ff. j, den. ix. »

« Item libravit dicta die Nycollao de Nanto, qui fuit per villam cum vigillibus, petento *(sic)* magnum consilium tentum pro facto de Peccollat...s. j. »

« Item libravit dicta die [februari 1518] domino Amedeo Levrerii, pro visitacione et alegacionibus factis in causa de Peccollat, ... ff. iij, ss. vij. »

« Item libravit dicta die Amedeo [*lisez :* Martino] Porralis qui scripsit in causa de Peccollat subtus dominum Johannem Loys et subtus dominum Amedeum Levrerii, ff. j. »

[4] *Lisez :* detentus.

Placuit, ut exposuerunt n. sindici in quorum supra presencia, illu. domino Sabaudie duci excogitasse media quibus mediantibus negocium de Pecolat suum ocius sorciatur finem. Primo quod eligantur quatuor doctores, duo parte domini episcopi et alii duo parte ipsorum, et hii quatuor in domo dicti domini in conclavi stare debeant, processum dicti Pecolat cum dubiis exhibendis videre debeant, presente d. de Laude [1] et assistente. Et per eosdem omnibus visis, ipsis quatuor concordantibus seu tribus ex ipsis, majorem insequendo oppinionem, n. sindici stare debeant judicio et cognicioni ipsorum, et secundum eorum oppiniones pronunciare. Et si forte duo electi parte domini teneant unam oppinionem et alii duo aliam in oppositum, ille illu. d. Sabaudie dixit se fore contentum processum cum dubiis apud Chamberiacum destinare consulendum, negocii veritatem perscructaturum; et inde ipsis sindicis communicabit oppiniones, quibus inherentes justiciam facient, petendo responsum dari super hiis. Et hiis dictis, exoraverunt astantes sua ut velint emictere vota, ad fines respondendi dicto d. duci. Et vocibus auditis, fuit conclusum primo quod hujusmodi materia discussiatur in domo alterius doctorum, et non in domo domini, ut omnis suspicio tollatur de medio. Et videantur per eosdem quatuor processus et dubia, quo tunc intersit preses si velit, opponat, replicet et dicat contra dubia quicquid sibi placuerit, dictis n. sindicis presentibus dubia super processu demonstrandis. Et inde ipse preses et n. sindici se retrahere debeant, ipsis quatuor in conferencia relictis. Et si ipsi quatuor jurisperiti in unam et eandem sentenciam concurrant, dubiis prius solutis, dummodo primo et antequam ad decisionem hujus rei procedant, super sacro canone et sub suarum animarum dampnacionis periculo, jurent in manibus dicti domini episcopi, illu. d. Sabaudie presente, bene, legaliter et probe consulere, in puncto juris, franchesiarum equidem civitatis tenorem sectando, ipsi sindici erunt contenti judicio et cognicioni ipsorum stare, facere et pronunciare, ut preest, secundum eorum oppiniones; et id faciendi ibidem astantes n. sindicis imperciuntur licenciam. Et si contingat ipsos non esse concordes, non apud Chamberiacum, sed ad alium locum non suspectum,

[1] Gabriel de la Villane de Laudes, avocat fiscal, puis président patrimonial, chancelier de Savoie 1521-1528. (Galli, *Cariche del Piemonte e paesi uniti*, 1798, t, I, p. 44-46, 346.)

loco et tempore nominandum, negocium consulatur per alios jurisperitos, legum nodos et difficultates solvere scientes. Et hujusmodi conclusio et deliberacio per n. sindicos dicto d. duci notifficetur.

Omnes supranominati juraverunt super sanctis Dei euvangeliis etc. secreta secrete tenere, nunc et tociens quociens erunt petiti etc.

(6) *Die Dominica x^a januarii,* in Domo communi [1]. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Versonnex, P. Montyon, P. Cornaz, Fusserii, Megex, Leta, Magistri, d[e] P[ileo] Rubeo, Cartellier, D. Dadaz, G. Curti, H. pictor, Jo. Loys Ramel, Loys Bec, F. Fornerat, P. Pollier, Ja. Bel, Bueti, Peyrolier, M. Lucian, Roget, de Ulmo, Frojon, Vandelli, P. Fernex, P. Fernex junior, P. Orsieres, Jo. du Soex, (G. Curti,) Ny. Gentilis, Jo. Fabri, L. de Pane, Loys Curtet, Le Picard, Bovyer, G. Danel, G. Genodi, Villiet, Malbuysson, Nanto, C. Chicandi, Jo. Bernardi, Leamon, Pichon, Poterel, de Rippa, Jo. Sept, (H. pictor,) H. Pollier.

Retulerunt n. sindici exposuisse illu. d. Sabaudie duci conclusionem herina die factam, et exposicione facta, dictus illu. Sabaudie dux dixit se fore contentum quod negocii materia de Pecolat in domo r. d. Maurianensis episcopi, per doctores quatuor, videlicet Milliet, Chivallier, Jo. Loys et Blecheret, discussiatur et disputetur, et conferencia habeatur pro veritate habenda, absente domino presidente, et jurare debeant prout conclusum fuit. Et si contingat inter eosdem dubia oriri, illa dicant dicto d. de Laude, qui super libris suam habeat demonstrare oppinionem, et quem seu quos noverit esse extra veritatis limites ad rectum judicium et callem racionis et veritatis reducere nictatur. Et inde oppinione habita, si sint concordes ipsi quatuor, omnibus discussis suis oppinionibus in scriptis redactis, et dubiis exhibendis per n. sindicos et demonstrandis penitus evacuatis et solutis, debeant n. sindici secundum eorum oppiniones procedere, facere et pronunciare,

[1] « Item libravit die x januarii 1518, pro duabus missis celebratis in Domo ville, ss. iij. »

« Item libravit dicta die presbitero qui dedit lapidem sacratam pro altare Domus ville, ff. j. »

« Item libravit die xj januarii 1518, pro una magna missa dicta in Sancta Clara,... ss. vj. » (Tr. 3, fol. 133 v°.)

prout in precedente conclusione continetur, ad quam, si opus est, relacio habeatur.

Die Lune xj^a januarii. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, P. Versonnex, P. Fernex, P. Montyon, P. Taconis, Bueti, C. Chicandi, Peyrolerii, Fusserii, Jo. du Soex, D. Dadaz, Jo. Fabri, P. Cornaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Nanto, Vuarambert, Acqueneaz, Ny. Gentilis, de Ulmo, Ja. Frojon, Megex, N. du Villard, M. Lucian, Villiet, Loys Bec, Bovyer, G. Curti, Vandelli, Magistri, L. Curti, Jo. Bernardi, Loys Ramel, P. Pocterel, G. Danel, Ja. Bel, Malbuysson, La Tire.

Facto sermone de hiis que gesta fuere erga illu. d. Sabaudie ducem ad causam negocii de Pecolat, fuit conclusum regraciari debere de bono vèlle etc., et velle suum insequendo, accedere debeant ad dominum de Laude, franchesias demonstraturi. Et quia de ipsius principis mandato dominus Chappuysii, officialis, perlegit franchesiam, cujus vigore r. d. episcopus potest causam de Pecolat advocare et alteri, ut pretendit, decidendam commictere, fuit responsum per consindicum Nergaz causam advocare posse, ob illum textum franchesie, non tamen alteri commictere, quoniam judices sunt causarum criminalium, et cognicio et sentencia ad eosdem spectat, et non ad alium qualemcunque, ut lacius per easdem franchesias inthuendas poterit apparere, supplicando ut manutenere dignetur.

(7) *Martis xij^a januarii.* — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, P. Fernex, P. Taconis, C. Chicandi, Fusserii, Jo. du Soex, Roget, Leamon, Cartellier, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, P. Versonnex, Bueti.

Consulatur per jurisperitos an sit neccesse ut fieri debeat declaracio de in processu de Pecolat inculpatis et nominatis, pro comodo et honore parcium inculpatarum.

(Vigil.) — Jacobus Mauricii efficitur vigil, loco de Faguey ; qui solitum prestitit juramentum.

Die Veneris xv^a januarii. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Porralis, Richardet ; — Peyrolier, Fusserii, P. Orsieres, Cartellier, Nanto, Ny. Gentilis, Villiet, Jo. Fabri, Bueti, Magistri, Megex, Ly. Boytet, B. Genodi, || G. Curti, || Vandelli, Loys Curtet, Jo. Frojon, H. pictor, Bovyer, Jo. du Soex, Denys Dadaz, Pichon, P. Versonnex, C. Chicandi, Vuarambert, H. Pollier, Ny. de Villario, de Ulmo, Roget, Loys Ramel, H. Fabri, Leta, Ja. Bel, G. de Rippa, Loys Curti, P. Fernex, P. Cornaz, Jo. Bernard, P. Fernex junior, P. Poterel, Prepositi.

In presencia astancium extitit perlecta oppinio quatuor doctorum, in unam sentenciam declinancium et dicencium suo judicio posse et debere inquiri contra Pecolat cum aliquibus tormentis, arbitrio sindicorum, judicum causarum criminalium. Et super hiis deliberacione habita, conclusio facta fuit quod n. sindici cum consilio ordinario ad castrum Insule se transferre debeant, ad interrogandum et inquirendum contra Pecolat, presentibus ipsis doctoribus, aut saltem duobus aut tribus ex ipsis.

Ebdomadarii vigilles quatuor, cum huisserio seu portitore aule consilii, fuere soluti, aliorum more.

Die Martis xix^a januarii. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Porralis, Richardet, in castro Insule ; — s. d. de Costis, Chivallerii ; vicedompnus ; P. Versonnay, P. Tacon, P. Fernex, C. Chicandi, Loys Ramel, P. Cornaz, Prepositi, B. Genodi, Jo. Bueti, Cartellier, Fusserii, Nanto ; Troctier, Ducis, M. Lyonardi, Cartheron, gubernator Vercellensis [1], de Nemoribus.

Resolucio n. sindicorum et consiliariorum ibidem existencium de Pecolat facta fuit, quod assignetur ad torturam et, manibus in eadem ligatis, super sede existens, de delictis de quibus fuit intitulatus interrogetur et repetatur, ad habendum veritatem omnimodam.

(8) *Die Mercuri xx^a januarii.* — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis ; — P. Versonnex, P. Orsieres, P. Fernex, P. Taconis, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, A. Versonnex, Cartellier, G. Curti, Ny. Gentilis, de Ulmo, Grassi, Prepositi, Jo. Fabri, Jo. Ros, P. Veteris,

[1] Le gouverneur de Verceil était l'un des gentilshommes savoyards nommés pour assister au procès de Pécolat (10 décembre 1517 ; ci-dessus, p. 197, note). — *Procès,* fol. 25 ; J.-A. Galiffe, p. 71.

H. Fabri, A. Bonaz, Lestelley, Servelli, H. Pollier, M. Juglardi, Pichon, Jo. Loys Ramel, B. Genodi, Leta, Vandelli, Lullini, Mallieti, La Tire, Favrex, Jo. Bernard, Bovyer, hospes Ca[pitis] Nygri, de Py[le]o Rubeo, Chambet, Frojon, Loys Curtet, S. borserius, Ny. de Villario, Chabo, Poujalis, Plonjon, Ja. Regis, G. Danel, Loys Bec, de Monte, (H. Pollier,) Jo. Vallet, G. de Rippa, A. patisserius, H. pictor, Ja. Nepotis, Megerandi, Magistri, Megex, Jo. Sept, Ja. Bel, Hostellerii, A. Prodon, L. de Pane, (Frojon,) (G. Curti,) Nanto, Ny. Vallet, (Jo. Vallet,) Jo. Balli junior.

De facto Pecolat exposuere n. sindici voluntatem illu. d. nostri Sabaudie ducis et conclusionem herina die factam per dictos n. sindicos et consulares qui tunc adherant, presentibus s. d. de Costis, Chivallerii, d. vicedompno et gubernatore Vercellensi. Et oppinionibus per unumquemque auditis et emissis, conclusio facta fuit, inherendo conclusioni jam facte in castro Insule, que talis fuit : quod dictus Pecolat assignetur ad ginginnam seu torturam, et ipso supra sedem existente, alligetur manibus post terga rejectis, malefactorum more in gehenna, et tunc interrogetur et repetatur in et super delictis de quibus intitulatur, ut veritas ex ore eruatur, nullo tamen alio subsequente tormento, actentis infirmitate corporis, debilitacione et longeva detencione ipsius Pecolat.

Die Veneris xxij^a januarii. — Sindici : Levrerii, Nerguaz, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, Fusserii, Roget, Bueti, Pichon, Nanto, B. Genodi, Cartellier, H. Pollier, Prepositi, P. Versonnex, Jo. Mara, Varambert, Chicandi, (Fusserii).

De rebus mobilibus mutuo traditis Pecolat per ejus sororem, ipso in castro Insule detento, fuit conclusum quod n. sindici loquantur domino vicedompno, ut restitui faciat bona mobilia sorori sue.

Honorabilis Colinus Chicandi, suo proprio nomine, suos compellat debitores, ad causam gabelle vini, cujus extitit firmarius.

(Burgensis.) — Honestus vir Aymo filius quondam Glaudii Beatrisii, de Chanciez, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis effectus pro viij ff.

(9) *(Burgensis.)* — Petrus filius quondam Glaudii Beatrisii, de Chanciez, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Dominicus filius quondam Glaudii Dance[1], de Ruppe, condurerius, burgensis effectus pro viij ff.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Aymonis de Molliis, de Pernyn[2], excofferius, burgensis effectus pro viij ff.

Die Martis xxvj^a januarii. — Sindici : Levrerii, Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Prepositi, Pichon, Cartellier, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Roget, Jo. du Soex, P. Versonnex.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Johannis Colini, de Extaulx, affanator, parrochie Magdalenes, burgensis effectus pro viij ff.

(Burgensis.) — Glaudius filius quondam Humberti Montagnie[3], de Collovrex, sellerius, parrochie S. Gervasii, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Stephanus filius quondam Johannis Mallerii, de Tholis[4], mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

Die Mercuri xxvij^a januarii. — Sindici : Levrerii, Nercuri [Nergaz], Richardet, Porralis ; — P. Orsieres, P. Versonnex, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Pichon, Nanto, Mallieti, G. Genodi, H. Pollier, d. de Civini[5], Vuarambert, B. Genodi, A. Millanoys, Roget, G. Curti, Bovyer, A. patisserius, Vandelli, Dy. Dadaz, Amyaulx, Jo. Mara.

Facto sermone de Pecolat et per eundem inculpatis suo in processu, equidem de differencia et discordia inter illu. et r. d. episcopum et communitatem existentibus, quia illu. Sabaudie dux qui, pro hiis rebus

[1] Danciz (mss. 122 et 128).

[2] Pernyn (lettre de bourgeoisie, portef. VI) ; Perignyn, Perignin (mss. 122 et 128).

[3] Montagnyer (ms. 122).

[4] Taulis (ms. 122).

[5] « François de Lompnes, aultrement Jaillet, appelé M. de Civin » (Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 50), conseiller 1519 (28 août)-1522. *Lompnes* est le plus souvent écrit *Lunes*, selon sa prononciation, par exemple dans l'interrogatoire d'André Navis, 10 mai 1518 : « nobilis Franciscus de Lunes, dominus Civini. » (*Pr. cr. et Inf.*, n° 192, fol. 4 ; — J.-A. Galiffe, *Matériaux*, t. II, p. 170.)

Il ne faut pas confondre ce personnage, probablement mort en 1522, avec le « nobilis et potens dominus de Lunes, » qui était Amblard Bonivard, frère du prieur François. (*Reg. du chapitre*, vol. VIII, fol. 15 ; 1er janvier 1528. — *Minutes de H. Richardet, notaire*, vol. II, fol. 880-883 ; 31 janvier 1525.)

impresenciarum occurrentibus, ut[1] venire voluit, et n. sindicis dixit ut medium aliquod excogitare velint, quo in transquilitate res ipse in turbine impresenciarum versantes dirigantur, ad obviandum molestiis in dies forte suscitandis. Super quibus, post oppiniones per suprascriptos et plures alios declaratas, resolucio et conclusio facta fuit : Primo, immensas et immortales refferantur graciarum actiones etc. Et, quoad Pecolat et acculpatos, justicia ministretur, et unde tantum nephas traxerit originem perscructari dignetur. Id profecto medium justicie et equitati censetur esse consonum, aliud re vera comperire nescientes. De differencia de qua supra, communitas hujus civitatis semper fuit et est prona ad obediendum et preceptis principis nostri parendum, et si nonnulli particulares contra (10) eundem et ipsius auctoritatem rem pugnicione dignam fecerint, crebris vicibus, tam in oppido de Thie, Sancti Jorii, Thononii, et in civitate, instare erga eundem n. sindici et consulares desides non fuere, et suos ad dicta oppida destinaverunt ambassiatores, ut huc venire, indicia et informaciones communicare seu communicari facere vellet, contra eosdem justiciam et officiarios fortes facere se offerentes, uti veros subdictos decet. Et si forte constet contra illius auctoritatem quicquam fuisse actum, in universo aut tocius communitatis nomine, talem et tantam satisfacionem facere nitentur quod penitencie locus adherit. Et merito dictus illu. Sabaudie dux et princeps noster erunt contenti, ut arbitrantur. Et hujusmodi resolucio, votis illu. d. Sabaudie ducis satisfaciendo, ipsi aut uno ex consiliariis notifficetur, supplicando ut civitatem et inhabitantes cordi teneat affixam et recommissam habere dignetur.

Die Veneris xxix^a^ januarii. — Sindici : Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Orsieres, P. Versonnex, P. Fernex, Bueti, Fusserii, Jo. du Soex, Prepositi, Cartellier, Pichon, Nanto, B. Genodi, H. Pollier, Vuarambert, Roget, Leamon.

Loquantur n. sindici illu. d. nostro Sabaudie duci de Pecolat, quoniam transmutacio facta apud Pigney[2] censetur esse contra tenorem

[1] *Lisez :* huc.

[2] Pécolat était encore au château de l'Ile le 22 janvier. Selon Bonivard, (*Chroniques,* t. II, p. 86) on l'incarcéra ensuite dans la prison épiscopale, avant de le ramener à Peney.

franchesiarum civitatis, bonos usus et consuetudines, supplicent illese maneant, alias maturo cum consilio juridice procedent pro illarum manutencione.

Alloquantur n. sindici illu. d. Sabaudie ducem, ut velit confirmare licteras juridicionis ecclesiastice illu. d. Gebenn. episcopi et principis.

Domino presidenti de Laude tres ulne velluti dentur, quo in civitatis negociis et agibilibus commendatos suscipere velit, equidem pro serviciis jam per eundem communitati impensis.

Intrentur thesaurario contenta in rotulo coram suprascriptis perlecto.

Die Lune prima februarii, loco Martis. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis; — Roget, P. Orsieres, C. Chicandi, Bueti, Fusserii, Leamon, Cartellier, Pichon, Nanto, Vuarambert, B. Genodi, Jo. du Soex, P. Versonnex, G. Prepositi.

(Burgensis.) — Honestus vir Jacobus filius quondam Jacobi Sordet, nauta, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

Intrentur thesaurario contenta in rotulo signato per Pichon etc.

(11) Mandatur thesaurario quod solvat Mermeto de Ulmo videlicet quindecim florenos parvi ponderis, et hoc pro pena et laboribus sumptis in officio forrerie, spacio quinque mensium novissime lapsorum.

Loquantur n. sindici d. presidenti de Laude de licteris juridicionis ecclesiastice, et transmutacione de Pecolat; et ad obtinendum confirmacionem ipsarum licterarum, apud Chamberiacum quis doctus destinetur, expedicionem hujus rei solicitaturus.

Fiat mandatum[1] egregio Prepositi de somma decem florenorum, pro uno anno novissime lapso, ad causam procure officii etc.

Duo magistri Excertonis et Mandrillionis inter se differenciam habentes evocentur, originem discordie perscructaturi, et inde appunctuentur, si fieri possit[2].

De causa Rossetorum contra dominum Langini pendente ad jus,

[1] Vingt mandats sont énumérés dans le compte (du 7 février 1518 au 6 février 1519) de Louis de Lestelley, receveur général (*Comptes de la Communauté*, n° 19, fol. 23-24). Il y a 107 paiements, pour le même exercice, portés dans le vol. Tr. 3, fol. 135-142.

[2] « Item libravit die... februarii 1518, pro gustu dominorum sindicorum et eorum societate, concordando magistros scole, ss. vj, den. ix. » (Tr. 3, fol. 135.)

constante lictera missiva per procuratorem destinata, fuit conclusum quod illam habeant solicitare, conclusioni jam facte inherendo.

Evocentur plures numero ad Veneris, et exponantur que gesta fuere in negocio de Pecolat.

Die Veneris v^a februarii. — Sindici : Levrerii, Nergaz, Richardet, Pichon [*lisez :* Porralis]; — P. Versonnex, A. Versonnex, G. Roget, Bueti, Cartellier, Pichon, Vuarambert, B. Genodi, D. Dadaz, Jo. Mara, Jo. du Soex, P. Veteris, Donzelli, Cadodi, Bachodi, de Ulmo, Mallieti, Chabo, (Jo. du Soex,) Prepositi, Megerandi, Jo. Lullini, Grassy, Frojon, Jo. Sept, Magistri, Savoex, H. pictor, S. borserius, P. Taconis, G. de Rippa, de Py[leo] Rubeo, Villiet, Jo. Fabri, Jo. Balli, L. Curtet, L. Lesgorfa, Ny. de Villario, Chambet, A. Millanoys, H. de Rages, Jo. Bernardi, Fusserii, de Nanto, Grassi, A. patisserius, Le Rosset, Lullini, P. expinguerius, A. pellipparius, P. Orsieres, Leamon, de Poste, G. Danel, Jo. Taconis, H. Pollier, P. Poterel, Leta, Mègex, (Vuarambert,) Jo. Vallet, Ja. Nepotis, Bovyer, P. Mathie.

Fiat mandatum Anthonyo Millanoys et Jacobo Nepotis, visitatoribus piscium etc., de somma quinque florenorum, unicuique ipsorum triginta solidorum.

Unicuique sindicorum liceat et licitum sit quatuor eligere consiliarios, sibi fidos et virtutibus conspicuos.

(12) Omnes hii qui recusabunt venire ad consilia extraordinaria, per civitatis vigilles petiti, priventur borgesia, nisi justam habeant causam, quam exposituri veniant per se aut alium.

De juridicione ecclesiastica, fuit conclusum quod consilium ordinarium habeat providere, prout videbitur expediens et opportunum.

Appunctuentur magistri scole per n. sindicos seu consilium ordinarium, si fieri possit, ut conclusum extitit.

Quatuor ebdomadarii fuerunt soluti, cum portitore Domus consilii.

Die Dominica vij februarii, ad sonum campane, in claustro Sancti Petri, per subnominatos electio sindicorum facta fuit, ut in calce hujus consilii inthuendo poterit apparere. Et interfuerunt :

P. Levrerii, Nergaz, Richardet, Porralis; — P. Versonnex, C. Chicandi, G. Prepositi, Jo. Taconis, H. Pichon, Nanto, F. de Lompnes,

F. Testuti, P. Leta, Jo. Baudi, Jo. Malbuyson, A. Millanoys, A. Malliard, G. Cadodi, G. de Castronovo, A. de Malvenda, Ja. Vallentini, Jo. Lec, B. Peter, G. Chabodi, Jo. Serex, G. Levrerii, B. de Muro, P. Velluti, S. Byollesii, A. Denex, Loys Esgorfa, G. Covat, Ny. de Nemoribus, Gallien Garbel, Ja. Ripha, F. Troctier, P. Magistri, Ja. Bel, Ja. Frojon, G. Bovier, Jo. Lullini, A. Pictardi, G. Prepositi, P. Navis, Jo. Panissodi, G. Perrini, H. de Rages, Guyot Rolandi, Jo. Grassi, H. Fusserii, A. Versonnex, G. Savoex, Jo. Nycodi, Ny. Martini, Medici, Bachodi, G. Pensabini, Ja. Hugue, La Tire, Ny. Gentilis, B. de Monte, Jo. de Poste, Amyaulx, Jo. du Soex, Ja. Prodon, Domi[nicus] Salaz, G. Megerandi, Ja. Cardinalis, G. Cohendet, G. de Rippa, Jo. Sept, Jo. Hostellerii, S. Arnaudi, L. de Lestelley, Pilliczon, Ducis, P. Callioz.

Antequam ad electionem sindicorum fuerit processum, edicta sequencia, omnibus suprascriptis concordantibus, fuere pronunciata et inde conclusa, ut sequitur :

(Edicta consillii.) — Primum namque est quod sindici, nu[n]c et in tempore eligendi, post triennium anni sindicatus efficiantur sindici, si sors hoc duxerit concedendum, alias non.

(13) *(ij.)* — 2um. Cives et burgenses civitatis in consiliis, signanter extraordinariis, per civitatis vigilles in proprias personas petiti et vocati, venire et comparere teneantur, alias priventur borgesia, nisi subsit causa justa, puta infirmitatis, absencie, aut alia causa excusacione digna, quam mox veniant relaturi per se aut per alium, omni dolo et fraude cessantibus et post terga rejectis.

(iij.) — 3um. Quia nemo duobus dominis, saltem uno et eodem tempore, servire potest, sacra testante scriptura, utque civitatis agibilia in rebus gerendis rectius et honestius tractentur, et sine hesitacione discussiantur, irrefragabili edicto fuit conclusum quod hii omnes officia tenentes, ab aliquo stipendiati et suspecti, et qui alteri quam communitati fidelitatis juramenta prestiterunt, abinde non efficiantur sindici neque consulares.

4um. Unusquisque sindicorum habeat, nunc et in futurum, facultatem eligendi quatuor consulares fide dignos, virtutibus perspicuos et nomine claros, ipsis tamen quatuor concordantibus, ut racio et equitas suadent.

(v.) — 5um. Consiliarii consilii archana detegentes infamie labem incurrant, et consilio perpetuis temporibus priventur.

(vj.) — 6um. Conclusiones facte in consiliis observentur et exequucioni demandentur, nemine contradicente, signanter circa politicam civitatis, pro reipublice comodo et utilitate, pro qua nostri majores morti horrende tributum solvere non erubuerunt.

Nobiles P. Montyon, Johannes Ludovycus Ramelli, Glaudius Vandelli et Besanzon Hugue fuere sindici creati, cum potestate substituendi etc., promictentes bona fide etc., cum clausulis opportunis, ut moris est.

Die Martis nona februarii. — Sindici : Jo. Ludovycus Ramel, Vandelli, B. Hugue; — P. Levrerii, P. Orsieres, Jo. Mara, Plonjon, S. de Mara, Jo. du Soex, M. Nergaz, Cartellier, Pichon, H. Pollier, P. Versonay, B. Genodi, Dy. Dadaz, Chambet.

Videantur statuta edicta in favorem scolarium in scola degencium.

(14). Loquantur n. sindici venerabili consilio episcopali de licteris juridicionis ecclesiastice, transmutacione de Pecolat et d. Carolo Magni [1].

Die Veneris xija februarii. — Sindici : Jo. Loys Ramel, Vandelli, Besanczon Hugue ; — M. Porralis, P. Orsieres, Jo. Mara, Plonjon, S. de Mara, M. Nergaz, Richardet, Pichon, B. Genodi, Chambet, H. Pollier, Cartellier, Jo. du Soex.

Viso rotulo per firmarios introgii vini exhibito, fuit conclusum quod vinum intratum parte n. et potentium d. Sellenove, Lucingii, Viriaci et Balleysonis nichil solvat, sed intretur firmariis dicti introgii; quo vero ad alios tres, Grossi, Verdet et Troctier, perscructentur causam ob quam pretendunt se fore exemptos.

[1] « Item libravit dicta die [... februarii 1518] egregio Ducis, pro instrumento prolongacionis apellacionis cause inter illustrissimum dominum episcopum et dominum Carolum Magni... ss. vj. » (Tr. 3, fol. 135.)

Cet ecclésiastique, archiprêtre de la chapelle d'Ostie 1512-1529, chanoine de Genève 1529, était en 1517 curé de Combloux et d'Évian (*Visite épiscopale de 1516-1518*, fol. 239 v°, 294). Besson (*Mémoires* etc., 1759, p. 91) et M. Mercier (*Le Chapitre de Saint-Pierre de Genève*, 1890, p. 202) l'appellent Magnin. Son nom français, *Legrant*, se trouve dans une lettre du duc Charles III aux syndics, datée du 17 avril, sans millésime (P. H., n° 888). — Cf. ci-dessus, p. 151, note.

Non venundentur lapides civitatis, neque mutuo dentur.

De bonis mobilibus per uxorem Lullini Pecolat mutuo concessis, justicia ministretur.

Die Martis xvja februarii. — Sindici : Jo. Loys Ramel, Vandelli, B. Hugue; — P. Versonnex, P. Orsieres, Porralis, Jo. Mara, S. de Mara, H. Pollier, Richardet, Plonjon, M. Nergaz, Pichon, B. Genodi, Dy. Dadaz, Chambet, Cartellier.

De torna de qua conqueritur Lespa, constructa per d. priorem D. Nostre de Graciis, fuit conclusum quod locus visitetur.

Vinum quod vehi fecit et faciet r. d. Lausanensis episcopus nichil solvat pro introgio, quia pertransit.

Audita querimonia facta per r. d. Pascalis, fuit conclusum quod evocetur gardianus Rippe, et perscructetur de negocii veritate.

Rescribatur P. Montyon, ut veniat et suum officium sindicatus cum aliis excerceat.

Ad Veneris piscium visitatores deputentur.

(15) *Die Veneris xixa februarii.* — Sindici : Jo. Loys Ramel, Vandelli, B. Hugue; — P. Orsieres, Jo. Mara, M. Nergaz, Pichon, L. Plonjon, Richardet, Porralis, B. Genodi, Chambet.

Pilliczon deputatur visitator piscium, sub stipendiis dari solitis, qui juravit in forma etc.

Visitentur patisserii per n. sindicos, quo panis fiat ad formam tabule nove.

Die Sabbacti xxa februarii. — Sindici : Jo. Loys Ramel, Vandelli, B. Hugue ; — P. Versonnex, P. Levrerii, Porralis, B. Genodi, Pichon, Plonjon, de Mara, Chambet, M. Nergaz, Richardet, Cartellier.

Suprascriptis in consilio existentibus, supervenerunt hospitallerius [1] Friburgi et quidam alius, exponentes, post recommandaciones etc.,

[1] Fridli Marti, des CC de Fribourg 1494, des LX 1501, des « Secrets » du quartier de la Neuveville 1505, successivement receveur des cens, grand sautier, directeur de l'hôpital 1512-1518, recteur de la léproserie de Bourguillon 1518. Membre du Petit Conseil 1511-1522, il fut destitué par le Grand Conseil le 18 novembre 1522. (Note de Mlle Jeanne Niquille, Dr phil., à Fribourg.)

Philibertum Bertellerii fuisse consilio privatum et cridatum per civitatem sub pena confiscacionis bonorum suorum etc., ob quod non erant contenti; hiis tamen non obstantibus, habebant onus presentandi parte ipsorum dominorum quo in jure et justicia audiatur, quam exorant ministrari et responsum dari. Hiis dictis se retraxerunt etc., et de responsione fienda facta fuit ordinacio, primo quod nusquam fuit privatus a consilio et cride facte mandato principis, et si ipse velit venire, just[ic]ia brevis ministrabitur, quia burgensis, equidem ipsorum contemplacione.

Lune vigesima secunda februarii. — Sindici : Jo. Loys Ramel, Vandelli, B. Hugue; — P. Levrerii, Porralis, P. Orsieres, Jo. Mara, Plonjon. S. de Ma[ra], Cartellier, Richardet, Pichon, Chambet, Dy. Dadaz, M. Nergaz, B. Genodi.

Parte magnifficorum dominorum Friburgensium, hospitalerius Friburgi, ambassiator ut asserit deputatus, exposuit, post cordiales recommandaciones, habere in mandatis presentandi Philibertum Bertellerii, et dominos sindicos et consulares exorandi ut suo in bono jure commendatum suscipere velint, eundemque assecurare, ne ejus persona per facti opera offendatur, et rem ipsis dominis efficient gratissimam. Cui paulo post, conferencia prius habita, responsum datum extitit quod, si ipse Philibertus veniat justiciam petiturus, brevis et expedita ministrabitur, et quoad securitatem, principi nostro et non subdictis dare pertinet, cui obedire phas est.

In omnibus occurrentibus, nunc et in futurum, causante principis nostri absencia, n. sindici et consulares ad r. d. vicarium, ipsius principis vices gerentem, et episcopale consilium habeant recursum, quo in omnibus rite et recte, discrectione ductrice, procedatur et turbida in serena commutentur, dictis et propositis per dominum Sellenove non obstantibus.

(16) *Die Martis vigesima tercia februarii.* — Sindici : Jo. Ludovycus Ramel, Vandelli, Besanczon; — Levrerii, Porralis, P. Orsieres, Jo. Mara, Plonjon, S. de Mara, Jo. du Soex, Cartellier, Richardet, Pichon, Chambet, Dy. Dadaz, M. Nergaz, B. Genodi.

Prohibeatur patisseriis ne abinde fiant liba, sub pena v solidorum et privacionis de non vendendo panem per unum mensem, et fiant cride.

Equidem de collibrinariis, ludo excepto, infra civitatis limites collobrinas trahantibus, sub pena lx solidorum et perdicionis collobrine.

Negocium rectoris scole ad Veneris remictitur discussiendum, et tunc edicta in favorem ipsius videantur.

Visa lictera missiva per Petrum Montyon[1] destinata n. sindicis et consulibus civitatis et coram suprascriptis perlecta, fuit conclusum quod evocetur generale consilium[2], ut moris est, et que scripta fuere populo ad intelligendum detur, quo super hiis provideatur[3].

Die Veneris vicesima sexta mensis februarii. — Sindici : Jo. Loys Ramel, Vandelli et Bezanson; — Porralis, P. Orsieres, P. Versonay, Plonjon, Nerga, Richardet, Pichon, Genodi.

De introgio et gabella, de quibus conquestus fuit nobilis et potens dominus Coudree, remictitur usque venerit n. consindicus Montyon et completum consilium.

Guilliermus Nepotis et Pillison prestiteru[n]t juramenta custodie et visitacionis pissium, quibus fuerunt promissa stipendia ordinaria.

Commictitur commendabili M. Nerga visitacio libri et laboris

[1] Pierre Montyon, élu syndic le 7 février, ne prêta le serment de cet office que le 13 mars. On peut supposer que, dans sa lettre lue le 23 février, il annonçait l'intention de s'absenter, puisque le vol. Tr. 3, fol. 135 v°, contient ces deux notes : « Item libravit die xx[...fe]bruarii 1518 Johanni Martini, qui fuit quesitum Lugduni dominum sindicum Montyonis et qui vacacit viij dierum, a[d] vj g. pro quolibet die, ff. iiij. » — « Item libravit Francisco Bisso, qui fuit quesitum in secunda vice dominum sindicum Montyonis in Lugduno et vacavit septem dierum, a[d] vj g. pro quolibet die, ff. iij, ss. vj. »

Immédiatement avant ce dernier paiement, on lit dans le même ms. : « Item libravit die xxvj februarii 1518 magistro Johanni de Annessiaco, pictor[i], pro pintura crucis que est in aula consili, ff. vj. » Il s'agit sans doute de « Johannes Colombi, » d'Annecy, peintre, reçu B. G. en 1500. Cet artiste, — qui ne figure pas dans le mémoire d'Aug. Dufour et Fr. Rabut, *Les peintres et les peintures en Savoie du XIIIe au XIXe siècle (Mém. et doc. publ. par la Société savoisienne d'hist. et d'archéologie*, t. XII et XV, 1870, 1875), — est encore mentionné dix ans plus tard : « Item libravi magistro Jo. d'Annessy, pictori, qui depinxit pennuncellos armorum ducalium ad portandum apud fontem de Meynes, ij solidos. » (*Comptes de la chapelle du cardinal d'Ostie*, vol. 33, 1528-1529, fol. 83 v°.)

[2] Ce conseil général ne paraît pas avoir été convoqué.

[3] Fin des procès-verbaux écrits par Louis Montyon (frère du syndic Pierre) : ceux du 26 février au 19 mars sont d'une autre main.

super conducione operum per Pichon, et ad refferendum ad Veneris proximam.

Vocetur d. prior conventus Pontis Areris coram r. d. vicario, et sibi fiat demonstracio dampni turne per eumdem priorem noviter constructe.

Advideantur vigilles ut habeant quatuor ex ipsis ordinarie vacare, ut adimplere habeant contenta in ipsorum vigillum capitulis, tam erga pauperes, vacuacionem fymorum, quam aliis rebus in ipsis capitulis comprehensis, sub pena admocionis stipendii, quod pro eisdem datum et augmentatum fuit.

(17) *Martis secunda marcii.* — Sindici : Jo. Loys Ramel, Vandelli et Bezanzon; — P. Dorsieres, Porralis, Jo. de Mara, Plonjon, du Soex, Richardet, Cartellier, Pichon, Pollier, B. Genodi, Chambet.

Audita querimonia r. d. Pascalis, fuit conclusum quod nobiles sindici habeant illi dicere quod ad eos non pertinet cognitio injurie per gardianum, ut dicit, sibi illate; de tamen possibilibus que ad ipsos spectant, offerent eidem obsequia prestare.

Presentavit egregius P. Monaton, civis Gebenn., quasdam licteras a. r. d. vicario emanatas, ut in eis legitur, occasione constructionis quarumdam latrinarum meniis contiguarum, et peciit impertiri licenciam, que fuit impertita, facta visitacione prius per dictos nobiles sindicos, qui locum visitarunt.

Philibertus Berthellier fidem fecit de licteris salviconducti obtentis per reverendissimum d. nostrum episcopum et principem [1] ac illu. d. ducem, quas peciit observari; quibus visitatis per nobiles sindicos, se obtulerunt paratos obedire et justiciam ministrare, prout in licteris reverendissimi d. nostri principis continetur.

Super querimonia magistri scole contra Baudi et Pollerii, sumantur informaciones, ut veritas habeatur et super hiis opportune provideatur.

Visitetur domus parte domini de Lescheraine, cujus facta fuit querela per operarios, et ad refferendum ad Veneris.

[1] Le sauf-conduit de l'évêque, daté de Pignerol, 23 février 1518, et présenté le 4 mars au conseil épiscopal, fait partie, fol. 2-3, du procès de Berthelier contre le vidomne Aimé Conseil, conservé en copie du temps aux Archives de Genève, *Pr. cr. et Inf.*, nº 190. Il a été traduit en français par Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 84-96, et par J.-A. Galiffe, p. 95-97.

Die Veneris quinta marcii. — Sindici : Jo. Loys Ramel, Vandelli et Bez. Hugouz; — Levrerii, Versonex, de Mara, Nergaz, Richardet, Cartellier, Pichon, Pollier, Dadez, Chambet.

Detur elemosina, ut assuetum est, predicatori Rippe, uti ordinario [1].

Recurrant n. sindici ad r. d. vicarium ad obtinendum mandatum, ut meretrices commorantes extra loca ad hec deputata repetant luppanaria infra triduum.

Prorogetur terminus solucionis [2] , cride, anni preteriti usque ad Penthecostes, et ita mandatur thesaurario observari.

Habita relaxione et audita per Nergaz, cui visitacio laboris de Pichon fuerat commissa, fiat eidem Pichon mandatum ad instar mandati anni proxime preteriti.

Lecta lictera missiva per consindicum Montyon, et auditis querimoniis contra magistrum Excertonis, interim adlocatur nobilibus sindicis et per ipsos audiatur, ut informetur; pro quibus vocetur consilium quinquagenarium ad Lune proximam.

(18) *Die Martis nona marcii.* — Sindici : Jo. Loys Ramel, Vandelli et B. Huguez ; — P. Versonay, Jo. de Mara, Plonjon, Porral, P. Vandelli, Nergaz, Pichon, H. Pollier, Jenodi.

Visa supplicacione per Philibertum Bertellier hodie habita et perlecta [3], fuit conclusum dictam supplicacionem per n. sindicos r. domino vicario exhibere, ut visitet et consulat.

Deinde locuto de magistro Excertonis, quod n. sindici adlocantur r. p. et dominum Morianensem, et vocetur consilium quinquagenarium.

Die Veneris duodecima marcii. — Sindici : Ramelli, Vandelli et Besanzon; — Porralis, de Mara, Plonjon, Pichon, Jenodi, Nergaz, Cartellier, Pollier, D. Dadaz.

[1] Item libravit dicta die [viij marcii] fratri predicatori conventus Rippe, loco prandio *(sic)* sibi debito... videlicet unum scutum solis [valens] ff. iij, ss. vij. » (Tr. 3, fol. 136.)

[2] Le nom est en blanc. Il s'agit de Jean Rubei (ci-dessus, p. 7-8, 201, et t. VII, p. 226-227).

[3] Texte de cette requête non datée, dans le procès (fol. 1) cité plus haut, p. 220, note. Traduction par Bonivard, *op. cit.*, t. II, p. 97-98, et par J.-A. Galiffe, p. 93-94.

Negocium magistri scole remictitur usque ad primum L consilium.

De turnis Areris, ut fiant debite reparationes et opportune per Magnaz et ceteris quibus expedierit, injungatur infra decem dies, sub penis comprehensis in abbergamentis.

Philibertus Bertellier peciit provideri super supplicacione sua, et testimoniales de petitis sibi dari; quibus concessis, remissus ad cras ad providendum opportune [1], et interim, locantur n. sindici d. vicario de agendis.

Sabbati xiij^a marcii. — Nobilis Petrus Montyon, consindicus, prestitit juramentum sindicatus, ut moris est, in manibus n. Petri Levrerii, Michaelis Nergaz et etc.

Die Martis xvj marcii. — Sindici : Montyon, Ramelli, Vandelli et Besanzon; — Porralis, Versonay, Jo. de Mara, Plonjon, Levrerii, Nergaz, Richardet, Pichon, Genodi, D. Dadaz, Cartellier, Pollier, Chambet.

Audita relaxio[ne] per operarium de admodiacione sive firma (19) Petri Rosetaz, occasione carrerie dicte la Doye [2], intrentur eidem per thesorarium duo floreni super ejus firma, ita quod teneatur admovere suis sumptibus immondicies in eadem nunc existentes.

Obtineantur ulteriores lictere contra Chatronis et commorantes in ejus domo a r. d. vicario, et fiant cride ut meretrices repetant loca ad hec stabilita.

Curatus de Brens [3], habitator hujus civitatis, conquestus fuit si teneretur ad solucionem duorum bossetorum vini, pro quibus molestatur ad solvendum introgium, excretorum super ejus dicto beneficio. Super quibus fuit conclusum quod non.

Die Veneris decima nona marcii. — Sindici : Montyon, Ramel, Vandelli et Bez. Huguz; — Levrerii, Orsieres, P. Versonay, S. de Mara,

[1] *Procès,* fol. 1 v° (13 mars); J.-A. Galiffe, p. 94-95. — Pour les accusations formulées par le vidomne contre Berthelier et les « articles » dont celui-ci offrait de son côté la preuve, etc. (16 mars-5 juin), voy. *Procès,* fol. 3 v°-16 r°, 17-27 r°; J.-A. Galiffe, p. 98-116, 118-132; Bonivard, p. 98-112, 116-119.

[2] « Quod non potuit curare Doyam prope domum heredum G. Gavit. » (Tr. 3, fol. 136.)

[3] Petrus Macardi, en avril 1518 (*Visite épiscopale de 1516-1518,* fol. 376).

de Leamon, Chambet, Plonjon, Nergaz, Richardet, Pichon, Pollier, Genodi, D. Dadaz, Prepositi.

Eadem die, nobiles et generosi Alebret de Petra [1] et [2] , Bernenses, parte dominorum Bernensium et Friburgi, commendaverunt causam deffencionis hon. Philiberti Bertellier, ut sibi in brevi justicia ministretur et in bono suo jure prothegatur. Quibus fuit responsum per nobiles sindicos se esse paratos, quantum eis concernit, illi justiciam brevem ministrare.

De fossalibus de quibus conquestus fuit nobilis Petrus Versonay, existentibus in Pascuis, visitentur, et, si opus sit limitacione, vocentur officiarii Gay.

Eciam de differentia molendinorum civitatis et dicti Versonay, si dicto Versonay fuerit voluntatis, eligat duos probos vel tres absque submissione et judice, et parte communitatis eligentur similiter.

Fiant cride contra blasphemantes nomen Dei etc., patisserios et meretrices [3], et portentur r. d. vicario.

[1] Fils de Brandolf vom Stein, qui commandait les troupes bernoises à la bataille de Nancy (1477), Albrecht vom Stein prit part aux guerres du Milanais, reçut en don (1517) de François Ier la seigneurie de Montréal [arr. de Carcassonne], et fut tué au combat de la Bicoque, placé par plusieurs historiens au 29 avril 1522, mais qui eut lieu en réalité le 27 avril. — Voy. [E. von Rodt], *Biographische Notizen über Albrecht vom Stein* (*Der schweizerische Geschichtforscher,* 1825-1826, t. V, p. 321-451, t. VI, p. 1-67); — B. Hidber, *Die Schweizer in Italien und der bernische Feldhauptmann Albrecht vom Stein* (Neujahrsblatt, 1860), Bern, in-4, 48 p., avec un portrait; — E. Blösch, *Albrecht vom Stein,* dans l'*Allgemeine deutsche Biographie,* t. XXXV (1893), p. 596-599, article reproduit, avec additions, dans la *Sammlung bernischer Biographien,* t. II (1896), p. 514-521; — Éd. Rott, *Inventaire sommaire* etc., t. II (1885), p. 570, et *Histoire de la représentation diplomatique de la France auprès des Cantons suisses,* t. I (1900), p. 204, 208, 243-245.

Écrivant à l'évêque Jean de Savoie (Annecy, 1er octobre, sans millésime, P. H., n° 887), le duc Charles III dit qu'il a reçu une lettre du « cappitaine Allebret de Lapierre » et qu'il le remercie de « ses bons advertissemenz. »

Voy. aussi ci-dessus, p. 200, note, et t. VII, p. 273, 275, ainsi que l'interrogatoire de Benoit Toquet en janvier 1521 (*Pr. cr. et Inf.,* n° 203, fol. 2; J.-A. Galiffe, p. 156).

[2] Nom en blanc.

[3] Crie du 20 mars 1518 contre ceux qui blasphémeront « le nom de Dieu ny de sa glorieuse mere, » et ceux qui joueront aux dés ou aux cartes « publiquement. » (R. P., I, p. 11.) — Crie du même jour sur les « patissiers, patissieres, boulengiers et boulengieres, » les « femmes vivans deshoneste-

Fuit admissus in officio secretariatus Martinus Porralis, qui juravit in manibus dictorum nobilium sindicorum, ut moris est [1].

(20) *Martis xxiij marcii.* — Sindici : Montyon, Jo. Loys Ramel, Vandelli et B. Huguez ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, P. de Fernex, J. de Mara, P. Cornaz, Plonjon, P. Versonay, Nergaz, Richardet, Leamon, Cartellier, Genodi, Pollier, Pichon, D. Dadaz.

De negocio P. Versonay occasione molendinorum civitatis, dictus Versonex elegit sibi et pro eo s. dominos Blecheret, j. u. d., egregium Theobaldum Burnet, aut e. Matheum de Monte, et restant eligendi ad primum consilium parte civitatis.

Non exiat abinde magister Anthonius [2] , qui diebus Lune sonat hora noctis pro deffunctis, extra civitatem in burgo Sancti Gervasii. Cui magistro Anthonio poscenti, fuit impertita licencia ferendi ebdomada sancta olobaustrum etc.

Si constet legitime Franciscum de Vaud cepisse lapides in Arerim, a parte civitatis et in loco prohibito, pugniatur ad mentem franchesiarum.

Glaudius Becuelli et Johannes Quey, de Lancier, fecerunt vendicionem nobilibus sindicis de quadam grangiola sive stabulo [3] existente subtus Crestis Domus [4] ville juxta suos confines, precio viginti florenorum p. p., constante instrumento per me recepto, presentibus Jo. de Nanto, Michaele Lyonardi et Johanne Gautherii, burgensibus Gebenn.

Veneris xxvj marcii. — Sindici : Montyon, Ramel, Vandelli et B. Huguez ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, S. de Mara, Nergaz, Leamon, Pichon, Genod, H. Pollier.

Implicentur caroni, cum aliis jam paratis, in porta sive turri Sancte Katherine burgi Sancti Gervasii, per Pichon, magistrum operis, cui mandatur.

ment, desquelles est la fame publique, » les vagabonds et les bouchers. (*Ibid.*, p. 12.) — Crie du 6 avril, contre ceux qui feraient des quêtes « par la ville ou es maisons... sans expres commandement et mandement de Monsr de Genesve ou de son vicaire. » (*Ibid.*, p. 13.)

[1] Ce dernier alinéa de la séance du 19 mars est de la main de Martin Porral, qui tint la plume jusqu'au 27 août 1519 (fol. 109).

[2] Nom en blanc.

[3] Au-dessus du mot *stabulo,* en interligne : *casali.*

[4] Cf. ci-dessus, p. 113, note.

Nobiles sindici habeant adloqui d. vicedompnum de quodam pro furto fuisse detento, quem relaxavit, ut asseritur, auctoritate propria, quamvis contra eundem fuisset denunciatum per [1] .

Quia Martis lapsa, post tentum consilium, nuncius parte serenissimi imperatoris presentavit certas licteras in manibus nobilium sindicorum, qui nuncius stetit duobus diebus in hospicio Sancti Georgii, fuit datum in mandatis nobili thesaurario ut solvat illas expensas oris [2] et computet cum hospite.

Honorabilis Ludovicus Plonjon protestatus fuit contra non facientes turnas prope Arerim, et in scriptis protestacionem redigi.

(21) *Martis penultima marcii.* — Sindici : Montyon, Johannes Ludovicus Ramelli, Vandelli et B. Hugue ; — Levrerii, Orsieres, P. de Fernex, J. de Mara, Plonjon, Chambet, Dadaz, Nergaz, Richardet, de Leamon, Cartellier, Pichon, H. Pollier, Genodi.

Expellantur meretrices et ducantur in castro Insule que moram gerunt in locis non deputatis, prout in licteris et mandato r. d. vicarii continetur.

In negocio nobilis Petri Versonex, sive concordio cum eodem fiendo occasione molendinorum civitatis et dicti Versonex, qui jam elegit sibi s. d. Blecheret et e. Theo. Burnet, et in ipsius absencia Matheum de Monte, fuerunt electi parte civitatis r. d. Levrerii et e. [3] Fabri, commissarium [4].

Quia [1], burgenses Gay, asseruerunt exbursasse, pro quodam notato de furto cujusdam poti stannei novissime per n. sindicos et consiliarii liberati [5], m. vicedompno aureos quatuor, et obligantur de reliquo usque ad summam xxv florenorum ex composicione dicti liberati, cum certis pignoribus eidem admotis, ideo habeant d. sindici instare erga dictum vicedompnum, et ubi expedierit, ut restituantur.

[1] Noms en blanc.

[2] 2 fl. 2 s. (Tr. 3, fol. 136 vo.) — Le même jour, 26 mars, le Conseil délivre un mandat de 143 fl. 9 s. 3 d. « hon. viro Michaeli de Pane, apothecario, causis contentis in rotulo. » (*Comptes de la Communauté,* no 19, fol. 23, article 3.)

[3] Prénom en blanc.

[4] *Lisez :* commissarii.

[5] *Lisez :* consiliarios liberato.

Instetur totis viribus ne revenditores habeant diebus mercati et Sabbacti quicquam emere, sub penis jam alias impositis.

Pillison, tanquam visitator pi[s]cium, suo et ejus sodalis nomine, peciit sibi augmentari sallarium, super quibus fuit conclusum debere contentari de sallario suo termino solvendo.

Die Mercuri ultima marcii. — Sindici : Montyon, Ramel, Vandelli et B. Huguez; — Orsieres, Fernex, Cornaz, Plonjon, Chambet, Dadaz, Nergaz, Richardet, Leamon, Pichon, H. Pollier, Genodi.

Fuerunt execute parte Jo. Pecollat, detenti, quedam lictere cessus contra n. sindicos et consules [1], super quibus habeant domini sindici cum supranominatis ire ad d. vicarium, ut provideat, et alibi si opus fuerit.

(22) *Martis sexta aprilis.* — Sindici : Montyon, Ramel, Vandelli et B. Huguez; — Levrerii, Orsieres, P. Versonex, Jo. de Mara, Plonjon, Chambet, Dadaz, Pichon, Genod, P. de Fernex, Cartellier.

Eo quia apperte constat r. p. Pascalis predicasse hanc xl[am] [et] venisse rogatus, ideo sibi dentur tres aurei ad solem [2], Dei amore, qui a[u]rei fuerunt per nobiles sindicos restrin[c]ti super prandio ordinarii predicatoris.

Nichil habeant exigere introgiatores de vino per d. Solliet magistro Andrea, sallerio, vendito, eo quia constat ipsum vinum esse de vino d. episcopi et principis nostri, non admodiato neque vendito.

Exequucioni demandentur cride contra delinquentes, tam carniffices quam venditores blaudi et emptores ultra formam franchesiarum et dictarum cridarum.

[1] Il s'agit du sévère monitoire décerné le 27 mars par l'official et juge d'appel de la cour métropolitaine de Vienne, signifié le 31 aux syndics et conseillers (cf. ci-dessus, p. 204, n. 3). Par suite des menaces qu'il contenait, le conseil épiscopal se vit obligé d'ordonner la mise en liberté de Pécolat, qui se réfugia « en franchise » au couvent de Rive, où il avait un frère, Yvonet Pécolat, cordelier (Bonivard, p. 113-115).

[2] « Item libravit die vj[a] aprilis 1518 fratri Pascalis, qui predicavit in cadragesima in Sancto Germano,... videlicet iij[a] scuta solis vallentia ff. x, ss. ix. » (Tr. 3, fol. 136.)

Veneris nona aprilis. — Sindici quatuor ; — Levrerii, P. Versonnex, P. de Fernex, Jo. de Mara, Plonjon, Orsieres, S. de Mara, Chambet, Leamon, Richardet, Cartellier, Pichon, H. Pollier, Genodi.

Petrus Rosseti, suo et ejus fratribus nominibus, restituit transsumptum bulle auree [1] eisdem ad producendum in eorum causa contra d. Coudree concessum ; ideo cancelletur obligacio.

Fuit remissus nuncius r. d. episcopi Lausane ad afferendum certificacionem per dictum d. Lausane quantitatis vini quod transire vult a Choutagnia Lausanam per hanc civitatem, occasione introgiorum.

Fiant seu sumantur informaciones contra eos qui, nocte lapsa, commocionem fecerunt cum ty[m]pano Alemanie, et puniantur timpanarii, si ultra horam vetitam reperiantur.

Videantur pacta bocheriorum anni proxime lapsi facta super vendicione carnium et contentorum in eisdem, ut super eisdem provideatur.

Instent n. sindici ad obtinendum cridas apud r. d. vicarium, ne matrone habeant recipere pueros a forencibus in civitate absque notificacione in manibus procuratoris piscidis de nomine patris.

(23) *Die Martis tresdecima mensis apriliis.* — Quatuor sindici ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, P. de Fernex, Cornaz, Plonjon, Chambet, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genodi, H. Pollier.

(Plathea Molaris.) — Plathea Molaris admodiata extitit, heri in claustro Sancti Petri Gebenn., ut moris est, egrecio [2] Aymoni Chambet, precio tresdecim florenorum p. p., per unum annum integrum, die dicta duodecima incohatum et simili finiendum etc., solvendorum terminis assuetis. Et cavit per honorabilem Dyonisium de Aduaz. Cum promissionibus etc.

(Plathee Longemale, scole et la Doye.) — Plathee de Longemale, scole et porte sive carrerie de la Doye fuerunt, ut supra, expedite honorabili Petro Villieti, drapperio, precio sex florenorum p. p., solvendorum terminis et solucionibus suprascriptis.

Habeat magister operis Domus ville perfici facere canonerias porte Sancte Katherines burgi Sancti Gervasii et matheria parata implicetur.

[1] Voy. ci-dessus, t. IV, p. 120, n., t. V, p. 298, n. 2, et les tables des t. IV-VII.

[2] *Lisez :* egregio.

Vocentur jurisperiti ad primum consilium pro causa Rossetorum contra d. Coudree, et si expediat, prosecatur appellacio Thaurini ut videbitur etc.

Veneris xvj aprilis. — Sindici : Leamon substitutus de Montyon, Ramel, Vandelli et B. Huguez ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Chambet, Plonjon, Nergaz, Cartellier, Pichon, Pollier, B. Ginod [1].

(24) *Martis xx aprilis.* — Sindici : Ramel, Vandelli, Bezanson Huguez, et Leamon pro Montyon ; — Levrerii, P. de Fernex, Plonjon, Chambet, de Aduaz, Nergaz, Richardet, Pichon, H. Pollier, Genod.

In causa Berthellier, ordinetur per n. sindicos esse admictendum ad probandum proposita et deducta per eumdem Bertellier contra vicedompnum, extra carceres prout in salvoconducto etc. [2].

Ut relatum alias fuit, n. [3] de Sarva Roche, conquerente de cabareto existente prope platheam Molaris, sub ejus domo, esse de communita[te] et pertinere, se habeat contentum reddere.

Eo quia [3] Collumbi distulit solvere introgium vini empti per eum a Johanne Finodi extra civitatem, asserendo vinum esse excretum dicti Finodi, fuit cognitum quod tenetur quare etc.

Patisserii in certo numero pecieru[n]t relaxari a privacione eisdem facta, occasione quod ultra statuta et inhibiciones dequoquerant, eciam notati per nobiles sindici ex parvitate panis. Quibus fuit responsum ut haberent observare dicta statuta et inhibiciones, cum processerint a generali consilio. Si tamen velint esse revisam taxam, sumptibus ipsorum revideatur.

Fuit locu[tu]m de magistro scole, magistro Excertonis, ut ea que Veneris lapsa fuerunt conclusa eidem exponantur Veneris proxima.

Johannes de Planchia restituit claves porte Rippe Sancti Francisci.

Johannes Rubey, chappelerius, fuit admissus de numero vigillum, et juravit in manibus dictorum nobilium sindicorum, ut moris est.

[1] Le procès-verbal de cette séance manque : la page est demeurée en blanc.
[2] *Procès,* fol. 16, r° et v°. — J.-A. Galiffe, p. 116-117.
[3] Prénom en blanc.

Die Veneris vicesima tercia aprilis. — Sindici : Ramel, Vandelli ; consindici : Leamon et Genodi ; — Levrerii, Prepositi, Jo. de Mara, S. de Mara, Chambet, P. Versonay, Orsieres, Nergaz, Pichon, H. Pollier.

Recepta et perlecta lictera [1] a reverendissimo nostro episcopo, conclusum fuit vocare ad Dominicam proximam, hora septima, consilium quinquagenarium, ad eligendum mictendos ad dictum dominum.

Vigilles omnes prestiterunt juramenta missillierie, ut assuetum est.

(25) *Vicesima quinta aprilis.* — Sindici : Jo. Loys Ramel, Vandelli ; Leamon et Genodi, consindici ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, P. de Fernex, S. de Mara, Chambet, de Ulmo, P. Poterelli, de Pileo Rubeo, L. Curteti, Megex, Chabo, Tevenini, de Cresto expinguerius, Ballard, P. Villiet, Ja. Servelli, Amiaux, de Tyria, Grassier, Ja. Bernard, Caddodi, Jo. Fabri, Ja. Bert, L. le peyrolier, Migerandi, Jo. de Boyspil, Luq. de Pane, S. Bonevaux, Cartellier, Nergaz, Pichon, de Leta, de Crosa, A. le patissier, Jo. Vallet, Millanoys, Bacho, H. Boullard, Jo. Bernard.

Presentibus astantibus, fuit perlecta lictera missiva reverendissimi domini nostri episcopi et principis, eciam expositum de causis domini Karoli Magni, Rossetorum, et contentis in dicta lictera. Super quibus, formatis instructionibus, fuerunt electi e. Leamon et L. Lestelley ad eundum ad dictum principem nostrum et illu. d. ducem Sabaudie, prout in ipsis instructionibus fieri continetur.

Martis vigesima septima aprilis. — Sindici : Jo. Loys Ramel et Vandelli ; consindici : Leamon et Genodi ; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, P. de Fernex, S. de Mara, Nergaz, Cartellier, Pichon, H. Pollier, Richardet.

Eo quod Johannes Martini, vigil, teneatur ut consuevit ordinare currus transseundo die fori ante ecclesiam seu cappellam Domine Nostre pontis Rodani, mandatur thesorario ut abhinde ab eodem Martini, pro firma scanni quod tenet ante dictam ecclesiam, non exigat nisi unum florenum pro firma futura.

[1] Lettre datée de « Ryve de Quyer » [Riva di Chieri, prov. de Turin], 15 avril [1518], P. H., n° 886, impr. par J.-A. Galiffe, p. 276-277.

Causa Rossetorum prosequatur per appellacionem, que commictitur e. Leamon et Lestelley, ambassiatoribus nunc euntibus ad r. d. nostrum episcopum et principem nostrum, cujus nuptu regantur et alias ut in eorum instructionibus continetur. Et emantur duo equi pro eisdem.

Dentur relicte Michaelis Lyonardi, quondam vigilis, solidi in consilio dicto Michaeli dari assueti, quamdiu erit in hac domo, et ulterius sex solidi per eam petiti.

Libret thesaurarius egregio Levrerii, pro pena instructionum dictarum per eum habita, duodecim solidi.

(26) *Veneris ultima aprilis.* — Sindici : Ramel, Vandelli; consindici : Leamon et Genodi; — Levrerii, Orsieres, P. Versonnex, Prepositi, P. Fernex, Nergaz, Cartellier, Pichon, H. Pollier.

Prolungatur accessus e. Leamon et Lestelley, ambassatorum, usque ad Lune proximam, propter aliqua superventa ignota consillio r. p. d. Morianensis et vicedompni.

Pichon, tanquam operarius communitatis, visitare et reparare habeat cloachas Mollaris, ut sibi videbitur fieri fienda.

Quamvis nondum currerit terminus totaliter prohibicionis patisseriis, actamen, propter affluenciam peregrinorum ad sacrum sudarium Chamberiaci, impertitur dictis patisseriis licenciam exinde usque ad novam prohibicionem panem quoquendi etc.

Habeant n. sindici ire ad r. d. vicarium et illi proponere resoluta tenenda cum bocheriis, ut auxilietur et provideatur opportune.

Martis quarta maii. — Sindici : Ramel, Vandelli et B. Hugonis; — Levrerii, Prepositi, P. Fernex, Plonjon, de [A]duaz, Cartellier, Pichon, Pollier, Genodi.

Remictuntur bocherii ad Veneris proximam, an velint obtemperare cridis et ordinacionibus super vendicione carnium ad instar ann[i] proxime lapsi; quod alias providebitur prout melius videbitur esse fiendum.

Veneris septima maii. — Sindici : Ramel, Vandelli et B. Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, S. de Mara, Cartellier, Nergaz, de Aduaz, Pichon, H. Pollier, Geno[di].

Aymonetus de Capris, propositis, suo et certorum de Sancto Gervasio [nominibus], (27) super reparacione fienda *ou poysouz*, eciam ad habendum scolam novam, peciit sibi solvi unam facem cere, quam asserit combustam fuisse heri, in capcione uxoris Gallatini et Arbalesterii.

Discretus Johannes Bernardi, suo [et] hon. Jo. Balli, Guilliermi Danelli, Jacobi [1] , Anthonii Millanesii, P. Paqueti, et plurium asistencium [nominibus], exposuit scicuti ad eorum pervenit noticiam relaxasse patisserios ante tempus eorum prohibicionis; 2° quod bocherii, ultra cridata et ordinata, vendu[n]t indebite carnes; 3° quod thesaurarius habeat perficere computa anni proxime lapsi, ut ex resta, si que sit, rehemantur molendina civitatis; 4° quod si bonum videatur de gabella sallis fieri rehempcionem, in triennium poterunt redemi; 5° quod turbido existens occasione scole pro comodo rei publice pacificetur. Et ulterius, dictus Baudi se obtulit paratum dari facere triginta florenos de scola, ut alteri quam moderno detur.

Martis undecima maii. — Sindici : Jo. Loys Ramel et B. Hugonis; — Levrerii, Prepositi, P. Fernex, Jo. de Mara, Plonjon, S. de Mara, Chambet, Nergaz, Richardet, Cartellier, Pichon, Genodi.

Fuit propositum per dictos n. sindicos quod r. d. vicarius [peciit], tam parte [sua] quam consilii episcopalis, ut eidem fieret responcio an quedam constitucio facta no. [2] de Lunes, domino de Sivini, fuerit facta ipsa congregacio et creacio de consilio Domus ville et consensu dictorum sindicorum, et quid eisdem videatur esse fiendum. Super quibus fuit conclusum per eosdem n. sindicos esse eidem d. vicario respondendum quod nichil actum fuit de scitu et consilio Domus ville, provideatque ut sibi equum videbitur esse fiendum.

Supervenit v. d. magister hospicii r. p. et domini domini Maurianensis, cantoris ecclesie cathedralis Gebenn., proponendo parte dicti domini Maurianensis sicuti collacio scolarum tocius dyocesis, occasione cantorie dicte cathedralis ecclesie, ac in presenti civitate ad eum pertinet, et non ad qualemcunque. Et nichilominus intellexit molestatum esse magistrum Excertonis, modernum rectorem, ad vacuandum

[1] Nom en blanc.
[2] Prénom en blanc; voy. ci-dessus, p. 211, n. 5.

dictam scolam, quod fieri non debet nisi per ejus cognicionem, quam se offert facturum in casum in quem dictus Excertonis delinquerit, ortando ne quid eidem rectori novi fiat. Quibus propositis, conclusum fuit quod n. sindici eidem domino Maurianensi respondeant, exponendo sibi habere antiquam consuetudinem providendi de rectore et destituendi, digneturque in ea[m]dem communitatem dimictere, cum ipse rector sit odio civium et burgensium, adeo quod eorum liberi coguntur absentare locum, cum ab eodem male tractentur.

(28) *Veneris quatuordecima maii.* — Sindici : Ramel, Vandelli et B. Hugonis ; — Levrerii, Prepositi, Fernex, S. de Mara, Chambet, Nergaz, Pichon, Genodi.

Parte magnifficorum dominorum Friburgensium, hospitalerius dicti Friburgi exhibuit quasdam licteras missivas[1] pro negocio sive causa Philiberti Bertellier, ut in ipsis continetur. Cui respondeatur paratam esse communitatem, quantum ad eam concernit, et ipsi sindici brevem justiciam ministrare.

Proposuit carronerius hujus civitatis esse assignatus coram castellano Gay, occasione admocionis terre, sive fossalium per eum prope carroneriam factorum. Habe[n]t n. sindici visitare locum et providere ut eisdem videbitur esse fiendum.

Vocetur consilium L^m.

Die Martis decima octava maii. — Sindici quatuor ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, P. Fernex, Jo. de Mara, Plonjon, S. de Mara, Nergaz, Pichon, Genodi, P. Versonnex, de Aduaz, Chambet, H. Pollier.

Tyollerii, bocherius, propter rebellionem factam vigillibus, exequendo cridas in eum, privetur per quindecim dies vendicione carnium per se nec interpositam personam.

De causa Philiberti Berthellerii, nobiles sindici habeant consulere jurisperitos super admissione seu renovacione parte procuratoris domini vicedompni petitis, et ad cras refferant consulta.

[1] Lettre du 10 mai 1518, impr. par Berchtold, *Fribourg et Genève*, dans les *Archives et mémoires de la Société d'histoire du canton de Fribourg*, 5e cahier, 1856, p. 108.

Libret thesaurarius N. Tissocti, servienti episcopatus, propter certas execuciones per eum factas de mandato dominorum sindicorum, duos solidos.

(29) *Mercuri decima nona maii.* — Sindici quatuor ; — Levrier, P. Versonnex, Orsieres, Fernex, Cornaz, Plonjon, Jo. de Mara, S. de Mara, Nergaz, Pichon, H. Pollier, Chambet, de Aduaz, Genodi.

Nobilis P. Montyonis, consindicus, exposuit quod, juxta in ultimo consilio ordinata, cum aliis consindicis consuluere s. dominos Blecheret, Milliet et Suchet in causa Bertellerii, et in eadem scripserunt, ut in eorum scripta continetur. Quibus visitatis, ordinatur esse renovandam commissionem parte d. vicedompni, et respondendum per Bertellier articulis ultimo per dictum dominum vicedompnum datis[1].

Spectabilibus dominis Millieti et Suchet, pro quibus supra, dentur cuilibet duo testoni, sive dymidium scutum ad solem.

Eciam tam pro dictis actis de Bertellier quam aliis laboribus etc. habitis per dictum d. Blecheret, relacione consindici Vandelli, libret thesaurarius eidem unum scutum ad solem.

Veneris xxj maii. — Sindici quatuor ; — Orsiere, Prepositi, Fernex, Plonjon, Nergaz, Pichon, H. Pollier, Genodi.

Propter absenciam aliorum, remictatur causa Bertellerii, de qua sermo, ad primum consilium. Nec alia etc.

Sabati vicesima secunda maii. — Sindici : Montyon, Ramel, Vandelli et B. Hugonis ; — m. P. Paulus, Levrerii, Orsieres, P. Versonnex, Burdignyn, Fernex, Cornaz, Plonjon, S. de Mara, Chambet, d. de Aduaz, Millanoys, Ny. Gentil, M. de Ulmo, Ja. Nepotis, Amyaux, Jo. Sept, Ja. Frejon, Ja. de Monte, Mallieti, Jo. Fabri, Jo. Donzelli, Grassier, m. Amyer peyrolier, S. Chabo, G. Philippi, Nergaz, Prepositi, Cartellier, Pichon, H. Pollier, Genodi, de Lunes, Nantermet Tissot, Ny. du Villard, Mathieu Lucien, P. Mathei, P. Rosset, G. Curt, magister Gilliardi, L. Curtet, Jo. Bernar, Fornerat, Servelli, H. de Ponte, P. Joly, Jo. de Pileo Rubeo, Gi. Bergeron, Lullin, S. Bonnevaux, Jo. de Poste.

[1] *Procès*, fol. 26 v°, 27 (20 mai). — J.-A. Galiffe, p. 132-133.

Exposuerunt n. sindici qualiter hodie nobilis et potens Alexander dominus Aulenove, in Domo episcopali, reverendis p. d. Petro Grueti, vicario generali, Eustacio (30) Chappuisii, officiali, domino vicedompno Gebenn. et ipsis sindicis, licteras patentes[1] presentavit, quibus reverendissimus dominus noster Gebenn. princeps et episcopus eidem domino Aulenove tanquam eidem principi fore mandabat obediendum. Quibus licteris supranominati vicarius et alii, ipsis sindicis exceptis, se impromptu obedire paratos obtulerunt; ipsi namque sindici consilium vocandum, — sine quo respondere non possent, — sibi terminum dari requisierunt, quibus ad hodie prefigitur. Expositorum talis per consilium fuit responcio: erat enim dies Sabbati et vigilia Penthecostes. Cui primo, se excusando, exponant se paucos de vocatis et vocandis ad consilium, ob diem fori, habuisse. Secundo, dicant eos consiliarios et cives qui consilio interfuerunt multum novas et insolitas illas patentes licteras invenisse, concludentes eapropter eisdem non esse respondendum, donec earum tenor et substancia, pleniori vocato consilio, omnibus foret liquida et manifesta. Et hec fuit consilii hodierni matura deliberacio.

Die Martis vicesima quinta maii. — Sindici quatuor; — Levrier, Orsieres, Versonnex, Prepositi, Fernex, Jo. de Mara, Cornaz, Plonjon, Nergaz, Richardet, de Leamon, Cartellier, Pichon, Genod, Chambet, de Aduaz.

Qua die egregii Leamon et Lestelley, thesaurarius, reversi sunt a r. d. nostro episcopo et principi[2], ad quem missi fuerant[3]. Qui, juxta eorum mandata, provisionem obtinuerunt.

Die Veneris vigesima octava mensis maii. — Sindici quatuor; — Levrerii, Fernex, S. de Mara, Plonjon, Chambet, Orsieres, Nergaz, Richardet, Leamon, Pichon, Cartellier, Genodi.

Sorores Sancte Clare hujus civitatis per epistolam pecierunt propter

[1] Datées de Moncalieri, 7 mai 1518, selon Bonivard, p. 117. — Sur Alexandre de Viry, seigneur de Sallenôves, voy. *ibid.*, p. 39, 75-76.
[2] Ils rapportaient une lettre de l'évêque aux syndics et conseillers (P. H., nº 886), datée de Pignerol, 18 mai [1518], outre celle dont il sera question plus loin (15 et 18 juin, 17 août) et qui présentait une irrégularité.
[3] Voy. plus haut, p. 230 (27 et 30 avril 1518).

Deum sibi carronos[1] , ut periculum ruine in earum conventu evitetur. Mandatur thesaurario ut pro eisdem libret.

Obtineatur licencia a d. vicario ut fiant cride quod troctani vacuent civitatem, nec infecti habeant intrare, et orige hujus civitatis provideantur fustis bossetorum ad vehendum aquam, sub penis in ipsis cridis.

Missus et retentus fuit[2] Trenchent || vigil || in locum quondam Mychaelis Lyonardi, custodis hujus Domi, qui juravit in forma, sub salariis assuetis.

Fuerant empti tres equi quos conducerunt e. Leamon et Lestelley ad r. d. nostrum episcopum et principem ultra montes, quorum restant duo, qui cras in foro, ut comodius fieri poterit, vendantur.

(31) *Martis prima junii.* — Sindici : Montyon, Ramel et B. Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, P. Fernex, Chambet, de Aduaz, Nergaz, Richardet, Leamon, Cartellier, Pichon, Pollier, Genod.

Honorabilis Guilliermus Curt, parte plurium civium, exposuit quod, solacii gracia, ludo arbaliste intendebant hinc et infra menses intimare circumvicinis volentibus ludere uno precio francho dicto ludo, invenient deffensorem, dummodo n. sindicis et consilio placeret. Super quibus conclusum fuit ire debere ad r. d. vicarium et suis mandatis parere.

Fuit sermo de quadam filia, nubilis[3] filia quondam Henrici, vigilis, ut eidem largirentur ad maritandum pecunie, sed, ne trahatur ad consequenciam, nichil eidem conceditur.

Tenta causa Bertellerii, eo quod fuerunt presentati parte d. vicedompni duo salviconductus, et per procuratorem ipsius petitum projungari commissionem[4], habeant n. sindici peritos super hiis conselere[5], et scripto consilia ad primum consilium reportare, ut in eadem prout decet provideatur.

[1] Un mot en blanc. — « Item libravit die prima junii 1518 dominabus Sancte Clare, amore Dei, videlicet mille carronos. » (Tr. 3, fol. 137.)
[2] Le prénom *(Humbertus)* est en blanc.
[3] *Lisez :* nubili.
[4] *Procès,* fol. 27 rº et vº (1er juin). — J.-A. Galiffe, p. 133.
[5] *Lisez :* consulere.

Fuit relatum per Rolandi et Spatule, juratos, super differencia ediffi-ciorum inter nobilem Petrum Orsieres et Lambertum Emon, ut in rotulo. Et se compromiserunt ordinacioni n. sindicorum super eisdem cum juramento stare partes.

Veneris quarta mensis junii. — Sindici : Montyon, Ramel et Hugonis; — Versonnex, Orsieres, Fernex, Pichon, Plonjon, Chambet, Nergaz, Leamon, S. de Mara, Genodi, Cartellier.

Consulant nobiles sindici jurisperitos si veniat prolunganda renovacio sive commissio parte fisci contra Bertellier, remissaque fuit causa ad cras ordinandum [1].

Die Martis octava junii. — Sindici : Montyon, Ramel et B. Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Cornaz, Plonjon, S. de Mara, Chambet, Millanoys, Ny. Gentilis, Guilliermus Curt, Hugoninus Fabri, Jacobus Frejonis, Migerandi, P. Mathiei, Lullin, Nergaz, Leamon, Cartellier, Genodi, Fran. de Lunes, Nantermetus Tissot, Jo. Maliard, Jo. Bernardi, M. de La Doyt, Amyaux, Jo. Baudi, Bonevaux, P. Vieux, Chabo, maistre Amyer pey[rolier], le grant Jaques, Jo. Fabri, Jo. Servelli, de Pileo Rubeo, de Ponte, P. Rosset, Gilliardi, Megex, Magistri, Bolard, Hen. Pollier, de Pane, Jo. Rosset bochier, Grassier.

(32) *(Electio hospitalerii hospitalis pestilencialis.)* — Commendabilis Petrus Cornaz, civis Gebenn., per supranominatos fuit electus hospitalerius sive rector hospitalis pestilencialis S. Sebastiani et Rochi, qui sua begninitate asseptavit onus, dato sibi cohadjutore hon. Fran. Cartellerii, et juravit etc.

Et quia fuerat per consilium ordinarium remissa cognitio consilio L° presenti an magister Excertonis veniret rectorie scole civitatis exiciendus, conclusum fuit quod sic, et remictitur ad primum consilium ordinarium, per quod modus procedendi habeatur.

Causa vero Bertellerii remictitur ad cras coram suprascriptis, ita quod interim nobiles sindici consulant jurisperitos, an teneantur et debeant ire ultra montes, seu commictere ad examinandum Blanchet

[1] *Procès,* fol. 28 (5 juin). — J.-A. Galiffe, p. 134.

et Andream Navis [1], ad formam juris, ut prout decet in eadem procedatur.

Mercuri nona junii. — Sindici : Montyon, Ramel et B. Hugonis; — Orsieres, Prepositi, P. Fernex, S. de Mara, Millanoys, Nepotis dictus grant Ja[ques], Ny. Gentilis, Guilliermus Danelli, Frejonis, Bonevaux, Nergaz, Richardet, Leamon, Pichon, H. Pollier, Genodi, P. Joly, de Ponte, de La Tourt, de Leta, P. Vieux, Fran. de Lunes, Carrerii, Servelli, Jo. Baudi, Magistri, Plonjon, P. Rosseti, P. Mathei, Gilliardi, Jo. Rosset, Acqueneaz, Loys Curtet, Megex, Migerandi, Lullin, Chabo, Ny. de Villario, N. Tissot, Grassier.

Supra scriptis existentibus, nobiles sindici, ore nobilis consindici Montyon, retulerunt consuluisse jurisperitos, super hiis que herina die eisdem fuerat conclusum consulendum per eosdem esse, videlicet quod de jure non tenentur exire territorium neque comictere cuiquam ad examinandum in criminalibus, maxime detentos Pinerolii, sed coram ipsis sindicis et civibus quibus pertinet cognitio. Et ita conclusum fuit esse procedendum.

Obtineatur licencia ut fiant cride et custodiantur exinde janue civitatis, propter infectos convicinos peste, et alias ut in eisdem describitur.

Veneris undecima junii. — Sindici : Montyon, Ramel et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Cornaz, Plonjon, Chambet, S. de Mara, Nergaz, Richardet, Leamon, Pichon, Genodi.

Vocetur magister Excertonis et vocetur coram r. d. vicario, coram quo nobiles sindici, expositis causis consilii, prefigatur eidem terminus unius mensis ad scolam vacuandam.

Electi fuerunt de negocio Berthellier, cum nobilibus sindicis, e. Levrerii, Prepositi, Leamon et Chambet, ad dictum negocium consulendum.

[1] Jean Bidelman ou Biderman, dit Blanchet, et André Navis (fils de Pierre Navis, procureur du vidomne dans le procès de Berthelier), emprisonnés à Turin au début de mai, puis transférés au château de Pignerol, y furent de nouveau interrogés à plusieurs reprises du 14 au 27 mai, et Navis, en outre, les 2 et 7 juin. On les mit l'un et l'autre à la question. Leurs procès, conservés en copies certifiées par le notaire Jacques de Mermis, ou Merma, vice-procureur fiscal de Savoie (*Pr. cr. et Inf.*, n° 192), ont été traduits par

(33) *Sabati duodecima junii.* — Sindici : Montyon, Ramel et B. Hugonis ; — s. j. u. d. Blecheret ; Levrerii, P. Versonnex, P. Fernex, Prepositi, Plonjon, S. de Mara, Chambet, Millanoix, Nepotis, Ny. Gentilis, H. Fabri, Ja. Frejonis, Danelli, Chabodi, Lullini, Nergaz, Leamon, Pichon, Pollier, Genodi, Fernex ju., de Lunes, Philippi, Migerandi, Magistri, Servelli, de Poste, Nant. Tissocti, Mallieti, de Ponte, P. de Casalibus, P. Mathiez, P. Vieux, Jo. Fabri, Amy le [1] , Amiaux, Malliard, Mabosson, Grassier, Jo. Surdi, La Doyt, de Pileo Rubeo, Bonevaux, Hostellerii, Bolard, Carrerii, (Grassier).

Exposuerunt nobiles sindici quod hiis diebus institit et instat egregius Petrus Navis, procuratorio nomine m. vicedompni, sibi de commissariis ad examinandum Andream Navis et N. Blanchet, prout plenius constat in cedula presencialiter lecta, appellacioni sue in casum recusacionis responderi petendo ; et ulterius consuluisse jurisperitos duos || doctores || , quorum unus totalis opinionis ire non debere neque mictere, alius differenter reponendo [2], discretioni horum cui[bus] incombit onus judicandi remictendo. Quorum expositorum fuit conclusio quod, si non possint de jure nobiles sindici prorogare terciam et presentem parte fisci renovacionem, offerant se paratos justiciam ministrare, et quoscumque testes huc exhibendos audire et examinare, non habentes in mandatis a consilio eorum ire debere, neque mandare aut commictere.

Martis quindecima junii. — Sindici : Montyon, Ramel et B. Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Chambet, de Aduaz, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, H. Pollier, Genodi.

J.-A. Galiffe, p. 168-211, qui a aussi publié ou analysé (p. 166-168) la réquisition de l'évêque Jean de Savoie, datée de Turin, 26 avril, à tous officiers ducaux de procéder — moyennant l'autorisation préalable du duc — à l'arrestation des deux inculpés, qu'il accusait d'avoir participé au complot ourdi contre lui, — l'ordre ou mandat délivré à ces fins le 28 avril par le duc, et les pouvoirs conférés par le duc, — puis par l'évêque, — au procureur fiscal, à son substitut, et au juge criminel (10 mai). Ces quatre pièces, transcrites intégralement par J.-A. Galiffe dans ses mss., vol. VI, p. 1-2, ne font pas partie du dossier n° 192 et ne se trouvent plus aux Archives de Genève. — Cf. Bonivard, p. 120-122.

[1] Profession *(peyrolier)* en blanc.

[2] *Lisez peut-être :* respondendo.

Recurrant nobiles sindici ad consilium episcopale, exponendo errorem licterarum a reverendissimo domino nostro episcopo et principe [receptarum], ut corrigatur.

Libret thesaurarius egregio Anthonio de Fonte, pro ejus patrocinio actorum cause civitatis contra quondam r. d. Richardum de Rossillione, ut in eis legitur, necnon quibusdam informacionibus nunc cum dictis actis remissis, quatuor florenos p. p. pro omnibus.

Eciam libret corderio, qui vacavit duobus diebus reponendo et vacuando terram prope hanc Domum in Crestis, quinque solidos.

Veneris xviij junii. — Sindici : Montyon, Ramel et Hugonis ; — Levrerii, Prepositi, Fernex, Plonjon, S. de Mara, Chambet, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genod, de Aduaz.

Exposuit supra nominatus nobilis sindicus Montyon sicuti heri, (34) parte ipsorum, fuit hic magister Excertonis vocatus, cui dixerunt ut infra mensem haberet vacuare scolam, et ita habere in mandatis dicere a consiliis tam ordinario quam L°. Eciam ivisse ad consilium episcopale, ubi intererant r. p. et dominus d. P. Grueti, Eustacius Chappuisii, L. de Arlo, J. Gaugiatoris [1], s. d. Glaudius Grossi, Fabri, et magn. vicedompnus hujus civitatis. Et ibi demonstrarunt clausulam peccantem in [licteris] novissime per egregios Leamon et Lestelley a r.

[1] Ce chanoine avait succédé à Pierre du Sollier, décédé en mars ou avril 1516 (*Comptes du chapitre*, n° 12bis), dans la direction des travaux entrepris à la face méridionale de la grande tour de Saint-Pierre. On a de lui (P. H., n° 911) douze relevés mensuels des dépenses faites de ce chef : pendant une année, mai 1518-avril 1519, ils présentent un total de 796 fl. 7 s. 6 d. 1 ob. ; un compte analogue *(ibid.)* pour le mois de juin 1522 s'élève à 47 fl. 9 s. 4 d. 1 ob.

Gaugiatoris mourut à la fin de novembre 1523 (R. C., vol. XX, fol. 208). En 1518, il était curé de Neydens (*Visite épiscopale de 1516 1518*, fol. 431).

La troisième lettre de son nom est-elle une *n* ou un *u* ? La lecture Gangiatoris, adoptée par Blavignac (M. D. G., t. VI, p. 105) et M. Albert Sarasin (*ibid.*, t. XXI, p. XVII, 57, 58, 299), combattue par J.-B.-G. Galiffe (*Notices généal.*, t. V, p. 18, note), pourrait s'appuyer sur le R. C., où l'on trouve une fois Gāgiatoris (vol. XIX, fol. 279 v° ; 27 mai 1521). Mais les secrétaires du Conseil écrivent aussi, le 16 novembre 1516 (vol. XVIII, fol. 132 v° ; ci-dessus, p. 129), Gogiatoris, et le 29 novembre 1523 (vol. XX, fol. 208 v°), Gougiatoris, en sorte que la graphie Gaugiatoris devient certaine, d'autant plus que Du Cange donne le substantif *gaugiator*, en français *jaugeur*.

d. nostro episcopo et principi Pineroli expeditis, quamvis sint date Gebennis, ut in eisdem apparet, orando ut super hiis fieret reparacio, quod alias, metu fatalium, coguntur ipsi sindici ipsam causam sequi per appellacionem. Quibus per dictum consilium eisdem n. sindicis facta fuit responcio, nullam in eisdem licteris correctionem posse facere, pretendentes tamen in paucos dies e. Troctier, qui easdem signavit, hic esse, qui de facili reparabit dictum errorem; quod alias, rescribent eidem r°. d. nostro per primum euntem apud Peneirolium.

Supervenit dictus magister Excertonis, conquerendo de mandato sibi per dictos n. sindicos heri in hac aula facto, cum sine causa, eo non vocato nec audito, habeat vacuare scolam, ubi per n. antecessores sindicos, paulo ante Natalia Domini, rector dicte scole solus et in solidum fuerat admissus, eciam per modernos, absente tamen n. Petro Montyonis, consindico, et in presencia magistri Mandrillionis consencientis, approbatus fuerit. Ex quo mandato sentit se gravatum nimium, eo quod sibi sunt commensales, ex nobilibus, egregiis et hon. viris, pro quibus annonam sibi emit, et a pluribus dictorum liberorum victualia recepit; retinuitque, tam pro dictis commensalibus quam ceteris ejus scolaribus, virum doctum sub magno sallario; et sibi sint sallaria domorum pro suis scolaribus; relinquidque pinguiora loca et judicio suo commodiora, que non solum in ipsius incomodum, sed, quod durius, in dedecus cadunt et detrimentum rei publice, pluribus causis dictis que non scribuntur hic.

Martis xxij junii. — Sindici quatuor; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Cornaz, S. de Mara, Chambet, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, H. Pollier, Genod.

Fuit propositum per nonnullos conquerentes de revenditoribus caseorum, maxime illorum commorancium prope ecclesiam et in parrochia beate Marie Nove, quod, cum contingit forenses conducentes et adducentes in mercato caseos, dicti revenditores ante et infra forum retine[n]t. Super quibus fuit commissum egregio Leamon ut det ordinet [1] in hiis cum vigillibus etc.

(Admodiacio.) — Facta fuit admodiacio Johanni Martini, vigilli, de

[1] *Lisez :* ordinem.

scanno existente ante cappellam Domine Nostre de Ponte, precio unius floreni cujuslibet anni, spacio trium annorum, die [1] incohandorum et simili finiendorum, resolutis et finitis tribus annis.

Die Veneris xxv junii. — Sindici quatuor; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Fernex, Plonjon, Chambet, Nergaz, Richardet, Leamon, Cartellier, Pichon, Genod.

Egregius Petrus Navis, procuratorio nomine m. d. vicedompni, presentavit licteras in causa Bertellerii a r°. d. nostro episcopo et principi [2] supercessionis cause, super quibus concluditur esse vocandum consilium L^m^ ad cras.

(35) *Sabati xxvj junii.* — Sindici quatuor; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, P. de Fernex, Plonjon, Chambet, Millanoys, Nepotis, de Ulmo, Lullin, Julliardi, L. de Pane, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genod, F. de Lunes, B. de Crosa, Jo. Fabri, Frejon, de La Doy, Jo. Surdi, P. de Casalibus, Malliet, de Poste, Carrerii, de Ponte, Magistri, N. Tissot, Amiaux, A. de Strata, Bolard, Servelli, Chabo, de Pileo Rubeo, Mathei.

Quibus presentibus, per n. Montyon consindicum expositum fuit sicuti heri, pro parte reverendissimi domini nostri Gebenn. episcopi et principis, in causa Bertellerii fuerunt ipsis n. sindicis tradite lictere patentes, per quas mandatur esse supersedendum in dicta causa, prout in ipsis licteris lectis continetur, peciit que egregius Petrus Navis, procuratorio nomine domini vicedompni, illas observari et sibi super hiis responderi.

Proposuit ulterius quod, in causa Rossetorum contra d. Coudree, fuit lata sentencia Chamberiaci et appellatum per ambas partes Thaurini, an veniat prosequenda sumptibus communitatis vel ne, quamvis alias fuerit in principio litis per consilium L^m^ tunc, ut asseritur, [conclusum] esse prosequendum, nomine dictorum Rossetorum sive per eosdem, sumptibus dicte communitatis.

[1] Date en blanc.

[2] *Procès,* fol. 28 v°, 29 r°; J.-A. Galiffe, p. 134. — Les lettres patentes de l'évêque, datées de Pignerol, 18 juin 1518, (P. H., n° 910, original), ont eté copiées dans le *Procès,* fol. 29, et traduites par J.-A. Galiffe, p. 134-135.

Ad primum, conclusum fuit esse parendum mandatis illu. et reverendissimi d. nostri principis, et ita per n. sindicos esse presentanti respondendum.

Ad secundum, propter periculum horum ad quos appellatur, ubi non est spes consequende justicie, sed, quamprimum quicquam novi fiet, interponatur appellacio ad sedem appostolicam recurrendo, concluditur ultra non esse exbursandas per thesaurarium communitatis eisdem Rossetis in futuris expensis, sed solum in supportatis usque nunc legitimis, prout invenietur fuisse alias conclusum.

Martis penultima junii. — Sindici : Montyon, Ramel et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Fernex, S. de Mara, Plonjon, Chambet, de Aduaz, Nergaz, Leamon, Pichon, Genodi, Cartellier.

Quoniam in dies fiunt querele de hiis qui revendunt blada, sive conducunt per aquam extra patriam, conclusum fuit quod, si die fori intrent dicti conductores blada ad vehendum, teneantur exhibere in foro, et eo precio quo comuniter vendetur volentibus expedire.

Eciam exposuerunt n. sindici quod die Sabati lapsa, circa horam octavam, quidam nauta ordinarius revenditor retinuerat certam quantitatem frumenti, de qua levavit duas cupas. Et ut veritas magis emineat, conclusum fuit ipsum esse vocandum.

(36) *Veneris secunda jullii.* — Sindici : Montyon, Ramel et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Fernex, Plonjon, Chambet, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genodi, de Aduaz.

(Burgensis.) — Franciscus filius quondam Hugonis [1] Ricouz [2], de Sancto Jullino, parrochie Sancti Leodegarii, burgensis pro x florenis p. p. || *(Caucio.)* — In quorum presencia, Petrus Rosseti, alias Pillisserii, patisserius, burgensis Gebenn., firmarius introgii salis marini et salsagonum, cavet per || Johannem || Petrum Davat, sutorem, eciam burgensem Gebenn., commorantem in Po[n]te Areris, presentem etc., qui et ipsorum quilibet principaliter et in solidum promiserunt eorum

[1] Hugonini (ms. 122).

[2] La profession *(mercator)* est indiquée dans les *Comptes de la Communauté*, nº 19, fol. 9.

juramentis etc., sommam septem centum quinquaginta quinque florenorum p. p. in admodiacione descriptis [3] terminis assuetis in manibus receptoris emolumentorum solvere ; et ipse firmarius eumdem fidejussorem ab hujusmodi fidejussione indempnem servare, cum et sub aliis promissionibus, renunciationibus et clausulis in talibus opportunis.

M. Porralis. ||

Quequidem admodiacio sive minuta talis est :

Anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo, indicione sexta, die ultima mensis junii, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis prius cridis solitis, nobiles Petrus Montyon, Johannes Ludovicus Ramelli et B. Hugonis, consindici civitatis Gebenn., admodiant et in admodiacionem tradunt honesto Petro Rosseti, alias Pillisserii, patisserio, burgensi Gebenn., presenti, tanquam plus offerenti etc., introgium salis marini et salsagonum communitati pertinencium, et hoc per unum annum integrum, die crastina prima jullii incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, sub firma septem centum quinquaginta quinque florenorum pp., solvendorum terminis assuetis, videlicet festo Omnium Sanctorum, die Carnisprivii et beati Johannis Baptiste, quolibet eorumdem || terciam || partem dicte firme. Promictens etc. Sumictens se more denariorum fiscalium etc. Renuncians etc. Actum in dicto claustro, presentibus honorabili Petro de Carro, discretis Aymone de Chambet et Stephano Jolyti, testibus etc. — *(Solvit.)*

M. Porralis.

Die dicta secunda jullii. — Super querela facta per v. p. fratres conventus Pa[la]cii, fuerunt electi, parte civitatis sive prioris confratrie Corporis Cristi, egregius Petrus Levre[r]ii et hon. Michael Nergaz.

(37) *Martis sexta jullii.* — Sindici quatuor ; — Prepositi, Fernex, Plonjon, S. de Mara, Versonnex, Chambet, Nergaz, Leamon, Pichon, Cartellier, Genodi.

Eo quod fusterii, seu hii qui habent portum impedire, non cura-

[1] *Lisez :* descriptam.

verunt parere mandatis n. sindicorum, remictantur rebelles in manibus officiariorum vicedompnatus, ut pene commisse per eosdem exigantur.

Intret nobilis thesaurarius [1], vigilli, qui tenetur ex resta cride alias per eundem vigillem tente, de ejus stipendiis medietas in solutum, exinde usque ad complementum solucionis.

Libret dictus Lestelley thesaurarius Guyocto, ut in ejus rotulo hodie oblato continetur [2].

Locantur n. sindici r. d. vicario de querimonia eisdem facta, occasione querimoniarum eisdem factarum per egregium Viennesii et hon. Boulet, conreatoris [3], contra e. Jolyti et B. Boulet, qui obtinuerunt eosdem conquerentes Chanberiaci actari.

Veneris nona jullii. — Sindici quatuor; — Levrerii, Prepositi, Jo. de Mara, Plonjon, Chambet, de Aduaz, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genodi.

Locantur n. sindici r. d. vicario, ut mandetur Annissiacum ad illu. d. ducem, pro juridicione ecclesiastica.

(Burgensis.) — Guilliermus filius quondam Mermeti Navijodi, de Vyu in Sallato, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro [viij ff.] [4].

Recipiat n. thesaurarius a Petro Paqueti, in deducionem horum in quibus debentur per eum communitati, pulveres colovrine, et solvat residuum.

Eciam solvat dictus thesaurarius egregio Leamon expensas factas antea quam ivisset || Thono[nium] || ad r^m^. d. nostrum episcopum et principem, sub spe eundi, suorum equorum substentis.

(38) *Martis tresdecima jullii.* — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Prepositi, Jo. de Mara, Plonjon, Chambet, de Aduaz, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genodi.

[1] Le nom de Jean Rubei (ci-dessus, p. 221, n. 2, 228) est demeuré en blanc.
[2] « Item libravit Guyocto carpentatori causis contentis in rotulo et mandato sibi ipsi die sexta mensis jullii... ff. xxv, ss. ij, den. vj. » (*Comptes de la Communauté*, n° 19, fol. 23, article 6).
[3] *Lisez :* conreatorem.
[4] Ce chiffre, en blanc dans le R. C., se trouve dans les mss. 122 et 128. Les *Comptes de la Communauté*, n° 19, fol. 9, ajoutent : *affanator*.

Fuit conquestus honestus Petrus de Casalibus alias Rosset a Glaudio [1], vigille, presente, quod illi intulit minas mortis et illi protulit pluara [2] verba injuriosa, ut per eundem Rosseti assertum fuit, dicto Glaudio negante. Quibus inhibitum fuit eisdem ne deinceps ultra non procedant unus in alterum, nisi justicia mediante.

Providus Glaudius de Bosco, castellanus magniffici domini vicedompni, juravit observacionem libertatum et franchesiarum hujus civitatis, prout alii ita facere consueverunt.

Veneris sexdecima jullii. — Sindici : Montyon, Vandelli et B. Hugonis; — Levrerii, Prepositi, J. de Mara, Plonjon, Chambet, de Aduaz, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genodi.

R. p. frater Franciscus Maleti [3], quondam commendatarius Sancti Anthonii Berne, heri decessit ab humanis. Ob cujus mortem, ad magnifficum dominum vicedompnum nobiles sindici habeant ire et ad ejus domum, procurentque inventarium de bonis per quem decet fieri, juxta formam franchesiarum, si non appareant legitimi heredes.

[1] Nom en blanc.
[2] *Lisez :* plura.
[3] Originaire de Chambéry, archiprêtre de la chapelle du cardinal d'Ostie de 1506 à 1512, l'un des exécuteurs testamentaires de Jean-Amé Bonivard (*Chroniques*, t. I, p. 348, t. II, p. 25). Dans un anniversaire (17 janvier) fondé par F. Mallet, l'éditeur du *Registre des anniversaires des Macchabées de Genève* ajoute à tort (*Mémoires de l'Acad. Salésienne,* t. XVII, p. 208), après la mention du jour, le mot *decessit,* qui n'existe pas dans l'original, le décès étant d'ailleurs du 15 juillet.

Une lettre de Charles III, écrite de Turin le 20 octobre, sans millésime (P. H., n° 831), est adressée « à venerable nostre treschier et bien amé orateur, messire Mallet, commandeur de Berne. » « Pour ce que nous confions de vous, » dit le duc, « et que savons l'entier desir qu'avés de nous faire service, nous avons donné charge au s^r^ de Longecombe, nostre conseiller et chambellan, vous dire aucune chose de nostre part. Sy vous prions le croyre et vous transporter là où il vous dira, pour faire et vous employer en noz afferez, jouxte ce que par luy entendrés, ainsi que saurés bien faire et qu'en avons en vous nostre confiance. »

Outre la cure d'Anières et de Corsier (ci-dessus, p. 19, note), Fr. Mallet avait, en décembre 1517, celle de Saconnex. (*Visite épiscopale de 1516-1518*, fol. 351.)

Cf. t. VII, p. 293, 297, 298.

Martis vigesima jullii. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis ; — Orsieres, P. Fernex, Prepositi, Versonnex, Chambet, Aduaz, Nergaz, Cartellier, Leamon, Pichon, Genod.

Proposuit nobilis Petrus Montyonis, consindicus, quod, herina die, per ipsum cum supradictis nobili[bu]s consi[n]dicis fuit dominus vicedompnus iterum requisitus ad rel[ax]andum bona que habet de bonis quondam domini Francisci Maleti, preceptoris Sancti Anthonii Berne, et alias prout in ultimo consilio eisdem sindicis fuerat in mandatis datum. Quibus respondit nolle quicquam contra libertates et franchesias hujus civitatis facere, sed quia habet tam a consilio episcopali quam a illu. d. duci Sabaudie in mandatis ita fecisse, se offert sub conignitione dicti consilii relaxare et facere quod debebit. Super quibus conclusum fuit iterum ad eumdem d. vicedompnum ipsos nobiles sindicos ire debere et eidem testum franchesiarum ostendere, requirendo eundem ut alias quathenus relaxet bona de quibus etc., promictatque, juxta formam ipsarum franchesiarum, sub inventario esse per eosdem custodienda, protestando contra eumdem etc., et testimoniales sibi decerni.

(39) *Veneris xxiij jullii.* — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Orsieres, Prepositi, Fernex, Chambet, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Geno.

Iterum fuit propositum de bonis quondam d. commendatarii sive preceptoris Sancti Anthonii Berne et domini vicedompni. Cui locuti sunt dicti nobiles sindici hodie in castro Insule, ut ultimo fuerat per ordinarium consilium conclusum, et petite a me testimoniales, ut in eisdem.

Supervenerunt v. patres frater de Gento, cum certis aliis conventus Palacii, ordinis Sancti Dominici, qui obtulerunt realiter summam florenorum pro rehemptione quadam erga confratriam Corporis Cristi. Qui fuerunt remissi ad aventum n. Johannis Ludovici Ramelli, consindici et prioris dicte confratrie.

Eciam tento proposito de quadam muliere et quodam detentis in castro Insule, qui depredati fuerunt Lugduni quatuor taxas, cum duabus salleriis et tribus quocliaribus argenteis, cumclusum fuit ipsos cras esse fustigandos et exillio perpetuo dandos, et restitucio fiat de quatuor tassis cui pertinent.

Libret nobilis thesaurarius, seu ejus locumtenens, vinum et malvaticum strenuis ambassatoribus Confederatorum [1], prout moris est.

Martis vigesima septima jullii. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis ; — Orsieres, Fernex, Cornaz, Prepositi, de Aduaz, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genodi.

Proposuit n. Glaudius Vandelli, consindicus, sibi fuisse presentate lictere parte reverendissimi d. nostri Gebenn. episcopi et principis comissionales, in quibus mandatur cum ceteris in eisdem, ut ipsam commissionem acceptaret aut recusa[re]t, et illic[o] respondere haberet. Quibus licteris perlectis per eumdem Vandelli, respondit se non posse sane respondere donec prehabito consilio cum aliis consindicis, offerendo se paratum facere quod racioni esset consonum. Super quibus conclusum fuit recurrere ad dictum consilium episcopale, seu ad egregium Troctier, dicti reverendissimi domini nostri secretarium, quathenus copiam ipsarum licterarum concedere dignentur, ut super hiis et aliis legitime procedatur.

Veneris penultima jullii. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Orsieres, Versonnex, Prepositi, Fernex, Plonjon, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genodi, d'Aduaz.

(40) Quia Andreas Pyardi [2] obtinuit quasdam licteras dominicales contra hon. Oddetum Paquet, contra formam franchesiarum, ideo ex borgesia mandatur abboliri et commodis ac immunitatibus communitatis privari.

Videantur ordinaciones in libris et constituciones de revenditricibus facte, et ad primum consilium refferendum.

Eciam de munerio conquerente de duabus cupis frumenti, occasione molendinorum r. d. nostri episcopi, queratur et ut supra ad refferendum.

Martis tercia augusti. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — s. dominus Glaudius Grossi, s. d. C.[3] Chivallerii; Levrerii, Orsieres,

[1] « Item libravit die xxviij jullii 1518 hon. Dyonisio Dadaz pro malvesia data ambassiatoribus Alemanorum,... ff. iij, ss. vj. » (Tr. 3, fol. 138.)

[2] Reçu B. G. en 1501 (ms. 122, fol. 143, avec une note du temps signalant la présente radiation; — *Comptes de la Communauté,* n° 5, fol. 191 v°.

[3] *Lisez :* G.

Prepositi, Fernex, Cornaz, Nergaz, Leamon, Pichon, Genodi, Plonjon, Aduaz.

Proposuit n. consi[n]dicus Montyon devenisse ad eorum sindicorum noticiam r^m^. d. nostrum Gebenn. episcopum et principem quasdam commissionales licteras concessisse, ad instanciam domini vicedompni, sive procuratoris ejusdem, per quas commictitur nominatis in eisdem revisionem ordinacionis in causa ejusdem domini vicedompni contra Philibertum Bertellerii ultimo facte, una cum toto negocio principali et alias, prout in copia lecta continebatur. Per quarum concessionem videntur esse libertates et franchesie civitatis enervate. Quare super hiis fuit conclusum esse vocandum consilium L^m^, et super hiis et non venientium [1] in consilio qui vocati sunt providere.

Mercuri quarta augusti. — Sindici : Montyon, Vandelli et B. Hugonis ; — Orsieres, Versonnex, Prepositi, Fernex, Cornaz, Plonjon, Chambet, d'Aduaz, Millanoys, le grant Jaques, N. Gentil, Nepotis, Ostellerii, Curtet, (le grant Jaques,) Carrerii, Malliet, Nergaz, Pichon, Leamon, Pollier, Aqueneaz, Leta, Genodi, Lunes, Frejon, Vieux, Chappeaux Roge, J. Favre, Du Pont, Pensabin, Lullin, de Ulmo, P. Rosset, Mathiez, Bolard, de Crosa, Magistri, M. Donzel, de La Poust, Grassier, Ja. Servel, A. Rosset, P. Joly, de Monte, Migerandi, Danel, Megex, Julliardi, (Grassier,) de Fossis.

In quorum presencia expositum fuit quod, hiis diebus, fuerunt parte procuratoris m. domini vicedompni nobilibus P. Montyon et G. Vandelli, consindicis, privato nomine, quasdam [2] (41) commissionales licteras eisdem consindicis presentate, quarum copia lecta extitit, in quibus cum eisdem nominantur s. d. Glaudius Chivallerii, A. Sucheti, j. d., necnon nobiles A. de Bruello et P. de Blaisy [3], ut in eisdem continetur, date et concesse per illu. et r^m^. dominum nostrum Gebenn. episcopum, sub anno presenti et die xxv junii, in Pignerolio. Que

[1] *Lisez :* venientibus.

[2] *Lisez :* quedam, *et plus loin :* lictere.

[3] Pierre de Blanzy alias Garet, seigneur de Montvuagnard (A. de Foras, *Armorial et nobiliaire de l'ancien duché de Savoie*, t. III, p. 51). Les lettres patentes de l'évêque, du 15 octobre, lui donnent aussi le nom de « Petrus de Blansy alias Garet, » tandis que les lettres testimoniales du 4 août, signalées p. 249, n. 2, l'appellent « Petrus Bauche dictus Garet. »

lictere [1], tam eisdem nobilibus sindicis quam consillio ordinario, videntur esse concesse in enervacionem libertatum et franchesiarum civitatis. Super quibus deliberacione habita, conclusio facta fuit quod nullomodo dicti Montyon et Vandelli acceptare habeant, nec eisdem licteris parere, sed ad alios connominatos commissarios se transferre debeant, eisdem ostendendo capitula franchesiarum, ne causam ignorancie etc. Contra quos protestentur, si et quathenus ad ulteriora procedatur, nedum tanquam commissarii sed privato nomine, contra quemlibet de dampnis, injuria, interesse tocius communitatis, cujus parte mictuntur, et agendo contra eosdem suo tempore et loco, et ubi videtur expedire, et sibi testimoniales fieri, et appellaciones opportunas interponere [2].

Et ulterius, quia plures vocantur ad consillia, qui non veniunt, conclusum fuit, juxta formam franchesiarum [3] et capituli 28, quod in consilliis L^is^ et extraordinariis qui vocati fuerint legitime, et subsit legitima causa, teneantur ad tres solidos.

Veneris sexta augusti. — Sindici quatuor ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Fernex, Plonjon, Nergaz, Leamon, Pichon, Genodi, Versonnex, S. de Mara.

Johannes Gallesii prestitit juramentum, ut moris, et admissus in custodem vinearum de [4] .

Viso rotulo per n. Lud. de Lestelley exhibito et perlecto coram

[1] Par ces lettres, dont nous n'avons que l'analyse dans le document du 4 août, l'évêque chargeait six commissaires (dont deux syndics) d'instruire et de juger le procès de Berthelier.

[2] Les lettres testimoniales, sur parchemin, délivrées aux syndics P. Montyon, C. Vandel et B. Hugues, le 4 août, au sujet de cet appel, par Louis de Menthon, chanoine de Genève et protonotaire apostolique, « tanquam auctentica et in dignitate ecclesiastica constituta persona, » ont été ajoutées en 1882 à la copie du procès de Berthelier (*Pr. cr. et Inf.*, n° 190). Auparavant, elles servaient de couverture au dossier 228 (procès dit des fugitifs, 1527-1528). Ni cet acte, ni les lettres patentes de l'évêque, des 25 juin et 15 octobre, ni les diverses pièces ou requêtes dont il sera question aux séances des 13 août, 26 et 28 septembre, 1er, 8 et 29 octobre 1518, ne figurent dans la copie du procès, et par conséquent dans l'analyse de J.-A. Galiffe.

[3] M. D. G., t. II, p. 330, n° XXVIII.

[4] Nom en blanc.

nobis et consulibus, fuit conclusum quod intrentur contenta in eodem, per hon. Pichon prius signato [1].

Martis decima augusti. — Sindici quatuor; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Prepositi, Fernex, Plonjon, Leamon, Pichon, Chambet, Aduaz, Genodi.

Ut clarius appareat omnibus scire volentibus regimen seu administracionem hospitalis pestilencialis hujus etc. per quondam hon. Johannem de Saxo, ultimum rectorem dicti hospitalis, comictuntur computa revidenda in manibus n. P. Versonnex, e. Prepositi, Leamon et Chambet, et ad refferendum ad primum consilium.

In causa Rossetorum, eo quod P. Rosseti, suo et ejus fratrum nominibus, peciit tradi pecunias ad prosequendum ipsam causam nunc vertentem per appellacionem coram residente consilio Thaurini, fuit conclusum quod afferantur hic acta et de patrocinatu et preteritis fiet.

(42) *Die tresdecima augusti.* — Sindici : Vandelli, Hugonis [2] et, pro Montyon, Leamon; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Prepositi, Plonjon, Nergaz, Fernex, Chambet, Pichon, Aduaz.

Retulerunt egregii Prepositi, Leamon et Chambet, quibus cum n. Petro Versonex fuerat commissa revisio computorum quondam Johannis de Saxo, occasione hospitalis pestilencialis, vidisse et visitasse ipsa computa, nichilque superflui in eisdem invenisse, nec ubi posuit arma sive marcham existencia in dicto hospitali, que parva non sunt,

[1] « Item libravit sibi ipsi receptori causis contentis in rotulo et mandato de intretis sibi facti *(sic)* nobis auditoribus computorum, dato die sexta augusti anni predicti, ff. j^{c}lxj, den. ix. » (*Comptes de la Communauté,* n° 19, fol. 23 v°, article 7.) — La même formule est employée, les 9 juillet 1518, 28 janvier et 4 février 1519, pour trois mandats au montant de 183 fl. 5 s., 647 fl. 4 s. 1 d., et 795 fl. 11 s. (*Ibid.,* fol. 23 et 24, articles 5, 17 et 20.) Elle montre qu'en présentant un compte détaillé, le receveur général ou trésorier, Louis de Lestelley, se faisait rembourser ou créditer, en bloc, des sommes versées à divers et inscrites, en partie tout au moins, dans son livre de paiements, Tr. 3, fol. 135-142.

[2] La veille, 12 août, « Bezanzonus Hugonis, pelliparius, » était témoin d'une donation faite par Yolande de Gingins, dame de Vanzy, fille d'Amédée de Gingins, seigneur de Beaumont, à son mari, Étienne de la Mare. (*Minutes de Claude de Compois,* notaire, vol. I, fol. 165, 178-181.) — Cf. Bonivard, t. II, p. 130.

comperiuntur per eum fuisse computata, sed Dei amore donavit, et plurima bona in eodem hospitali fecit. Ideo, hiis auditis, conclusum fuit quod. modernus rector, nobilis Cornaz, habeat recipere, manu nobilis Johannis Donzelli, [heredis] dicti quondam de Saxo, omnia pertinencia dicto hospitali, ad formam computorum et inventarii, et sibi quictanciam fieri [1].

Nobiles sindici habeant prosequi appellacionem, cum consilio, ubi eorum fuerit voluntatis in causa Bertellerii, prout jam alias extitit conclusum [2].

Hon. Johannes Nycodi, cum vicinis suis numero novem, conquesti fuerunt de quadam nominata Glaudia Curagiaz, propter ipsius Glaudie lenocinia et forefacta. Super quibus mandatur sumi per scribam vicedompnatus informaciones, et si constet, capi ut justicie sit locus.

Martis xvij augusti. — Sindici : Leamo pro Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Fernex, Chambet, Nergaz, Cartellier, Pichon, de Aduaz, Plonjon.

Fuerunt remisse lictere obtente sive concesse per r. d. nostrum episcopum et principem egregio ejusdem principis secretario Troctier, que ultimo fuerunt apportate per e. Leamon et Lestelley super causa d. Karoli Magni, ut data corrigatur etc., quas correctas restituere convenit.

Petrus Tilliet, constitutus custos vinearum de [3] , juravit more solito.

Veneris xx augusti. — Sindici qui supra proxime; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Fernex, J. de Mara, Nergaz, Cartellier, Genod, Chambet, Pichon.

Providus Petrus Vandelli, mercator, burgensis Gebenn., juxta

[1] Voy. J.-J. Chaponnière et L. Sordet, *Des hôpitaux de Genève avant la Réformation,* M. D. G., t. III, p. 320.

[2] « Item libravit die xxiij augusti 1518, per manus domini sindici Vandelli, doctore [*lisez* : doctori] qui visitavit jura et fecit apellacionem interjecta[m] pro gravaminibus latis ad causam commissionis cause de Bertellier... in uno scuto, ff. iij, ss. vij. »

« Item libravit, per manus Vandelli, clericis qui copiam fecerunt capitulorum franchesiarum et instrucionum ad consultandum, videlicet ss. x, den. vj. » (Tr. 3, fol. 138 v°.)

[3] Nom en blanc.

tenorem quarundam licterarum a r. d. vicario eidem concessarum, quas exhibuit, promisit quandam porticulam nemoream prope portam Tartassie per eundem fiendam apportare cla[ve]m dicte portelle in manibus n. sindicorum.

(43) *Martis vigesima quarta augusti.* — Sindici : Vandelli, Hugonis et substitutus Leamon pro Montyon; — Orsieres, Prepositi, Fernex, Plonjon, Chambet, Aduaz, Nergaz, Cartellier, Pichon, Genodi.

Admodiacio ponderis bladi.

Anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo, indicione sexta, et die vigesima quarta mensis augusti, nobiles Glaudius Vandelli et Bezansonus Hugonis, consindici, qui, pro aliis procuratoribus civitatis Gebenn., admodiarunt et in admodiacionem tradiderunt hon. Johanni Humberti, carterio, civi Gebenn., presenti, pondus bladi, cum suis pertinenciis, pro parte et porcione communitati pertinente et spectante, per unum annum integrum, die decima septima mensis hujus augusti incohatum et simili die finiendum, anno revoluto, sub firma centum florenorum p. p., solvendorum terminis assuetis. Ad cujus preces et riquisicionem, se dat et constituit fidejussor principaliter et in solidum honestus Johannes Chappellet, fonditor metalli, burgensis Gebenn., qui promisit in forma etc., ipseque principalis fidejussor indempnem servare etc. Promictentes etc. Submictentes se etc. Renunciantes etc. Actum in Domo communi et in aula in qua consilium ordinarium celebrari solet. Presentibus ibidem n. Petro Orsieres, Guygone Prepositi, P. de Fernex, Aymone de Chambet, et pluribus aliis, testibus etc.

M. Porralis.

(44) *Veneris xxvij augusti* [1]. — Sindici : Vandelli, Hugonis et, pro Montyon, Leamon; — m. d. vicedompnus; Levrerii, Orsieres, Prepositi, Fernex, Plonjon, Nergaz, Pichon, Genodi, S. de Mara, Chambet.

Presente suprascripto domino vicedompno, proposuit egregius secretarius Montyon pro n. de Millanensibus qui cum eo, quod ipse de Millanensibus molestabatur et per officiarios d. vicedompni assignabatur tenturum arrestum ad castrum Insule, sumpta occasione quod rebellis fuerat parere mandatis parte n. sindicorum cuidam vigilli, que carent veritate, supplicando se in pace dimicti, paratum se offerendo de juri etc. Quibus expositis, contemplacione dicti secretarii, fuit idem de Millanensibus per ipsum dominum vicedompnum relaxatus.

[1] Dans le registre, cette séance se trouve après celle du 31 août.

Pro parte n. et potentis domini Lucingii, quidam servitor ejusdem domini peciit visitacionem fieri cujusdam puthei, existentis ante domum ipsius domini, prope conventum Rippe, asserendo illum putheum esse ad immondicies recipiendum et carere aqua, adeo quod efficitur inutilis. Conclusum fuit quod hodie per n. sindicos dictus putheus visitetur, et provideatur opportune.

(43 v°) *Martis ultima augusti.* — Sindici : pro Montyon Leamon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Fernex, Plonjon S. de Mara, Chambet, Nergaz, Pichon, Genodi.

Affuit m. dominus vicedompnus. In quorum presencia, e. Leamon, loco de Montyon, exposuit conquerendo eidem domino vicedompno de hiis qui perpetrarunt latrocinium in domo [1] , patisserii illu. d. ducis Sabaudie, qui delinquentes videntur discurrentes per civitatem, nec detinentur, quamvis idem denunciet, ut asserit, pluraque alia maleficia remanere impugnita. Quibus respondit ipse d. vicedompnus fuisse eidem inhibitum parte d. vicarii, asserendo assertos inquirendo esse clerico[s] et quod ad eum d. vicarium spectat cognitio. Quare super hiis conclusum fuit n. sindicos ire debere ad eumdem dominum vicarium, et contra eumdem protestari quod per eos non stat quin de ipsis maleficiis fiat inquisicio.

Et, in exitu consilii, n. supra nominati sindici in Sancto Petro locuti fuerunt r. d. vicario, prout supra protestando etc., presentibus egregio J. Porterii et dicto conquerente patisserio.

(44 v°) *Veneris tercia septembris.* — Leamon pro Montyon, sindici Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, Chambet, Cartellier, Pichon, Genodi, S. de Mara.

[1] Nom en blanc.

Retulerunt supra nominati n. sindici exposuisse et protestati fuisse r. p. d. vicario et contra eumdem, prout ultimo ibidem fuit conclusum.

Martis septima septembris. — Sindici : Vandelli et, pro Montyon, Leamon ; — Orsieres, Prepositi, Fernex, Chambet, ‖ Lestelley, ‖ Nergaz, Pichon, Genodi.

Honorabilis Pichon, tanquam operarius fabrice, habeat perfici facere turrim Sancti Gervasii, prout pluries extitit [con]clusum, et mandatur thesorario opportuna ministrare prout decet.

Lecta fuit lictera parte m. d. Bernensium ad instanciam cujusdam Alemani n. sindicis missa ; qua visa, offerant se n. sindici pro posse solicitare quantum ipsis interest.

(45) Ulterius audita querela egregii Fusserii et Rossetorum, vadant n. sindici ad r. d. vicariuni et sibi exponant que gesta et concessa per eumdem d. vicarium in personas dictorum Rossetorum fuerunt ; et sunt contra libertates et franchesias et contra omnem formam juris, cum non auditi fuerint in opposicionibus suis, sed assignati ad domos episcopales, supplicando quod in hiis advertere velit, et justiciam citra enervacionem libertatum ministrare.

Veneris decima septembris. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Plonjon, Prepositi, Chambet, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genodi.

Egregius P. Navis exposuit intellexisse quod domini Bernenses n. sindicis scripserunt de quadam civili causa, existente inter eumdem Navis et quemdam Bernensem nomine Gauttement Zoller, qui narravit causam esse presenter Vienne per appellacionem. Nichilominus exibuit ejus expleta, quibus mediantibus domus de qua lis etc. pertinet filie quondam patris debitoris dicti Zoller, precando ut, parte n. sindicorum et consilii, ad eosdem d. Bernenses rescribere dignentur. Sed quia nulla subest causa digna responcione, donec alia eme[r]gant, conclusum fuit pro nunc non esse rescribendum.

Fiat mandatum vigillibus ob pulsacionem magne campane anni presentis, ut moris.

Martis deeima quarta septembris. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, Chambet, Leamon, Cartellier, Pichon, Genodi.

Discretus Matheus Carrerii exhibuit rotulum expensarum factarum per eum de mandato n. sindicorum, prout in dicto rotulo, qui commictitur Pichon ad visitandum, et mandatur thesorario quod eidem satisfaciat.

Fuerunt visitate juris allegaciones per dictum Carrerii apportatas [1], ut in eisdem.

Veneris xvij septembris. — Sindici : Montyon et B. Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, Chambet, Leamon, Cartellier, Pichon, Genodi, Aduaz.

Obtineatur licencia a r. d. vicario proclamandi et colendi processiones per ix dies per parrochias. Et fiant cride contra revenditores, ut non habeant ante decimam quicquam emere in foro ne[c] alibi, donec preterita decima hora, et alias prout in ipsis cridis.

(46) *Martis xxj septembris.* — Sindici : Montyon et Vandelli ; — Orsieres, Prepositi, Fernex, Cornaz, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genodi.

Amedeus Magnaz peciit commicti juratis operariis soliti[s] terminare predia infra limites Gebenn., ad figendum terminos sive limites inter eumdem et [2] Cohennet, de Ponte Areris. Quibus operariis commictitur ut limitent.

N. Petrus de Fernex conquestus fuit a hon. Georgio Genodi, ejus vicino, eo quod sunt sibi Genodi et prope domum ipsius n. de Fernex cloache rupte. Cui Georgio fuit injunctum ut infra tres dies habeat reparari facere, ne pericula oriantur.

Veneris xxiiij septembris. — Sindici : Montyon, Vandelli et B. Hugonis ; — Prepositi, Planjon, Chambet, Leamon, Pichon.

Datur in mandatis egregio Leamon, quathenus adlocatur pyagerium pontis Areris hujus civitatis, ut restituat pignus oblatum per ipsum

[1] *Lisez* : apportate.
[2] Prénom en blanc.

cuju[s]dam pauperis vidue habitatricis Gebenn., ob non solucionem pedagii, ad quod non tenetur, cum sit de ejus pensione ut asserit.

Dominica die xxvj septembris. — Sindici: Montyon, Vandelli, B. Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Cornaz, Acqueneaz, Plonjon, Chambet, Aduaz, Millanoys, Danelli, de Ulmo, Frejon, Megex, Curtet, Panissodi, Migerandi, maistre A. peyr[olier], Mahuet, Bonevaux, A. Rosset, Gentilis, Gilliardi, Pellis, Amyaux, Servelli, de Crosa, Magistri, Poralis, Bolard, Monachi, P. Anthonii, Nantermetus Tissocti, Jo. Favre, Chabodi, Nergaz, H. Pollier, Genodi, Mabosson, Philippaz, Savoex, Leta, Ja. Paquet, Rupfi, de Pileo Rubeo, Lullini, Ja. Bert, Le Picard, Grassier.

In quorum presencia, e. magister Glaudius Excertonis, arcium liberalium licenciatus, proposuit se esse recessurum, parendo mandatis sibi nomine consilii quinquagenarii per n. consindicum a tribus mensibus citra factis, ob observacionem statutorum scole, per eum in manibus cujus tempore sue rectorie admissionis juratorum, ut plenissime cum gravaminibus suis dudum supra notantur, ortando omnes assistentes ut futuros rectores melius eo tuheantur, pluraque memoratu digna exposuit, orando si cuiquam plus debito fecerit veniam impertiri.

Ulterius quasdam reparaciones asseruit fecisse utiles in dicta scola, que commictuntur visitande et quathenus neccessarie sibi solvantur [1].

(47) R. d. Eustacius Chappuysii, officialis Gebenn., tamen delegatus per illu. d. Sabaudie ducem, post lectam licteram credencie [2], exposuit quod dictus illu. d. dux eidem dedit in mandatis n. sindicis explicare ejus bonum velle, quod habet erga cives et totam communitatem Gebenn., maxime in tuhicione eorumdem libertatum; et quamvis intellexerit r. d. Gebenn. episcopum assentiri destructionem earundem, si in aliquo requiratur, cognoscetur illum esse protectorem libertatum et communitatis, et maxime in pacifficacione litis currentis de Bertellier.

[1] « Item libravit magistro Claudio Excertonis, causis contentis in rotulo et mandato sibi facti *(sic)* die prima octobris..., ff. ix, ss. vj. » (*Comptes de la Communauté,* nº 19, fol. 23 vº, article 10.) — « Item libravit... Mychali Chavano, pro pena taxandi mobilia remissa per magistrum Excertonis in scola, ss. iij. » (Tr. 3, fol. 139.)

[2] Datée de Chambéry, 10 septembre [1518], P. H., nº 888.

Et hiis propositis, n. consindicus Montyon, in absencia dicti d. officialis, proposuit causam congre[ga]cionis presentis consilii fuisse super eo quod Sabati, que fuit heri 25 hujus, fuit dictus Bertellier iterum citatus ad videndum presentari te[s]tes coram commissariis, s. d. Chivallerii, Sucheti et aliis duobus n., ultra et contra ac in prejudicium interposite appellacionis. Super quibus conclusum fuit quod nobiles sindici vadant ad dictum d. officialem, quem intellexerunt infra duas horas iturum ad illu. d. ducem, quathenus, nomine tocius communitatis, dignetur de expositis eisdem parte d. ducis gracias refferre ipsi domino duci. Eciam velit instare idem dominus officialis erga commissarios supra nominato[s], ut supersedeant in causa contra Berthellier usque alia eveniant super per eum dictis.

Postmodum vadant ipsi n. sindici ad s. d. Suchet et Chivallerii, concomissarii [1], si non supersedeatur, illos precando, parte tocius consilii ordinarii ac quinquagenarii, eo quod sunt cives et burgenses, ut velint in eadem causa cessare ab ulteriore prosequtione, actenta appellacione etc., et juramento etc., alias quod in exoneracionem eorundem, ne in futurum de silencio notarentur, congre[ga]bitur consilium generale sono magne campane, quo, mediante Deo primo, omnia recte fieri valeant.

Martis die xxviij septembris. — Sindici: Montyon, Vandelli et Hugonis; — Orsieres, Prepositi, Plonjon, Chambet, Leamon, Pichon, Genod.

Fuerunt lecte lictere a Penerolio per Bidalis, vigilem, [apportate] a r. d. nostro Gebenn. episcopo [2], tam missive quam patentes, super remissione penarum declaratarum contra v. d. Karolum Magni, ut in eisdem, que reponantur tute, ut moris est in similibus.

Fiat mandatum vigillibus pro stipendiis termini festi beati Michaelis proxime futuri, ut moris est.

(Contra P. Joly.) — Super querimonia facta per honestam Annam,

[1] *Lisez* : concommissarios.

[2] C'est probablement à cet envoi d'un messager à Pignerol que se rapporte la mention suivante : « Item libravit die xxvj septembris 1518 Glaudio de Cresto, qui fuit in Pedemoncio in Penerolio versus r. dominum episcopum, ff. vij. » (Tr. 3, fol. 139.)

filiam quondam Lyoneti de Alemanis, eo quod spoliavit, ut asserit, auctoritate propria, sive deportavit plura mobilia eidem Anne pertinencia per decessum hiis diebus quondam n. Marie de Bordis, quondam matris dicte Anne, conclusum fuit per n. sindicos et procuratorem communitatis, prout juris, instare debere contra dictum Joly, ut decentem faciat reparacionem.

Ulterius, Bertellerii peciit sibi decerni testimonialis [1] per n. sindicos, quod processus per commissarios in ejus causa deputatos et omnia gesta per eosdem sunt in enervacionem libertatum. Conclusum fuit per eundem Bertellier esse formandum in scriptis proposita, et remictitur ad primum consilium.

(48) *Veneris prima octobris.* — Sindici : Montyon et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, Leamon, Pichon, Genodi, Chambet.

Bertellier porrexit supplicaciones juxta in ultimo consilio de ipsius Bertellier negocio propositá. Cui respondeatur ultra non habere potestatem decernere aliquas licteras, nec ad aliquos actus in ipsa causa procedere ipsi sindici, cum eisdem fuerit per r. d. nostrum Gebenn. episcopum inhibitum etc.

Dominica tercia octobris. — Sindici : Montyon, Vandelli et B. Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, P. Taconis, P. de Fernex, Chambet, Aduaz, Nergaz, Pollier, Genod, Lunes, Millanoys, Nepotis, D. Vuarambert, Ja. Frejonis, Grassier, Gilliardi, P. de Cresto, de Thulia et ejus frater, A. le peyrolier, Panissodi, G. Perrin, S. Bonevaux, Balard, Robertus Peyrolerii, Chabo, Quoquet, Migerandi, Bolard, Amyaux, Carrerii, B. de Crosa, Poralis, Magistri, J. Surdi, P. Anthoynne, P. Villiet, Mabosson, Jo. Fabri, Guy Comitis, S. de Mara, de Croso, Pensabini, B. Genodi, Pellis, Pilliodi, Paquet, A. Gervaix, Lucien, J. Donzel, N. Tissot, Ja. Bert, P. de Casalibus, Le Veyrier, Mahuet, M. de Ladoyt, A. Rosseti, de Poste, N. Bouvier, Curt, Jo. Valeti, n. Ja. de Sonzier, Baudi, Pitardi, Jo. Bernard, Caddo, H. Fabri, de Pileo Rubeo, de Carro, cum pluribus ignotis etc.

Quibus fuit per n. sindicos expositum quod, hac die et ante diem claram, fuerunt apposite [2] duo capita cum membris, sive duobus bra-

[1] *Lisez :* testimoniales. — [2] *Lisez :* apposita.

chiis, in arbore nucis ante ecclesiam Domine Nostre de Graciis, ignorantes de cujus mandato etc. [1].

Et ulterius d. vicedompnus Consilii eisdem sindicis tradidit, parte illustrissimi principis domini ducis Sabaudie, quasdam licteras credencie, quibus exposuit habere instructiones super eisdem licteris, que inter cetera portant quod ipsi n. sindici non habeant, nec alius, impedire nec perturbare quemlibet commissarios [2] in causa Bertellier parte r. d. Gebenn. episcopi et principis nostri deputatos.

(49) Super quibus, primo recurrant n. sindici ad d. vicarium, omnia hec exponendo, et ab eodem medium agendi obtineant.

2° Requiratur dictus dominus vicedompnus ut ad dictum illu. d. ducem, secum n. Michaele Nergaz, ire dignetur. Et post decentes commendaciones parte dicte civitatis, eum requirere habeant, ut declaret si dicta execucio fuerit de ejus mandato vel non ; et illi exponere quomodo hec omnia, eciam commissio dicta cause Bertellerii, sunt innovaciones contra franchesias et libertates dicte civitatis, quarum, sua be[ni]gnitate, semper dicit se esse protectorem. Eciam pari modo, si suo mandato non fuerint gesta, pro eadem civitate intercedere dignetur apud r. d. n[ostrum] Gebenn. episcopum et principem, ut enervata reparentur, et alias prout eorumdem discrecioni videbitur expedire.

Martis quinta octobris. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Aduaz, Versonnex, Leamon, Pichon, Genodi.

[1] Voy. V. Anshelm, *Berner-Chronik,* éd. de 1884-1901, t. IV, p. 340 ; Bonivard, *Chroniques,* t. II, p. 124-126. — La sentence capitale rendue à Pignerol contre Blanchet et Navis n'existe pas dans leurs deux procès (ci-dessus, p. 237, note), qui ne contiennent aucune pièce postérieure au 27 mai, ou au 7 juin.

A l'appui des « articles » présentés par le procureur fiscal dans le procès intenté en 1526 à l'ancien syndic François Cartelier, il existait un exposé des faits, rédigé également par la partie publique. On y lisait que « la prétendue conspiration pour laquelle Blanchet et Navis furent exécutés avait été inventée, comme le duc le déclara lui-même, en présence des syndics, des conseillers et de plusieurs autres personnes, dans la maison de no. Jacques de Pesmes, seigneur de Brandis. » — Cette pièce et beaucoup d'autres ne font plus partie du dossier (*Pr. cr. et Inf.,* 2e série, n° 138) : J.-A. Galiffe les a traduites ou analysées (p. 239 et suiv.).

[2] *Lisez :* commissariorum, *et plus loin :* deputatorum.

Fiant per secretarium civitatis equancie inter Reymondum de Cusenens et Johannem de Retro, ad dicti de Cusenens requisicionem, de quadam re de feudo civitatis movente. Et eidem de Retro injungatur ut habeat admovere et tollere quecunque existencia ante domos ipsorum de Cusine[n]s et de Retro, platheam communem impediencia.

Magister Mandrilionis quedam ridiculosa sive barbare exposuit, qui fuit remissus ad majorem congregacionem.

Mercuri vj^ta octobris. — Sindici: Montyonis, Vandelli et Hugonis; — d. vicedompnus; Levrerii, Versonnex, Prepositi, Plonjon, S. de Mara, Aduaz, Nergaz, Leamon, Pichon, Pollerii, Genodi, Cornaz.

Supra nominati d. vicedompnus et Nerga, regressi [1] a illustrissimo d. duce Sabaudie, presentaverunt quasdam missivas licteras, super quibus et aliis vocetur consilium L^m ad cras, hora ordinaria.

(Consilium L^m.) — Jovis septima octobris. — Sindici: Montyon, Vandelli et B. Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Prepositi, Cornaz, Plonjon, S. de Mara, Aduaz, Millanoys, Nepotis, Frejonis, Megex, G. Curt, Ballard, Bonevaux, Chabodi, Nergaz, Leamon, Pichon, Genodi, Ny. de Villario, Gilliardi, Jo. Baudi, F. de Lunes, (50) Carrerii, de Poste, Donzelli, Poralis, de Casalibus, P. Anthoni, Jo. Fabri, Lullini, A. le peyrolier, Bolard, Grasserii, Jo. Bernardi.

Lecta lictera missiva apportata per d. vicedompnum et n. Michaelem Nergaz a illustrissimo d. duce Sabaudie [2], idem Nergaz verbo exposuit exoneracionem ipsorum missorum ut supra. Super quibus melius et maturius agendum, fuerunt juncti consilio ordinario et electi parte consilii L, videlicet hon. Philippus de Turre, Ste. Bonevaux, G. Curt, B. de Crosa, Jo. Bernardi, Ja. Servelli, Millanesii, Nantermetus Tissocti, Balard et Grasserii, ad fines tucius in opportunis agendi, et remictuntur ad cras.

[1] « Item libravit dicta die [viij octobris 1518] domino vicedompno, qui fuit Anessiacum versus dominum ducem, pro facto de Bertellier et pro membris possitis *(sic)* in Plano Palacio, videlicet sex scutos solis vallentes ff. xxj, ss. vj. — Item libravit n. Mychaele *(sic)* Nergaz, pro viagio per ipsum facto cum domino vicedompno, pro negociis supra scriptis, duos scutos solis vallentes ff. vij, ss. ij. » (Tr. 3, fol. 139 v°.)

[2] Lettre datée d'Annecy, 5 octobre [1518], P. H., n° 888, impr. par J.-A. Galiffe, p. 151-152.

Ebdomadarii vigilles quatuor, cum huisserio seu portitore aule consilii, fuere soluti aliorum more.

Nemine discrepante, concedantur scole magistro Ludovico, olim suba[l]terno magistri Excertonis, prout melius consilio ordinario videbitur esse fiendum.

Veneris octava octobris. — Sindici: Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Prepositi, Cornaz, Plonjon, S. de Mara, Aduaz, B. de Crosa, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Pollier, Genodi, Curt, Millanoys, Philippe de Turre, Servelli, Nepotis, Megex, Grassier, Balard, Bonevaux, Frejonis, de Poste, N. Tissocti, de Casalibus.

Suprascriptis in consilio existentibus, supervenit unus nuncius Friburgi, quasdam licteras missivas [1] parte dominorum Friburgensium missas defferens, quibus lectis, ut super eisdem maturius procedatur, remictitur consilium ad hodie, hora prima post meridiem.

Libret n. Lestelley, Dei amore et pro celebrandis missis de Sancto Spiritu in quatuor conventibus, cuilibet unum florenum.

Eodem die et presentibus quibus supra, fuit conclusum, primo, quod rescribatur [2] r. d. nostro Gebenn. episcopo et principi de negociis occurrentibus, videlicet enervacione franchesiarum, occasione tam appositorum ante ecclesiam beate Marie de Graciis quam commissione cause Berthellerii, dictamine egregiorum Levrerii et Nergaz, cum diligencia per postam, qui habeat portare licteras missas a dominis Friburgensibus.

Item eciam illustrissimo domino duci, ut supra describitur.

[1] Du 5 octobre (P. H., n° 908, original). — Impr. par Berchtold, *op. cit.*, p. 108-109, d'après la copie des Archives de Fribourg. (Le même jour les magistrats de cette ville écrivirent aussi à l'évêque de Genève (*ibid.*, p. 109-110) et au duc de Savoie.) — Une lettre précédente, du 7 juillet 1518 (P. H., n° 908), n'a pas été mentionnée par le R. C., non plus que celle du 23 octobre 1517 *(ibid.)*. — Ces missives, de même que celles des 10 mai, 4 novembre, 16 décembre 1518, 18 janvier 1519, recommandent toutes au Conseil « nostre bourgeois Philibert Bertillier. »

[2] Cette lettre est très probablement la pièce P. H. suppl. n° 64 (minute ou copie, sans date), provenant de la « Collection Galiffe » et rentrée aux Archives en 1915. Une note ms. de J.-A. Galiffe la date de 1519 et la dit « de la main de Bezanson Hugues; » la seconde affirmation est en tout cas inexacte.

Martis xij octobris. — Sindici : Montyon, Vandelli et Huguez ; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Prepositi, Plonjon, Aduaz, Nergaz, Leamon, Pichon, Cartellier, Genod.

(51) S. d. Coudree, continuando requisicionibus, ut dicit, n. sindicis dudum factis, ut sibi fiat restitucio cujusdam bosseti vini, sibi per Johannem Vallet veluti introgiarii tunc bossetorum levati, asserendo se esse immunem debere, cui fiat responcio quod alias fuerunt electi, tam parte domini Coudree quam civitatis, ad cognoscendum de premissis ; quod de novo semper parati sunt stare cognicioni eligendorum super premissis.

Veneris xv octobris. — Sindici : Montyon et B. Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Adduaz, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Pollier.

Conceduntur scole egregio magistro Ludovico Beljaquet, arcium magistro, sub condicione quod nichil habeat a parvullis civibus existentibus in paleta et sub pedagogo percipere, et illi notifficetur, remictendo eumdem ad prestandum juramentum ad aliquam diem congruam, et tunc fiendum inventarium.

Libret n. Lud. Lestelley Lud. de Nanto, vigilli, Dei amore, solidos duodecim.

Martis xix octobris. — Sindici : Montyon, Vandelli et B. Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Plonjon, Prepositi, Nergaz, Leamon, Pichon.

Quaquidem die, Falconnet, qui destinatus fuerat a[d] r. d. nostrum episcopum et principem et illu. d. ducem Sabaudie, reportavit licteras cum provisione, quibus lectis, conclusum fuit esse vocandum consilium, cum electis hujusmodi negocii, ad cras.

Mercuri xx octobris. — Sindici : Montyon, Vandelli, Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Fernex, Prepositi, Cornaz, Plonjon, Chambet, Grassier, N. Tissot, Aduaz, Millanoys, Nepotis, Megex, Frejon, Balard, La Tour, Bonevaux, Poste, Nerguaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Pollier, Genod, Curt, Jo. Bernard, Lullin, de Crosa.

Perlectis licteris missis cum mandato a r. d. nostro Gebenn. epis-

copo, de quibus in ultimo consilio, conclusum fuit esse vocandum consilium quinquagenarium ad Veneris, ut eligantur ambassatores, et in hiis prout melius videbitur esse fiendum provideatur.

(52) *Veneris xxij octobris.* — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Fernex, Cornaz, Plonjon, Tacconis, H. Fabri, Aduaz, Millanoys, N. Gentilis, Jo. Sept, Frejon, Luciani, Cartellier, Tornier, Curtet, Gilliardi, Poterelli, H. Ragez, de Pileo Rubeo, Cheynallet, Bellot, Balard, Furjodi, Navilliouz, Nergaz, Cartellier, Leamon, Pichon, Curt, N. Tissot, Jo. Bernard, Mabosson, Le Veyrier, Girbelli, X. [= Chr.] Tombet, Jaquier, Girardin, P. de Casali, La Tour, Jo. Fabri, Philippi, Amiaux, de Poste, Magistri, Danelli, Jo. Baudi, Lullin, Migerandi, Jo. de Annissiaco, Balmes, Gervays, Bachodi, A. Paquet, P. Villieti, Ballon, Byolley, Souquie, Probi, Seres, Regis, Cardinal, Evesque, Serragini, Teveni, de Nemore, Revangii, de Cresto, Chenevalis, de Gerdili, [1] fondeur, de Becio, (Regis,) M. de Dulia, cum pluribus aliis.

Quibus presentibus, iterum fuerunt perlecte [lictere [2]] apportate per Falconet, prout in precedentibus duobus consiliis mencio fit, omnibusque perpensatis, concluditur quod n. sindici habeant rogare d. vicedompnum ut, cum n. Michaele Nergaz et Leamon, iterum ire dignetur ad r. d. nostrum episcopum et principem ac illu. d. ducem Sabaudie, rogantes ut juxta eisdem principibus ultimo scripta parte communitatis, et, quilibet ipsorum quantum eum concernit, velint et dignentur permictere quod, in causa Bertellierii procedatur prout assuetum in criminalibus, ad formam franchesiarum etc. Quod si ita supradictus dominus et princeps noster permictere nolit, sed, ut mandavit, velit per commissarios esse procedendum, obtineant ab eodem licteras per quas et in quibus constet in futurum premissa non obesse, et alias prout in duplo ad partem eisdem tradendo contineri videbitur.

Vigilles quatuor, cum portitore, aliorum more fuerunt [soluti].

[1] Nom en blanc.

[2] Celle du duc, Turin, 13 octobre [1518], P. H., nº 888, impr. par J.-A., Galiffe, p. 152-154 ; celle de l'évêque, Turin, 15 octobre [1518], P. H., nº 886, impr. *ibid.*, p. 270-273 ; une autre de Jean de Savoie, du même jour (lettres patentes en latin), P. H., nº 910.

Martis xxvj octobris. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, S. de Mara, Nergaz, Leamon, Pichon, Pollier.

Eo quod contentantur electi m. d. vicedompnus, Nerguaz et Leamon ambassatores penam sumere in hiis, mandatur n. thesorario ut eisdem mi[ni]stret et exburset, cum notacione consueta [1].

Egregius magister Ludovicus Beljaquet, institutus [fuit] rector scolarum hujus civitatis, prestititque juramentum ut moris est, et concesse lictere prout in eisdem etc.

(53) *Mercuri xxvij octobris.* — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, S. de Mara, Cornaz, Fernex, (Cornaz,) Chambet, Pichon, Pollier.

Venit dicta die noncius a Friburgo, missus parte dictorum dominorum Friburgi, secum licteras [2] fere[n]s quas exhibuit, et lectis, sub consilio r. d. vicarii et officialis provideatur, sed, propter absenciam tunc probatam dicti domini vicarii, participato et habito prius consilio supra nominati d. officialis, concluditur esse mictendas [3] licteras receptas cum diligencia ambassatoribus hodie destinatis ad illu. d. ducem et r^m^ d. Gebenn. [episcopum] et principem nostrum, cum responcio dominorum Friburgensium esse fiendam.

(54) Admodiacio alarum [4].

Anno Domini m° quingentesimo decimo octavo, indicione sexta, die vicesima octava mensis octobris, in claustro Sancti Petri Gebenn.,

[1] « Item libravit die xxvj octobris 1518 domino sindico [*lisez :* consiliario] Levrerii et secretario Porralis, qui dictaverunt et scripcerunt *(sic)* licteras portatas per dominos ambassatores [ad] illustrissimos dominos duce[m] et r. d. episcopum, ss. vj. — Item libravit dicta die egregio Francisco de Leamon, pro emendo unum equum pro eundo in Pedemoncio cum aliis ambassiatoribus,... vij scutos solis vallentes ff. xxv, ss. j. » (Tr. 3, fol. 140.)

[2] Du 25 octobre (P. H., n° 908, original). Impr. par J.-A. Galiffe, p. 278-280; puis, d'après la copie des Archives de Fribourg, par Berchtold, p. 110-111.

[3] « Item libravit die xxx octobris 1518 dicto Farquonet, pro licteris Friburgi per ipsum portatis Chamberiaci domino vicedompno et aliis dictis ambassatoribus, videlicet sex testonos vallentes ff. v, ss. iiij, den. vj. » (Tr. 3, fol. 140.)

[4] Ces admodiations sont placées un peu plus loin dans le registre, entre les séances des 9 et 10 novembre.

factis proclamacionibus solitis, nobiles Petrus Montyonis, Glaudius Vandelli et Bezansonus Hugonis, sindici civitatis Gebenn., admodiant et in admodiacionem tradunt hon. Guilliermo Danelli, civi Gebenn., presenti, tanquam plus offerenti, jus allarum civitati pertinens, cum pertinenciis solitis etc., et hoc per unum annum integrum hodie incohandum et simili [die] finiendum, anno revoluto, sub firma ducentum et nonaginta florenorum p. p., solvendorum terminis assuetis, cum honore et onere etc. Promictens etc. Renuncians etc. Actum in dicto claustro, presentibus ibidem nobili Petro de Carro, cive Gebenn., Glaudio Trenchent et Johanne Martini, testibus, etc.

M. Porralis.

(Nota.) — Die Martis xvj novembris, prefatus Guilliermus Danelli, principalis, et hon. Guilliermus Curt, ejus fidejussor, promiserunt solvere ut supra, presentibus [1] Trenchent et Johanne Martini, vigillibus, etc.

M. Porralis.

xxviij octobris. — Plathea Sancti Gervasii admodiata fuit hon. Bartholomeo de Crosa, precio triginta octo solidorum, solvendorum terminis assuetis.

Plathea Burgiforis nobili Petro Anthonii, precio duorum florenorum p. p.

Plathea Domine Nostre pontis Rodani fuit admodiata Johanni Martini, vigilli, precio decem septem solidorum monete etc.

Ibidem evenit n. P. de Carro gribellum, precio octo florenorum.

(53) *Veneris xxix octobris.* — Sindici : Montyon et Hugonis; — Levrier, Orsieres, Fernex, Plonjon, S. de Mara, Aduaz, Cartellier, Pichon, Pollier, Chambet.

Exposuit Philibertus Bertellerii quod intellexit nondum obtinuisse posse provisionem a summo pontiffice super appellacione interjecta occasione enervacionum franchesiarum, offerendo se paratum sua soli-

[1] Prénom en blanc.

citacione obtinere, neque ab eadem obtencione quicquam petere nec unquam exigere donec relaxata; que premissa remictuntur usque ad majus consilium.

Martis seconda novembris. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Plonjon, Chambet, Aduaz, Cartellier, Pichon.

Mandatur vigillibus ut simultanea habeant conduci facere et admovere lapides Johannis de Retro prope pontem Areris.

Saturninus Rosat, loco de Nanto qui hiis [diebus] decessit, vigil efficitur, et prestitit juramentum aliorum more.

Veneris quinta novembris. — Sindici : Hugonis et Montyon; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Pichon; Ducis.

Venerabilis dominus Karolus Magni, archipresbiter, exposuit sibi fuisse facta violencia sive injuria in meniis sue domus per ejus vicinum d. de Hemetis, neque facta relaxio prout decet per operarios; quare, exhibendo quasdam licteras missivas parte illu. domini ducis, supplicavit revideri per n. sindicos lesionem sibi factam. Concluditur recurrere debere ad dominum officialem, coram quo causa pendet, et de ejus mandato se offerunt dicti n. sindici ejus mandato parere.

(54) *Martis nona novembris.* — Sindicus : Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Fernex, Cartellier, Pichon.

Comictitur juratis operariis civitatis visitacionem fiendam domorum ven. domini de Cotacia, conquerentis, et egregii Petri Navis.

Mercuri decima novembris. — Sindicus : [Hugonis]; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Fernex, Plonjon, Cartellier, Pichon, Pollier, Chambet, Aduaz.

Supradictus Hugonis, consindicus, quibus supra exposuit quod herina die, parte dominorum Friburgi nobilis Fridli Marti destinatus ambassiator peciit sibi vocari consilium quinquagenarium, ad fines exponendi certa que parte dictorum dominorum habet consilio ordinario et quinquagenario exponer[e]. Ideo conclusum fuit vocandum L^m^ consilium ad cras.

(55) *Jovis undecima novembris.* — Sindici : Vandelli et Hugonis; — v. d. A. Levrerii, s. d. Glaudius Chivallerii, m. Paul; — Levrerii, Orsieres, Fernex, Cornaz, Chambet, Aduaz, Millanoys, Amyaux, Nepotis, Megex, Grassier, Pouterel, L. Curtet, Jo. Baud, Ballard, Cartellier, Pichon, Pollier, Genod, G. Curt, Servelli, Danelli, de Crosa, N. Tissot, Gervaix, La Tourt, Bonevaux, de Ponte, La Poust, Jo. Bernard, Gilliardi, de Fossis, La Doyt, Jo. Sourt, N. Gentil, P. Rosset, Ja. de Monte, Lullin, Du Crest, Rosseti, de Villario, Magistri, de Leta, Jo. Fabri, Vyeux, Frejon, Ja. Bert.

In quorum et plurium aliorum presencia, fuerunt lictere credencie parte dominorum Friburgensium per nobilem Fridli Marti presentate et exposite per eumdem, factis commendacionibus et oblacioni[bu]s infinitis, dixit se jam quatuor vicibus pro negocio de Bertellier, et hanc esse quintam, venisse huc, parte dictorum dominorum destinatus, quorum parte fuerunt ultimo scripte lictere [1], que primo peciit legi; lectisque, ad formam earumdem, parte dictorum dominorum quorum mandatur, rogavit ut Philibertus [2] Bertellerii, eorum burgensem et civem Gebenn., manutenerent juxta libertates civitatis, nec permictere haberent sibi ipsas franchesias esse infractas, prout in dictis licteris perlectis continetur. Quod alias, caveant ne ipsi domini Friburgi qui semper obtaverunt commodum et thuycionem civitatis, cogantur mutare proposita. Cognoscunt quod in hiis per illu. d. ducem et r^m^ d. episcopum Gebenn. unum dicitur et aliud fit, et semper in detrimentum dicti Bertellerii et contra dictas libertates, quas semper se offerunt pro communitate eorum viribus et inherendo jam licteris predictis manutenere, et hec sunt que, ut dicit, habet in mandatis dicere. Super quibus conclusum fuit ut eidem ambassatori fiant decentes regraciaciones, cum malvaticō et exoneracione expensarum et ejus nuncii [3], per nobiles sindicos, sibi dicendo quod, donec venerint destinati ad r^m^ d. nostrum Gebenn. episcopum et principem ac illu^m^ d. ducem Sabaudie parte

[1] Du 4 novembre. — Publ. par Berchtold, p. 112.

[2] *Lisez* : Philibertum.

[3] « Item libravit dicta die [xxiij novembris 1518], pro vino dato ambassiatoribus Berne et Friburgi, eundo Chamberiacum et redeundo, et iterum aliis de Friburgo plurium dierum, inclusis expensis factis in Sancto Gervasio calvacarii, qui omnes venerant pro facto de Bertellier, inclusis candelis combustis in Domo ville,..... videlicet ff. vj, den. vj. » (Tr. 3, fol. 140.)

civitatis de eadem causa, certa responcio fieri non potest, sed illi placeat per triduum expectare, quibus durantibus speratur eosdem esse regressos.

Quod si ultra expectare nolit, offera[n]t se paratos, habita revocacione inhibicionum per dictum principem nostrum, justiciam eidem Bertellier, servatis franchesiis, ministrare et quibuscumque aliis, Deo auxiliante etc.

Ebdomadarii, cum hucherio et clerico, qui cum dictis vigillibus affuit scribendo, petiti, aliorum more fuerunt soluti.

(56) Admodiacio introgii bossetarum.

Anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo, indicione sexta, et die undecima mensis novembris, in claustro Sancti Petri Gebenn., candela accensa et fonditus consumpta, factis prius cridis assuetis, nobiles Glaudius Vandelli et Bezansonus Hugonis, sindici civitatis Gebenn., admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt hon. Johanni Robini, civi Gebenn., presenti etc., tanquam plus offerenti etc., introgium bossetarum vini civitati et communitati pertinens, cum honore et onere assuetis etc., et hoc per unum annum integrum, die crastina incohandum et simili finiendum, anno prius revoluto, sub firma quinque centum et quadraginta quinque florenorum p. p., solvendorum terminis solucionis in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis etc., et ad exigendum more debitorum fiscalium. Cum promissionibus, submissionibus et renunciacionibus opportunis. Presentibus ibidem nobili Petro de || Carro || Quarro et egregiis Henrico de Nanto et Aymone de Chambet, testibus etc.

M. Porralis.

Anno quo supra, die duodecima novembris, fuerunt constituti dictus Johannes Robini, tanquam principalis, et hon. Anthonius Millanesii, appothecarius, ejus fidejussor, principaliter et in solidum, qui, scientes, promictunt prout supra in admodiacione solvere. Cum clausulis opportunis. Actum in consilio ordinario, presentibus Humberto Trenchent et Johanne Martini, vigillibus, testibus etc.

M. Porralis.

Veneris xij novembris. — Sindici : Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Fernex, Plonjon, Chambet, Versonnex, Cartellier, Pichon, Prepositi, Pollier, Genod.

Nichil de occurrentibus dicta die fuit conclusum.

Dominica die xiiij novembris, in claustro Sancti Petri existentibus : R. d. Ludovico de Arlo et S. de Byollea ; — nobilibus B. Hugonis et Levrerii pro Vandelli, sindicis ; — Orsieres, Plonjon, Chambet, Millanoys, Servelli, de Leta, Megex, Jo. Bernardi, Curtet, Pillisson, Nepotis, Cartellier, H. Rages, Medici, Navilliaz, Malliet, Montagnier, de Poste, Jo. Marchandi, Patrisii, Gilliardi, Jo. Fabri, P. Magni, Nanto, de Gerdili, Donzelli, Jo. Mercier, B. de Crosa, Rubey, Amyaux, Arnaudi, Boverat, Ballon, de Fossis.

Ad sonum campane, ut moris est, venda vini gixtata fuit ad viij s. cum dymidio.

(57) *Lune xv novembris.* — Sindici : Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Prepositi, Plonjon, Cartellier, Pichon, Pollier, Genodi.

Nobilis considicus Hugonis proposuit quod, herina die, d. ambassiator Friburgi dicit illi habere aliqua adhuc consilio proponenda, quod peciit vocari. Ideo, mandatur vocari consilium L^{m} cum conjunctis ad meridiei horam.

Eadem die, post meridiem. — Sindici : Vandelli et Hugonis ; — s. magister Paulus, Levrerii, Versonnex, Prepositi, Fernex, Plonjon, S. de Mara, Chambet, Millanoys, Jo. Loys Versonnex, Pichon, Pollier, Genod, de La Tourt, Bergeronis, de Lunes, Peter, Mabosson, Turbillio, Paquet, Nepotis, de Ulmo, Malliard, Megex, Jo. Bernard, H. Bernard, N. Gentil, de Tullia, son frère, Grassier, Gilliardi, Poterel, Bosonis, Curtet, Pavyot, Balard, Rosset, de Poste, de La Doyt, de Joye, Jo. Fabri, Gule, de Castro, Arlo, Carrerii, Servelli, Magistri, N. Tissoct, Lullin, de Cesio, Bonevaux, Amyaux, de Gorffa, Probi, Pecho, Patri, G. Curt, Velluti, Bouluz, (Bergeron).

Quibus iterum m. hospitalerius Friburgi, ambassiator dominorum Friburgi, presentavit hon. Philibertum Bertellerii, peciit relegi licteras

missas n. sindicis et consulibus civitatis, et peciit sibi dari responcionem an ipsa communitas velit, absque invasione sive violencia cujusquam, servare dictum Bertellier et salvum tenere in hac civitate, eciam diffinire in eadem causa et licteras super hiis concedi. Super quibus extitit conclusum rescribere debere dictis dominis Friburgensibus quod nos, qui sub principe constituti sumus et subdicti, non habemus quemquam salvum [1] , nec concedere; sed, quamprimum revocabuntur inhibiciones, parati [1] justiciam illi et omnibus, ut jam dicto d. ambassiatori extitit dictum, servare libertates et justiciam ministrare.

(58) *Martis xvj novembris.* — Sindici : Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Versonnex, Orsieres, Prepositi, Fernex, Chambet, Pichonis, Genodi, Aduaz.

In exitu consilii, vadant n. sindici a[d] r. d. vicarium, ad fines providendi super eo quod asseritur quemdam se gerentem pro locumtenente propositi [2], ne scandalla eveniant, et juxta ejus mandata esse providendum.

Veneris xix novembris. — Sindici : Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Pichon, Genodi, Chambet.

Detrahat n. thesaurarius de tribus florenis debitis per quondam de Nanto, olim vigillem, Dei amore, ejus relicte duos florenos, et solvat unum pro remissione lictere borgesie etc. [3].

Visitetur locus super supplicatis d. de Cotacia per dominos sindicos, vocatis partibus.

Martis xxij [*xxiij*] *novembris.* — Sindici : Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Fernex, S. de Mara, Cartellier, Pichon, Pollier, Genodi, Aduaz, Chambet.

Frater Vincencius Forracti, ordinis et gardianus conventus Sancti Francisci, preces fecit pro quodam r. fratre dicti ordinis, quamvis exemptus ab ordine, qui cupit scolas hujus civitatis regere, ut eidem

[1] Un blanc.
[2] *Lisez :* prepo iti.
[3] « Item libravit die xxiij novembris 1518 heredibus Johannis de Nanto, vigillis, amore Dei, de sua borgensia, ff. ij, ss. vj. » (Tr. 3, fol. 140.)

regimen dictarum hujus civitatis scolarum concedatur. Cui gardiano per n. sindicos respondeatur de ipsa scola, presencialiter esse provisum, et alias prout discretioni eorumdem videbitur etc.

Intimetur Petro de Costergio ut se a ulteriori prosecucione coram judice [1] molestare habeat pauperes pupilas [1] filias quondam [1] , habitatrices Gebenn.

Visitetur locus super querimonia hodie facta per v. d. Karolum Magni, archipresbiterum, per n. sindicos, vocatis partibus et expertis ex juratis.

Execantur cride contra revenditores et emptores ante horam, et super hiis vigilles vacare habeant.

(59) *Veneris xxvj novembris.* — Sindici : Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Cartellier, Pichon, Genodi.

Conquestus fuit perrerius perrerie de Salevuz non posse salvari precio ordinario, cum sibi sit augmentatum precium perrerie, refferente H. Pichon. Ideo libret thesaurarius eidem perrerio, in supplementum precii ultra ordinatos, duo floreni [2].

Conquesti fuerunt hon. Mermetus de Ulmo, Aymo Lamberti, Migardi, cum certis vicinis, de quadam chappelleria prope portam Castri commorante, vitam lubricam ducentem [3], ut ad loca ordinata invitetur. Quibus respondeatur esse recurrendum ad r. d. vicarium sive ad procuratorem fiscalem, ut provideant.

Quidam vocatus [4] , alias le grieur, fuit compertus et accusatus emisse extra forum et ultra formam cridarum certam quantitatem bladi, contra quem ad declaracionem penarum agatur, et pro eodem negocio vocetur consilium L^m^ ad cras.

Sabbati xxvij novembris. — Sindici : Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Fernex, Jo. Fabri, Paquet, L. Curtet, Danelli, Cergat, de Ulmo, Fr[e]jon, Nepotis, A. Peyrolier, Bergeron, Bonevaux, Grassier, N. Tissot, de Poste, de Villario, Gervaix, le fondeur, Jo. Collondi,

[1] Un blanc.
[2] *Lisez :* florenos.
[3] *Lisez :* ducente.
[4] Nom en blanc.

de Cresto, Boulard, Lullin, Jo. Philippi, Cartellier, Pichon, Genod, F. de Lunes, Mabosson, P. de La Tour, de Casalibus, P. Rosseti, Johannes Bernardi, Servelli, Amyaux, Carrerii, et certis ignotis.

Quibus presentibus, fuit lecta lictera missiva parte ambassiatorum civitatis missorum ad r. d. nostrum Gebenn. episcopum et principem et illu. d. ducem Sabaudie, ut in ea etc.

Eciam exposuit nobilis consindicus B. Hugonis quod, ad instanciam [1] , greoris, detenti in castro Insule propter pretericionem cridarum per eum, emendo blada etc., citatus sive vocatus fuit coram r. d. vicario, et per procuratorem ipsius detenti interrogatus si nomine communitatis comparerent dicti consindici, intendendo contra eumdem Hugonis procedere privato nomine, que omnia fecit pro bono publico. Ideo concluditur esse prosequendum nomine tocius communitatis.

(60) *Lune penultima novembris*. — Sindici : Vandelli et Hugonis ; — Orsieres, Versonnex, Prepositi, Plonjon, S. de Mara, de Aduaz, Cartellier, Pichon, Pollier, Genodi.

Nobilis Aymo Consilii, vicedompnus, et hon. Michael Nergaz ac e. Franciscus de Leamon, qui missi parte civitatis ad. r. d. nostrum principem ac ad illu[m] d. ducem Sabaudie [2], ore dicti d. vicedompni proposuerunt habere in mandatis a r. d. nostro etc. non detegere onera eorumdem, donec vocatis et assistentibus cum consilio ordinario vigi[n]ti aliis civibus ex eminencioribus, qui omnes habeant prestare coram eisdem juramenta de non revellando et de bene consulendo, ut ipsi ambassatores, ut asserunt, prestiterunt juramenta in manibus dicti nostri principis. Ideo eligere habeant sibi non suspectos, coram quibus ostendent et declarabunt expedicionem eorum etc. Quar[e] fuerunt electi subscripti :

Jo. Fabri, H. Fabri, Fernex junior, P. Tacconis, F. Gule, Jo. Baudi,

[1] Nom en blanc.

[2] « Item libravit dicta die [xxiiij decembris 1518] domino vicedompno, pro viagio per ipsum et dominis sindicis *(sic)* Nergaz et Leamon facto in Pedemoncio, pro negociis civitatis et Bertellier, videlicet lxxxv scutos solis valentes ff. . » (Tr. 3, fol. 141.) Le chiffre, qui manque, doit être 304 fl. 7 s. — D'après la pièce du procès Cartelier mentionnée plus haut, p. 259, n. 1, et aujourd'hui perdue (J.-A. Galiffe, p. 240), ce serait, non le vidomne, mais son « conseiller-lieutenant Hugonin » qui accompagna Nergaz et de Léamont.

Danelli, Frejonis, Leta, Megex, de Ulmo, N. Gentilis, L. de Ponte, Bart. de Crosa, Gir. de Riva.

Vocati prestiterunt omnes juramenta, et prestitis, pecierunt parte r. d. nostri : 1° detineri Bertellier ; 2° preservare ab omni insultu commiss[arios] ; 3° illis parere ; et 4° duos cives eligere et mandare ad Confederatos cum d. de Sallenovaz etc.

Martis ultima novembris. — Sindici : Vandelli et Hugonis ; — Monsr le vidompne ; Levrerii, Orsieres, Versonnex, Prepositi, Plonjon, Ste. de Mara, de Aduaz ; Troctier ; Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Genod.

Coram quibus fuerunt per dominum vicedompnum repetita jam in antecedenti consilio exposita, et ante majorem de[c]laracionem peciit vocari numerum petitum per eum, et illis cum assistentibus juramentum prestari, prout dictum est. Propter quod mandatur vocari ad hodie post meridiem, hora prima.

Dicta die. — Sindici : Vandelli et Hugonis ; — s. d. Paulus de Patronis, Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, S. de Mara, de Aduaz, Amiaux, Bertherat, Beffant, Pillisson, Pillissier, Rosset, Mercier, Giclet, Ballet, Millanoys, Nepotis, de Ulmo, Jo. Bernard, Chabo, Poterel, Danelli, Arlo, Jo. Philippe, Megex, Vallet, de Posti, Gule, Sept, Bacho, Pojalis, Frejon, (61) de Crosa, N. Tissot, Jo. Pate, Baudi, Lunes, Paquet, de Castro.

Et quia plures non vocati [1] affuerunt, n[i]chil fuit resolutum, sed expositum per n. Michaelem [N]erga[z] ut in precedentibus consiliis describitur, onus ipsius cum commissis a r. d. episcopo et principi nostro datum ipsis commissis. Fuit remissum ad primum consilium.

Jovis secunda decembris. — Sindici : pro Montyon Leamon, Vandelli et Hugonis ; — d. vicedompnus ; Levrerii, Versonnex, P. Orsieres, P. Tacconis, Prepositi, Plonjon, S. de Mara, Millanoys, Nepotis, P. Pollier, de Ulmo, de Tyria, Frejon, Pyemont, Chabo, Bolard, Gilliardi, de Fossis, Bergeron, Probi, J. Sept, P. de Turre, Bonevaux, Carra, Migerandi, Le Picard, P. Rosset, de Cresto, Bandiere, Nergaz, Pichon, F. de Lunes, P. Villiet, Savoex, Ja. Bert, L. Bec, P. Vieux, Bacho,

[1] *Lisez* : vocati non.

Servelli, Danel, Ly. de Ponte, Jo. Bernard, G. Mallieti, Grassier, Curtet, J. Malliard, m. Amyc le pa[tissier], N. Tissot, de Rippa, Ferracti, Mahuet, Jo. Philippe, M. de Dulya, A. Sept, Jo. Fabri, L. du Molard, Gule, P. Mabosson, P. Villiet condurerius, Poterelli, Joly, M. Luciani.

(Exposita per Michaelem Nergaz de apportatis a Thaurino). — In quorum presencia, n. Michael Nergaz, presentibus d. vicedompno et e. Leamon, ultimo missi[s] ultra montes ad illu. d. n. episcopum et principem ac illu. d. duce[m], prestitis juramentis de non revellando presencia ultra concludenda, iterum exposuit habuisse cum juramento in mandatis, anteaquam quicquam de obtentis in negocio cujus occasione missi fuerunt revellarent, eciam vocatis circa numerum viginti civibus sive burgensibus, post eorumdem prestitum juramentum, dictus d. noster episcopus petit : Primo, detineri Philibertum Bertellier et de ipsius persona se assecurari ; 2° Quod nullum fiat impedimentum nec fieri paciatur per quemquam contradicio[nem] commissariis in dicta causa per eumdem dominum deputatis ; 3° Quod jubsibus eorumdem omnes cives et burgenses habeant parere et non contravenire ; 4° Quod ex dictis civibus eligantur duo qui cum r. d. officiali ac cum nobili et potente domino Sallenove [1], missi[s] per illu. d. ducem ad Friburgenses et Berna[m], eosdem comitando, ire debeant et eisdem dominis parte civitatis explicare quod contentantur de bona justicia etc. Quod si in aliquo dictorum fiat recusacio, provisionem declaracionis quam obtinuerunt sub cacheto, eisdem, ut prefertur, commissam, remictere habeant, sub pena contenta in quodam duplo obligacionis etc. Eciam notifficavit jam in viis esse certos commissarios deputatos ad o[b]viandum certos de civitate et detinendum etc.

Et cum res ipse sint magni ponderis, ut necesse et expediens sit toti communitati notifficare, ideo concluditur generale consilium esse vocandum, et per eumdem concludendum et nominaliter, et assigiiatur ad Dominicam proximam.

(62) *Die Dominico quinta mensis decembris.* — Consilium generale ad sonum campane, voce cride et tube, in aula Rippe celebratum extitit,

[1] Cf. dans les *Matériaux* de J.-A. Galiffe, t. II, p. 287-290, une lettre du 3 décembre [1518], dont l'original est aujourd'hui introuvable, écrite à l'évêque par un affidé qui ne l'a pas signée.

pro rebus subscriptis ; et interfuerunt subscripti et plures alii, tam cives quam burgenses civitatis :

Sindici : Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Fernex, Prepositi, Plonjon, P. Tacconis, de Aduaz, Ja. Bert, Ludovicus Bec, Jo. Philippe, de Ture, Mabosson, P. ejus frater, de Ulmo, Pillisson, Jo. Malliar, Jo. Fabri, B. Genodi, A. Seres, Arlo, Comitis, A. Maliar, Petremand, Bouvier, H. Fabre, Pichon, Chambet, P. Pollier, H. Pollier, Bessonnet, Le Veyrier, J. de Mara, S. de Mara, Charvet, Hospitis, Malliet, de Monte, de Rua, de Castronovo, de Poste, Nepotis, Caddo, (Orsieres,) Nergaz, Leamon, F. de Lunes, Servelli, Richardet, Pache, Grassier, Chabo, Versonnex, de Malvenda, Ballon, Villiet, Philippi, Cartellier, Megex, Cohendet, Buctini, Pocterii, de Bosco, Danelli, Hostellerii.

Aula dicta existente plena multitudine civium et burgensium, iterum supra in antecedenti consilio descripta repeciit nobilis Michael Nergaz [1]. Super quibus conclusum fuit ipsis quatuor condicionibus nec alicui earumdem esse parendum, nec admictendas, cum sint in enervationem libertatum etc.

Ulterius, quod exinde nullomodo in consilio ordinario nec quinquagenario possit de rebus comprehensis et tangentibus franchesias et libertates tractari, nec minus concludi, nisi approbante consilio generali et prius deciso per dictum consilium generale. Quod si aliter factum fuerit, nullum habeatur.

Martis septima decembris. — Sindici : Montyonis et Vandelli ; — Levrerii, Prepositi, Fernex, Plonjon, Nergaz, Leamon, Pichon, de Malvenda, de Muro, F. de Lunes, P. Mabosson, Malliardi, Gule, Arlo, Pache, A. Maliar, de Castronovo, L. Roget, Guilliermus Nepotis, Comitis.

[1] Voy. Bonivard, p. 122-124, qui d'ailleurs s'est trompé en plaçant l'exécution de Blanchet et de Navis après l'échec des propositions ducales formulées par Nergaz. — C'est à tort qu'en cette occasion J.-A. Gautier (*Hist. de Genève,* t. II, p. 110) reproche à Bonivard et à Roset (*Chroniques,* édit. H. Fazy, 1894, p. 85, 86) de n'avoir pas consulté les registres du conseil : ni l'un ni l'autre ne pouvaient le faire, puisque les volumes XIX-XXI (déc. 1517-févr. 1527), transportés à Fribourg après la sentence de Payerne (déc. 1530), ne furent rendus à Genève qu'en 1564. Voy. Bonivard, p. 204, 205, 465 ; P. H., n° 1045, pièce 3, fol. 8 v° et 9 ; L. Sordet, M. D. G., t. IV, p. 127, 133. — Cette circonstance explique d'autres erreurs ou transpositions de Bonivard.

Nobilis Stephanus de Mara, associato[1] duobus equis, destinatur ad dominos Friburgenses, ferens licteram ut in ea etc.

(63) *Veneris decima decembris.* — Sindici : Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Prepositi, Fernex, Leamon, Pichon.

(Jo. Emeri.) — Facta gracia heredibus quondam n. Johannis Emerici de laudim[i]o domus de feudo communitatis existentis, que[2] tenent dicti heredes, solvant ad ratam quatercentum florenorum p. p., mitigati et moderati ad summam 60 florenorum p. p. et[3]

De blaudo greoris detenti occasione emptionis per eundem facte ante horam, dentur, Dei amore, dividendo totum in tres partes, due partes, et reliqua tercia pars revellanti.

Martis xiiij decembris. — Sindici : Vandelli, pro Montyon Leamon; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, Nergaz, Pichon.

Receptor gabelle sallis nichil recipiat a dominabus Sancte Clare de gabella salsagonorum, que ascendit ad duos solidos.

Die Veneris decima septima decembris. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, Aduaz, Nergaz, Leamon, Pichon, Pollier.

Libret n. Ludovicus de Lestelley janitori porte pontis Rodani, Dei amore, unum bichetum frumenti.

Lune vigesima decembris. — Nobilis Stephanus de Mara, cum commitiva ipsius equitum, venit a Friburgo, ubi fuerat parte communitatis missus[4]. Ob cujus adventum, mandatur vocari consilium quinquagenarium ad cras, cum ordinario, et presentibus subscriptis, fuerunt apperte lictere per ipsum apportate. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Prepositi, Plonjon, Leamon, Pichon, H. Polier.

(64) *Martis vigesima prima decembris.* — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Fernex, Chicand, Plonjon,

[1] *Lisez :* associatus *ou* associatis.
[2] *Lisez :* quam. — [3] Un blanc.
[4] « Item libravit dicta die [xxiiij decembris 1518] domino de Vansie Stephano de Mara, pro viagio per ipsum et Bonifacium Peter facto in Friburgo pro negociis civitatis et de Bertellier, portaturi *(sic)* licteram missivam, videlicet xxiiij scutos solis vallentes ff. lxxxvj. » (Tr. 3, fol. 141.)

S. de Mara, de Aduaz, Millanoys, Servelli, N. Gentilis, de Ulmo, Frejon, Let, Villiet, Rogemont, Vallet, Grassier, B. de Monte, H. Rages, Panissodi, J. Philippi, Ruffi, Nergaz, Leamon, Cartellier, Pichon, Bacho, Curt, de Crosa, Balard, Boulard, Guilliermus Hugonis, L. de Pane, de Lunes, N. Tissocti, Gilliardi, Malliet, Megex, Gir. de Rippa, Carrerii, Lullin, B. de Muro, Comitis, Caddodi, Episcopi, et plures alii etc.

Coram quibus, audito nobili Ste. de Mara, fuerunt lecte lictere[1] per eum a dominis Friburgensibus misse. Deinde eadem omnia concluditur esse consilio generali notifficanda, quod assignatur esse tenendum ad cras, in aula conventus Fratrum Minorum.

Mercuri vigesima secunda decembris. — Consilium generale, sono campane et voce cride, in aula conventus Rippe, pro rebus subscriptis, ubi interfuerunt cum subscriptis multitudo civium et burgensium, que describi non potuit.

Vandelli, Hugonis; — Prepositi, Cartellier, Aduaz, P. Pollier, H. Pollier, A. Versonnex, de Lunes, de Castronovo, de Ulmo, Mabosson, ejus frater, L. Curtet, Chambet, de Poste, A. Malliar, Rosset, La Doy, A. Sept, Balmes, Pichon, Fernex, Megex, Malliet, Caddo, Surdi, Jo. de Mara, Fabri, Millanoys, Nepotis, Robini, Pitardi, L. Bec, Ja. Ber, de Monte, Frejon, Marchiandi, Roberii, Magnin, Vieux, Vandelli, Bochuti, S. Pecollat, A. Probi, Servelli, de Turre, de Cresto, Chabo, Grassier, Joly, Marquet, Vindret, maistre Amy, Villiet, Fiendaz, Gentilis, Migerandi, Luciani, J. Sept, Gule, de Tulia, Jo. Bernar, Rages.

(65) Perlectis licteris apportatis per n. S. de Mara a dominis Friburgensibus missis, et audito eodem super contentis in eisdem, concluditur esse rescribendum r° d. nostro Gebenn. episcopo et principi et illu. domino duci Sabaudie, dictamine consilii ordinarii, super in ultimo consilio generali et juxta conclusionem ejusdem, cum excusacionibus debitis etc.

Veneris xxiiij decembris. — Sindici : Montyon et Vandelli; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Nergaz, Pichon.

[1] Du 16 décembre (P. H., n° 908, original). — Impr., d'après la copie des Archives de Fribourg, par Berchtold, p. 112-113 : le nom qui n'a pas été lu, p. 113, l. 6, est celui du « sr de Selenove. »

Herina die, lictere missive fuerunt in manibus filii Beffandi tradite [1], ferende per eumdem ad illu. et r. dominum nostrum Gebenn. episcopum et d. ducem [2], prout in ultimo generali consilio fuerat ordinatum sive arrestatum. Et quia tam in dictamine dictarum licterarum quam erga alias, novissime parte communitatis alibi missas, egregius Petrus Levrerii laboriose vacavit, ideo libret nobilis thesaurarius dicto Levrerii unum florenum p. p. pro uno pari capponum, pro quibus supra [3].

MUTACIO ANNI IN ANNUM MILLESIMUM QUINGENTESIMUM DECIMUM NONUM.

Die Martis xxviij decembris. — Sindici : Montyon et Vandelli; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, Pichon, Pollier.

Quibus presentibus, lecta fuit quedam missiva graciosa lictera parte illustrissimi d. ducis.

Veneris ultima decembris. — Sindici : Montyon et Vandelli; — Levrerii, Prepositi, Fernex, Cartellier, Pichon.

Facta querimonia per n. Levin, cum sociis certis ejusdem, de quodam nobili qui arma gerit, ut asseru[i]t, contra eosdem, concluditur quod nobiles sindici recurrant a[d] r. d. vicarium, ut super eisdem provideatur, ne scandallum sequatur.

(66) Admodiacio Petri Chenevalis de domo sita supra pontem Rodani.

Anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono, indicio[ne] septima, et die Veneris ultima mensis decembris [4].....

[1] « Item libravit [die januarii 1519] Jo. Bessani [*lisez* : Beffani], pro viagio per ipsum facti *(sic)* in Pedemoncio versus illustrissimos dominos ducem et r. dominum episcopum, videlicet x scutos cum dimidio solis, valentes ff. xxxvij, ss. vij, den. vj. » (Tr. 3, fol. 141 v°.)

[2] A cette lettre le duc répondit de Turin, le 10 janvier, par une missive reçue à Genève le 13 (P. H., n° 888) : ... « Pour le desir qu'avons de vous mectre en paix et tranquillité, nous avons parlé à Monsr de Geneve, mon cousin, et les choses ont esté dressées et arrestées de fort bonne sorte, comme plus au long entendrés par l'un de noz principaulx chambellans, lequel envoyons par devers vous... »

[3] « Item libravit dicta die (xxv januarii 1519) domino procuratori Levrerii, pro vacationibus in negociis civitatis... ff. i, ss. iij, den. vj. » (Tr. 3, fol. 141 v°.)

[4] Le reste de la page est blanc.

Die Martis quarta januarii. — Sindici : Montyon et Vandelli; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Pichon, Fernex.

(Burgensis.) — Discretus ac providus Paulus filius quondam Petri Balli [1], de Peycier, burgensis efficitur pro viij florenis.

(Burgensis.) — Aymo filius quondam Francisci Vallentini, de Fringier, barbitonsor, burgensis effectus pro octo florenis.

(Burgensis.) — Glaudius filius quondam Johannis Massonex [2], de Pougnier, chappellerius, parrochie Magdalenes, burgensis effectus [pro] viij florenis.

(Burgensis.) — Jacobus filius quondam Aymonis Novelli, de Expercier, mandamenti Greysiaci, barbitonsor, eciam burgensis, viij ff.

(Burgensis.) — Falconus filius quondam Glaudii Vachonis, de Cremieulx, barbitonsor, parrochie Sancti Germani, burgensis, viij ff.

(Burgensis.) — Jacobus filius quondam Petri Bordonis, de Chissena, barbitonsor, parrochie Marie Novo [3], burgensis, viij ff.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Johannis Bonevite, de Vallavrens, parrochie Sancti Gervasii, aprofanator [4], viij ff.

(67) *Die Veneris septima januarii.* — Sindici : Montyon et Vandelli; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, Plonjon, Aduaz, Pichon.

Honorabiles Colinus Chicandi et Guilliermus Curt, olim receptores gabelle, pecierunt mandari n. Lestelley, thesaurario communitatis, se a molestia occasione v. domini canonici de Angiers, familiaris continui r. d. nostri Gebenn. episcopi et principis, liberari, cum alias, ita ut asserunt, fuerit per consilium ordinarium ita conclusum. Super quibus queratur in registro, et fiat ut in eo conclusum invenietur.

Egregius Petrus Navis exhibuit quasdam pergamenas licteras, asserendo habere quandam platheam prope Rodanum, retro ipsius Navis domum, que quondam fuit Johannis Bochet. Peciit visitari locum ad

[1] « Egregius Paulus filius quondam providi Petri Balli, notarius, de Peycier, parrochie Sancti Germani... (ms. 122.)

[2] Au verso de sa lettre de bourgeoisie (portef. VI), on lit cette note : « Pauper et moratur ante domom *(sic)* nobilis Anthonii Checand. »

[3] *Lisez* : Nove.

[4] *Lisez* : affanator. — « Agricultor » dans sa lettre de bourgeoisie (portef. VI), qui porte la date du 21 janvier 1519.

fines limitandi. Remictitur ad visitandum per n. sindicos ad [1]
Supervenit [2] unus noncius parte dominorum Friburgi missus, ferens eorumdem intersignia sive arma. Et ore alterius, dicit habere in mandatis non exire ab hac civitate donec fuerit diffinita causa Bertellerii per d. sindicos ut decet, requirendo per eosdem et quibus pertinet diffiniri. Cui extitit per n. sindicos responsum quod per eos non stetit neque stat quin diffinita fuerit, sed ut jam tam verbo quam scriptis fuit ipsis dominis Friburgi declaratum, suntque expectantes licenciam principis de hora in horam, ultra quam procedere pro presenti non possunt, se offerentes paratos facere quod in eis est.

Die Martis undecima januarii. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Plonjon, Pichon.

Fuit lecta quedam lictera missiva missa n. consindico Montyon a quodam bancherio Lugduni, super obtencione appellacionis in Urbe de causa Bertellerii, ut in ea. Super qua concluditur esse intimanda omnia et memoranda ad primum consilium.

Nuncius Friburgi hodie narravit retroscripta que inadvertanter sub data herina scriptum comperitur.

Veneris xiiij januarii. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Versonnex, Prepositi, Plonjon, de Aduaz, Nergaz, Pichon.

Nobilis Ludovicus Lestelley, mediante obligacio[ne] cum caucione Colini Chicandi de [3] , relaxet usque ad Pascha eumdem Chicandi de premissis molestare.

(Burgensis.) — Ludovicus filius Johannis Prelaz, de Cuyngcino, burgensis efficitur pro xx florenis p. p.

(68) *Martis decima octava januarii.* — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Prepositi, S. de Mara, Richardet, Pichon, Pollier.

Eo quod de causa Bertellerii nichil absque generali consilio et con-

[1] Phrase inachevée.
[2] Comme on va le voir, ce paragraphe doit, en réalité, faire partie de la séance du 11 janvier.
[3] Un blanc.

sensu tocius communitatis fuit conclusum non esse procedendum, ideo hac et aliis causis, ad requisicionem et instanciam plurium civium etc., mandatur vocari consilium et proclamari, sono magne campane, in claustro Sancti Petri, ad cras.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Johannis Volandi, de Arbusignier, parrochie beate Marie Nove, efficitur burgensis pro viij florenis.

Consilium generale. — Mercuri decima nona januarii. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Nergaz, Leamon, S. de Mara, Jo. Fabri, Nepotis, de Poste, Richardet, de Crosa, Guilliermus Hugonis, Jo. Bernardi, Jo. Philipi, Peter, Arlo, Auxffi, de Palude, Gervex, Gerdilis, Rosseti, de Gorffa, Blanchet, Bordonis, Yvonet, Pavyot, Bec, Charavel, Cohendet, de Capella, Chavanelli, Millanoys, Bessant, Turbilliod, Pillissie, Fonjallaz, de Porta, de Monte, Carrerii, Testuti, de Ulmo, A. Versonnex, Lunes, Jo. Baudi, Gule, Forjonis, Quoqueti, Lemurs, Darmoys, (de Palude,) Fernex, Pichon, Plonjon, Cortagier, Pecollat, Macheret, Jo. de Mara, Lec, hospes Sancti Georgii, Chambet, Maliard, Probi, de Muro, Prelaz, Regis, Marliouz, Jo. Barbier, Velliardi, P. Sallerii, Tombet, Cergat, G. Malliet, Genod, Pillisson, Patrisii, Falquet.

(69) In claustro Sancti Petri, ad sonum grosse campane.

In quorum presencia et plurium aliorum civium et burgensium hujus civitatis, nobiles sindici exposuerunt acta per eosdem in causa Bertellerii, ibidem presentis et instanter [petentis] sibi justiciam ministrari et diffiniri in eadem causa, cum protestacionibus solitis per eum, requirentis recepisse consilia a tribus doctoribus, se nominare nolentibus propter aliqua, ut asseruerunt, licita [1]. Qui omnes eisdem nobilibus sindicis ostenderunt via juris posse per eosdem sindicos in dicta causa, actentis arti[cu]latis in ea, inhibicionibus non obstantibus, procedere ad diffinitiva debere viriliter, causis tunc expressis super libris, que scripto dare noluerunt. Ideo, ne eisdem n. sindicis in futurum

[1] « Item libravit die xix januarii 1519, per manus Tre[n]chen, doctoribus qui visitaverunt processus de Bertellier, in vi[c]tualibus,... ff. iiij. ss. ij. » (Tr. 3, fol. 141 v°.)

quicquam improperari posset, quo modo procedendum sit matura deliberacione procedatur.

Ulterius fuit lecta quedam lictera missiva, que dirigitur nobili consindico Montyonis per Jeronimum Tholomey, bancherium Lugduni, occasione appellacionis premissorum retente in Urbe, ut in ea legitur.

Sabati xxij januarii. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis ; — Fernex, Prepositi, Johannes de Mara, Plonjon, S. de Mara, Chambet, de Aduaz, Nepotis, Auffilz, P. Rosset, Pyemont, Migerandi, Turbilliodi, Pillisson, Comitis, Collondi, Vindret, de Cresto, A. de Ryva, Gentilis, Jo. Fabri, Arlo, Baudi, Gule, Ja. Bert, de Crosa, de Muro, Malliard, Guy Comitis, G. Barberii, Monachi, Pachie, Mallieti, de Pileo Rubeo, Collumbi, Vuy, Mathei, Pavyot, Ca[r]tellerii, M. de Pane, P. Levrat, Caddo, Carrerii, Richardet, Pollier, J. Bernard, G. Hugonis, de Castronovo, Lunes, de Poste, Mabosson, Girard, H. de Rages, Serex, Millanoys, Banderie, P. Villiet, Tombet, B. Genodi, Biolley, Lullin, (de Muro,) G. Girbel, P. Mathei.

Coram quibus fuit lecta quedam lictera missa per dominos Friburgenses, sub data 18 hujus [1], et alias ut in ea legitur, fueruntque exposita per dictos n. sindicos gesta ab ultimo consilio generali et ordinario in causa Berthellerii [2], cujus occasione supradicta lictera missa fuit. Super quibus concluditur esse assignandas partes ad Lune proximam, ad audiendum diffinitiva in ipsa causa.

(70) *(Designarii.)* — Fuerunt deputati designarii subscripti, qui juraverunt ut moris est :

Michael de Thyria, in vico sive rota Pillisserie.

Hector de Rages; in carreria Pessonerie.

In Corrateria, Guilliermus Officez.

Electus in carreria Civitatis, discretus Hilarius Richardet.

Lune xxiiij januarii. — Sindici : Montyon, J. Ramel, Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Prepositi, P. de Fernex, Cornaz, S. de Mara, de Aduaz, Chambet, Jo. Bernard, Richardet, Car-

[1] P. H., n° 908.

[2] Comparutions de Berthelier et assignations, 21 et 22 janvier : *Procès,* fol. 29 v°-31 v° ; — J.-A. Galiffe, p. 135-137.

tellier, Pollier, G. de Rippa, Ja. Bert, Jo. Mabosson, Lunes, B. Geno, Arlo, Comitis, de Crosa, s. P. Paul de Patronis, Jo. Fabri, Carrerii, P. Joly, N. Gentilis, Bolard, Ballet, P. Taccon, Gilliardi, Girbel, Paviot, n. Jo. de Pesmes, de Cresto, J. Baudi, de Hemetis, Robini, Chicand, Monachi, Serex, Offiz, Fabri, Pachie, de Verneto, Boquera, de Nanto, G. Chenevalis, A. Probi, G. Girbel, de Palude, A. Bertherat, de Bosco, Marchiandi, Salaz, Clerici, Perrin, Ja. de Cresto, Jo. Philippi, L. Curtet, de Furno, Marescalli, Chenellat, Mercier, Jo. Perret, G. Amedei, Thorelli, S. Paquet, Rambert, de Malvenda, P. Mabosson, Guil. Huguez, Massonnex, Matellon, Lullin, Nepotis, Malliet, P. Barbier, de Muro, (Comitis,) de Poste, de Gorffa, Pillisson, Morelli, de Fossis, F. Gule, A. Versonnex, Savoex, Gervex, A. Girardi, Bergeron, Danel, (Nepotis,) Cohendet, H. de Rages, de Planis, Le Roujoz, G. Pernin, Paquet, Menens, Velluti, de Joex, P. Mathelli, Farquet, Thoneaux, Frejonis, Sept, de Tyria, Chavanelli, Jo. Pillisserii.

(71) Nobilis consindicus Montyonis, in presencia quorum supra ac plurium aliorum, repeciit, suo et nobilium consindicorum presencium [nomine], proposita in antecedenti consilio descripta, conclusa et arrestata, cum protestacionibus quod in futurum nichil in eos improperari posset de agendis in causa Bertellerii omnibusque gestis in ea narratis. Supervenit quidam noncius parte magn. d. Bernensium fere[n]s licteram missivam et perlectam [1]. Super primo conclusum fuit esse hodie hora solita et in exitu consilii ferendam sentenciam absolutoriam ipsius Berthellerii, ut in ea inpresenciarum lecta continetur [2]. Et ipsis dominis Bernensibus fiat responsio dictamine consilii ordinarii cras celebrandi sive tenendi.

Martis xxv januarii. — Sindici : Montyonis, Vandelli et Hugonis ; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, Prepositi, Fernex, Chambet, Aduaz,

[1] Lettre du 20 janvier (P. H., n° 912), exhortant le Conseil à ne pas permettre que quelques habitants *(incolae)* de Genève, prétendant agir avec le consentement des magistrats bernois, sèment des discordes qui pourraient causer quelque tort à l'autorité et suprématie *(superioritas)* du duc de Savoie. — Cf. V. Anshelm, *Berner-Chronik,* éd. citée, t. IV, p. 341, et note 3 (lettre de Berne à Fribourg, 7 janvier 1519, aux Arch. de Berne).

[2] Jugement (texte en français) qui acquitte Berthelier, 24 janvier, le vidomne A. Conseil et son procureur P. Navis faisant défaut : *Procès,* fol. 32 ; — Bonivard, p. 158-160 ; — J.-A. Galiffe, p. 137-139.

Cartellier, Genod, Pollier, Jo. de Mara, Mabosson, Ja. Bert; Guilliermus Offilz.

Fuerunt lecte lictere responcionales misse magnificis dominis Bernensibus et Friburgi, hodie in manibus nunciorum tradite.

Libret n. Ludovicus de Lestelley nuncio Friburgi, licteras defferenti, duos scutos regis ad solem [1].

(Designarius.) — Guilliermus Auffilz efficitur designarius Corraterie, et juravit ut assuetum est.

Rosseti, hospes Capitis Nygri, peciit sibi intrari x florenos, in quibus tenetur hon. Guilliermo Curt, pro retentis gabellarum, eo quod exbursavit in prosecucione cause contra d. Coudree de mandato n. sindicorum. Concluditur quod solvat et interim videatur intranda.

Veneris xxviij januarii. — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Prepositi, de Aduaz, J. de Mara, S. de Mara, Chambet, Richardet, Pichon.

Fuerunt lecta et audita computa n. Lud. Lestelley, thesaurario [2], super quibus mandatur fieri mandatum [3], ut moris est.

Eciam fiat mandatum egregii Guygonis Prepositi, pro stipendiis suis anni proxime lapsi, occasione procuracionis etc.

(72) *Sabbati xxix januarii.* — Sindici : Montyon et Vandelli; — Versonnex, Prepositi, Orsieres, Fernex, J. de Mara, Richardet, Pollier, Genodi, Chambet, de Aduaz.

Nobilis consindicus Montyon proposuit hac die fuisse, parte illu. d. ducis Sabaudie, per magnificos d. de Laude, presidem etc., et dominum [4] Balleysonis et Aulenove [5], requisitus ut eisdem tanquam ambassatoribus daretur generalis audiencia. Ideo mandatur vocari consilium generale sonne [6] magne campane, voce cride, in claustro Sancti Petri, ut moris est, ad cras.

[1] « Item libravit die xxv januarii 1519 calvacario Friburgi, qui huc venit aportaturus licteras dominorum Friburgi,... duos scutos solis [valentes] ff. vij, ss. ij. » (Tr. 3, fol. 141 v°.)

[2] *Lisez :* thesaurarii. — [3] Voy. plus haut, p. 250, n. 1.

[4] *Lisez :* dominos.

[5] Pour la malvoisie offerte « domino de Balleyson, et domino de Laude, et domino de Sellanova, ff. iij, ss. vj. » (Tr. 3, fol. 142 v°, article mutilé.)

[6] *Lisez :* sono.

(Consilium generale in claustro Sancti Petri.) — *Dominica die que fuit penultima januarii.* — Sindici : Montyon, Vandelli et Hugonis; — Levrerii, Orsieres, Versonnex, s. P. Paulus de Patronis, Prepositi, Ja. Bert, Mabosson, Comitis, Cornaz, S. de Mara, Lunes, de Muro, Fernex, Chambet, Genod, Aduaz, Nepotis, Frejon, A. Versonnex, de Poste, J. Philippi, de Malvenda, Jo. Bernard, de Ulmo, de Planis, Mallieti, Lyonardi, Cortagier, Servelli, de Ponte, Vallet, Bergeron, P. Fabri, Pyemont, Barberii, de Foresta, Rosseti, Chavanelli, (Chambet,) de Nanto, P. Rosset, J. Baudi, de Castronovo, Cardinal, de Palude, J. Fabri, N. Gentilis, J. de Mara, Tornerii, de Crosa, de Beycio, Magnini, Arlo, Tombet, Cergat, Marchiandi, S. Pecollat, Marqueti, Quoquet, Ruffi, Falliodi, (de Ponte,) Morelli, Clerici, Malliard, de Tiria, Beguin, (P. Rosset,) Noblet, du Crest, Colludy, Villiet, Montagnier, d'Armoex, Balmes, Jo. Sept, Voulterii, Chabodi.

Pluribusque aliis civibus et burgensibus hujus civitatis in claustro S. Petri, sono campane etc. congregati[s] existentibus, supervenerunt magnifici domini Gabriel de Laude, preses, et d. Balleysonis [1], baro S. Germani, ambassatores illu. domini ducis Sabaudie, cujus principis parte presentaverunt licteram credencie [2], et lecta, dictus dominus de Laude fecit commendaciones amplissimas parte dicti domini ducis.

Exposuit begnivolenciam, non solum quam habet se[d] quam habuerunt antecessores ipsius principis erga civitatis communitatem, maxime in preservatione et manutencione libertatum et franchesiarum ipsius civitatis, demonstraciones eciam per ipsum d. factas r. d. nostro Gebenn. episcopo et principi in observacione earumdem, obque amorem quem gerit in cives, burgenses et incolas civitatis, eosdem dominos

[1] Claude de Balleyson, dernier du nom, seigneur des deux châteaux et du mandement de Balleyson, baron de Saint-Germain-du-Plain [Saône-et-Loire] 1508, baron d'Hermance 1529, etc., mort entre 1533 et 1540, sans enfants de Claudine-Antoinette dame d'Avanchy. (A. de Foras, *op. cit.*, t. I, p. 95-96.)

[2] Turin, 12 janvier [1519], P. H., n° 888. — Une lettre de l'évêque, écrite de Turin, sans date [janvier 1519], annonçait aussi aux syndics l'envoi, par le duc, de deux ambassadeurs, « M. de Balayson, l'un de ses principaux chambellans, avec M. le président patrimonial. » Transcrite par J.-A. Galiffe, *Papiers mss.*, vol. V, p. 59), qui note qu'elle a été reçue de l'official le 1er mars [faut-il lire : 1er février ?], cette pièce ne se trouve plus aux Archives de Genève.

ambassatores oneravit publice exponere (73) quod, si que facte fuerint in earu[m]dem franchesiarum enervaciones, non solum per dictum r^m. d. episcopum, sed per quoscumque alios, eisdem ambassatoribus velint ipsi cives etc., scripto vel alias, demonstrare et manifestare ac declarare, in quibus, qualiter et quomodo, non sub subjecto cognitionis, sed amore quo inducitur in eosdem cives etc. Quoniam intellexit aliquos in hac civitate voluisse promovere ad aliquos actus pupulum [1] contra ipsam domini auctoritatem et comodum, sed consentire nec eisdem populus aplaudere voluit, unde multum gavisus est et amat multum. Se de dicto illu. principe fortes facientes reparationes congruas, adeo ut unusquisque cognoscere poterit promissa sortiri ad suos et bonos effectus. Et ipsis dominis factis remerciacionibus, exieru[n]t a claustris. Super quibus omnibus conclusum fuit responsionem fiendam esse cras in Domo ville, vocatis consiliariis tam ordinariis quam extraordinariis etc.

Ibidem fuit lectum appunctuamentum factum per magnifficos dominos Elvecheos sive Liguarum [1], ne quis ignorancie causam posset allegare.

Martis xv novembris. — Le[a]mon, Cartellier pro Versonex, Nerga pro Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Montion, de Lunes, de Ponte, Curt, Megex, de Sancto Michaele, Fonte, Pichon, Donzelli, Rosseti, de Leta, Magistri, Fornerat.

[1] Le recès de Soleure, 28 octobre.

Admodiatio introgii bossetarum vini.

(Solvit totum.) — || Anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono, indicione septima cum eodem anno sumpta, et die Martis quindecima mensis novembris, coram me notario et communitatis Gebenn. secretario, personaliter constituti nobiles Franciscus de Leamon et Guilliermus Danelli, consindici Gebenn., Michael Nergaz, locumtenens nobilis Petri de Fernex, et Franciscus Quartellerii, locumtenens nobilis Petri de Versonex, consindicorum Gebenn., ex una, et egregius Stephanus de Malladeria alias Jolyti, civis Gebenn., habitator Quercus, ex altera partibus, dicti vero nobiles sindici et locumtenentes nomine tocius communitatis agentes, admodiant et titulo admodiacionis tradunt et concedunt prefato Stephano de Malladeria alias Joly, ibidem presenti, introgium bossetarum (139) vini eidem communitati pertinens, eidem Stephano, in claustro ecclesie cathedralis, ad candelam, et tanquam plus offerenti, spacio et per tempus unius anni, die festi sancti Martini nuper lapsi incohati et simili die fi[ni]endi, dicto anno revoluto, et hoc precio et nomine precii septem centum et viginti quinque florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos, et hoc cum honore et onere assuetis. Et ad ejus preces se dant et constituunt fidejussores et principales, quilibet ipsorum principaliter et in solidum, videlicet egregius Johannes Bueti, notarius, et nobilis Petrus de Quarro, qui hujusmodi firmam, quilibet ipsorum principaliter et in solidum, solvere promictunt dicte communitati, in manibus thesaurarii ejusdem civitatis, ipsis sindicis vel qui *(sic)* pro tempore fuerit, more denariorum fiscalium, terminis assuetis. Submictentes etc. Renunciantes etc. et presertim fidejussores juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani, nove constitutioni de duobus vel pluribus reis debendis, cedendarumque et dividendarum actionum beneficio etc. Actum Gebennis, in aula civitatis Domus et in consilio ordinario, presentibus ibidem n. Petro de Orseriis, Petro de Fernex, Ludovico Montionis, et aliis supra nominatis testibus.

S. Biolesii. ||

De Claret, qui vendidit vinum ultra cridas et scoriavit mutones in ejus domo et illos vendidit, faciat justiciam judex excessuum, et requiratur quod eum tractet mycius ut fieri poterit.

De equo de Fonte, vendat illum si possit, et de residuo quod deerit ad solvendum satisfaciat civitas, et eciam de expensis factis et fiendis per ipsum equum.

De hospite Ursi, domini sindici vadant ad dominos capituli et acomodent ab eo sexaginta scuta auri, et in exoneracionem tradantur eidem hospiti, et de residuo expectet per aliquod tempus, infra quod possint compelli remoti sindici.

De negocio domini vicedompni, expectet ad Veneris, et ad tunc remictitur.

Veneris xviij novembris. — Versonex, Leamon, Danelli, Nergaz pro P. Fernex; — Orseriis, Montion, Fernex, Curt, de Sancto Michaele, Cartellier, Fonte, Pichon, Leta, Magistri, Rosseti.

(Relatio.) — Nobilis Francesia, uxor egregii Francisci Buffereaux [1], suo et dicti ejus viri nominibus, ex una, et providus Andreas Regis, suo et ejus fratrum nominibus, promiserunt stare ordinacioni nobilium sindicorum et consilii fiende super relacione operariorum juratorum, magistrorum Jo. Spatule et Glaudii Quiblet; et facta promissione, hiidem operarii retulerunt ut in relato scripto datum.

In eodem consilio venit ven. frater Gringalleti, prior conventus Sancti Dominici. Exposuit sicut sacrum tempus Adventus Domini appropinquat, et ne diucius sermone divino privetur populus, reddendo plasmatori nostro gracias immensas de transquilitate et pace ac evacuacione pestis, sunt in conventu dispositi sermones continuare in eorum conventu, et populum possethenus ad devocionem commovere, interveniente primo beneplacito dominorum sindicorum et civitatis quem impartiri peciit, et facta resolucione et regracionibus debitis, predicent ut exposuerunt.

[1] François Buffereau, « secretaire ducal, natif de Vendosme ou diocese de Chartres, » était en 1514 « au service » d'Antoine de Gingins, seigneur de Divonne, « premier president en Savoye. » Il lui dédia le *Mirouer du monde* (Genève, J. Vivian, 1517, pet. in-4), qu'il dit avoir « fait et escript » au château de Divonne : en réalité, ce n'est que la copie, maladroitement remaniée, de l'*Image du monde*, poème didactique de Gautier de Metz, composé en 1245. (*Hist. littér. de la France*, t. XXIII, 1856, p. 330-331.)

(140) De quictancia concernente Eucaristie confratriam, illam faciat prior.

De domino vicedompno, fiat mandatum thesaurario de solvendo eidem decem scuta auri cugni regis ad solem [1]. De aliis tribus, quando legitime faciet apparere, tunc fiet quod equum fuerit.

De Petro Gervasii, insequendo alie conclusioni consilii, admictitur in vigillem Domus civitatis et moretur in illa.

De designeriis, illi qui non venerunt iterum petantur per vigilles; si non veniant, provideatur ad ordinationem consilii.

Sequuntur nomina desineriorum qui venerunt petiti. Et primo :

Magni Macelli : Johannes Collonges.
Sancti Christofori : Michael Chava[no]di.
Fusterie : Jo. de Ledevant.
Pontis Rodani : P. Mathei.
Constancie : Monetus Geronis.
Magdalenes : Jacobus Gerdilis dictus Cardinal.
Porte Castri : Glaudius Bochet.
Sancti Anthonii : Ste. Arnaudi.
Longemale : P. Cerguat.
Alemanorum : Jo. de Pileo Rubeo.
Bollongerie : Jullianus Bergerat.
Civitatis : Hyllarius Richardet.
Sancti Leodegarii : G. Furjodi.

Martis xxij novembris. — Versonex, Leamon, Nerga, Danelli; — Orsieres, Montion, Cartellerii, Lunes, Veteris, Fonte, Pichon, Leta, Magistri.

Facta querimonia per egregium Ruffi quod armigeri in suburbio Sancti Gervasii et in affetamento sue uxoris armigeri intulerunt magna dampna et certam fustam disperserunt, peciit illam sibi restitui. Domini

[1] « Item libravit nobili Aymoni Consilii, vicedompni *(sic)* Gebenn., vigore mandati sibi confacti die xviij novembris anni predicti, cum quictancia a dorso ejusdem mandati descripta, quam reddit, ff. xxxv, ss. x. » (*Comptes de la Communauté*, nº 21, fol. 22 vº, artic'e 15.) — Ce mandat doit se rapporter à l'allocation en faveur de l'interprète qui avait fonctionné à la diète de Soleure (ci-dessus, p. 384), puisque aucun autre paiement de 10 écus, soit 35 fl. 10 s., ne figure à cette époque dans les livres de comptes.

sindici, quamprimum tempus erit in melius dispositum, locum visitabunt et eidem, ut suadebit equitas, providebunt.

De magistro Ludovico, rectore scolarum, qui de proximo venit, remaneat in suo esse et secum recipiat in subalternum [illum] qui novissime in sui absencia deputatus [fuit], et si que oriatur differencia inter eos, illa sedatur per nobiles sindicos.

De Amedeo de Joex, fuerunt lecte allegaciones juris, in quibus concluditur ut illi detur tortura, et ita fuit conclusum ut illa sibi detur, insequendo oppiniones doctorum, et vadant cum nobilibus sindicis consules, hora prima post meridiem.

(141) *Veneris xxv novembris.* — Versonay, Leamon, Danelli, Nerga pro Fernex; — Orsieres, Fernex, Cartellier, H. Fabri, Bovyer, Megex, Gay, Veteris, Ponte, Lunes, Fonte, Pichon, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

(Admissio rectoris scolarum.) — De magistro Ludovico, admictitur in rectorem scolarum hujus civitatis ad tres annos, mediante suo juramento quod serviet civitati et regat scolas eo durante tempore, pestilenciali tempore excepto. De alio magistro [1], si vult esse bachallarius dicti magistri Ludovici, concordet cum eo, et quoad magistrum Mandrillionis, eo quod longo tempore servivit civitati, illum graciose tractet. Et ita convenit ipse magister Ludovicus, contemplacione nobilium sindicorum et honorabilis consilii.

De detento fuerunt lecte iterum juris allegaciones; fiat justicia [2].

De honorabilibus ambassiatoribus Nerga et Fonte, dederunt rotulum expensarum; admictatur, dummodo in eorum consciencia dicant exposuisse contenta in rotulis.

Quoad labores ipsorum, remictitur consilio quinquagenario, quod petatur [3].

[1] Celui qui venait de Bonne (p. 368).

[2] Le même jour, les syndics allèrent au château de l'Ile pour faire mettre à la question Amédée de Joex. Là ils apprirent du vidomne Aimé Conseil que le prévenu s'était enfui : *auffugerat et portas carceris combusterat* [sic]. Des lettres testimoniales, que J.-A. Galiffe n'a pas connues, furent aussitôt rédigées (ms. 70, fol. 29); les syndics y demandaient l'arrestation du vidomne et du geôlier, *ut veritas evasionis dicti Amedei sciatur*. Le R. C. ne mentionne cette évasion que le 2 décembre.

[3] Voy. plus loin, p. 397, 399.

Martis xxix novembris. — Versonay, Leamon, Danelli, Nergua; — Montionis, Curt, Joly, Megex, Gay, Bovier, de Ponte, Fernex, Lunes, Fonte, Pichon, Rosseti, Frojon, Leta, S^t^. Michel, Magistri; — F. Troctier [1].

De stuphis, proh[ib]eatur magistris stupharum et inhibeatur ne illas callificent, donec cessaverit pestis.

De duobus vigillibus qui iverunt cum ambassiatoribus, dentur illis et cuilibet eorum pro singulo die tres solidi, et apportet Saturninus librata, et hoc ultra loquerium equi.

De crida, det modicas peccunias thesaurario, et de residuo expectet eum modico tempore, nec procedat contra eum donec possit recuperare et lucrari peccunias in suo officio.

(142) De Hurrico hospite, vadant nobiles sindici ad reverendissimum dominum nostrum episcopum, et supplicent sibi ut ministret justiciam brevem de sindicis sublatis, ad satisfatiendum illi hospiti, erga quem sunt obligati, cum receperint peccunias; et interim fiant remonstraciones eidem hospiti quod supersedeat per quindecim dies; et alloquatur Nycodus de Villario, qui respondeat medietatem illius debiti in deducione sallis. Et semper instent apud dominum contra ipsos sublatos sindicos.

Veneris secunda decembris. — Versonay, Leamon, Danelli, Nerga; — Orsieres, Versonay, de Ponte, Megex, Gay, Joly, Veteris, Fabri, Fonte, Pichon, Rosseti; — F. Troctier, magister Paulus.

(Burgensis.) — S. d. Johannes Baptista de Ferrariis [2], medicus, fuit gratis in burgensem admissus.

Fiant de novo cride contra furtos [3] rappientes clausuras prediorum,

[1] A l'instance de Claude du Bois *(de Bosco),* châtelain, lieutenant du vidomne, les syndics interrogèrent, les 29 novembre, 1er et 2 décembre, Pierre Bellon, de Molines au diocèse d'Embrun, qui se disait un pèlerin revenant de Rome et demandait l'aumône, en présentant de fausses bulles pontificales. (*Pr. cr. et Inf.*, n° 197).

[2] « Medicine doctor, parrochie Sancti Gervasii. » (Ms. 70, fol. 33 v°.) — Marié à no. Jeanne de Livron, veuve de no. Jean d'Aubonne. (*Minutes de H. Richardet, notaire,* vol. I, fol. 156-159, acte de 1519. — *Minutes de Claude de Compois, notaire,* vol. II, fol. 242-244; vol. III, fol. 99-108, 174; actes de 1523-1525.)

[3] *Lisez :* fures.

similes novissimis, et in illis addatur quod quicumque tales fures accusabit, dabitur illi unus solidus pro ejus pena.

De equo de Fonte, solvatur illi, tam pro sollutione sui equi quam expensis, quatuor scuta auri cugni regis ad solem.

De detento Amedeo de Joex, qui evasit carceres Insule [1], vadant nobiles sindici ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, et requiratur quod reperiat modum habendi justiciam tam de domino vicedompno quam custode, quorum culpa evasit, et qui custos penes ipsum reverendissimum dominum episcopum est.

De ambassiatoribus Nerga et Fonte et de sallariis que petunt, vocetur consilium quinquagenarium, et juxta conclusionem in ipso consilio fiendam fiet illis solucio mercedum.

Dominico, de mane, *quarta decembris.* — Versonay, Nergaz, Danelli; — Orsieres, Montion, Versonay, Curt, Lunes, Joly, Fabri, Megex, de Ponte, Gay, Fernex, Fonte, Pichon, Fornerat, Donzelli, Magistri, Frojon, Rosseti, Bovier.

(143) Quia illustrissimus dominus dux mandavit per sui hospicii prepositum unam licteram missivam [2], qua petebat sibi remicti dictum laquex, detentum in Domo episcopali pro certo furto per eum perpetrato in oppido Thononii; et eadem lictera missiva aliunde portabat credenciam. Ex quo, insequendo oppiniones et conclusionem consilii, fuerunt ad eum mandati egregius Anthonius de Fonte et Lyonardus de Ponte, et fuerunt onerati dicere eidem preposito quod, si placeret ei, veniret ad Domum civitatis et diceret suam credenciam, aut saltem

[1] Ce dénouement du procès intenté à A. de Joex a échappé à A. Roget (*Les Suisses et Genève,* t. I, p. 170), bien que J.-B.-G. Galiffe y eût fait allusion (M. D. G., t. XI, p. 249).

[2] Lettre de Charles III, datée de Thonon, 3 décembre [1519], demandant aux syndics de remettre au porteur, prévôt de son hôtel, « le lacquaix qui est destenu en nostre chasteau de l'Isle..., car c'est raison que le delinquant soit pugny là où il a fait le delict. » (P. H., n° 888.) — Ayant appris le refus des syndics, le duc insiste le 4 décembre *(ibid.)* sur sa réclamation, « car cella ne prejudique point à voz franchises... esquellez n'entendons rien innover. »

Un billet du 30 novembre *(ibid.)* doit aussi être de l'année 1519 : Charles III y exprime aux syndics le désir de « sçavoir s'il fait sain à Geneve, avant que deslouger [de Thonon] pour y aller..., comme plus au long entendrés par maistre Paule [Pierre-Paul des Patrons, de Milan, docteur en médecine, B. G. 1505], present porteur. »

illam ipsis missis diceret, ut consilium sanius deliberaret responsum dare memorato illustrissimo domino duci. Qui Fonte et Ponte retrocedentes retulerunt responsum habuisse a dicto nobili preposito, quod nullum aliud habebat onus verbo dominis sindicis dicere quam contenta in eadem missiva. Actamen ipse prepositus eisdem Fonte et de Ponte dixit quod subsistebant tres rationes quibus debebant nobiles sindici dictum laquex sibi remictere : prima, quia fecit furtum penes prelibatum illu. dominum ducem; secunda, quia fuerat prosequutus, ut asserebat, per magistrum hospicii; et tercia, quia fuerant comodati carceres. Super quibus premissis fuit per idem consilium conclusum quod, pro uberiori liquidacione detentionis ipsius laquex, requiratur illu. et reverendissimus dominus episcopus quod, per suum procuratorem fiscalem et suos secretarios fiscales, faciant duplum processus et mictatur, quod et rescribat modum detentionis ipsius laquex. Et equidem eidem illu. et reverendissimo demonstretur duplum repertum in libro franchesarium[1] de quodam qui interfecit unum ex cammerariis illustrissimi domini ducis Amedei, quo constat sindicos non teneri eumdem laquex remictere. Et ideo si prefatus illu. dominus noster et suum consilium concluda[n]t quod aliquis parte civitatis vadat ad prefatum illustrissimum dominum, eligatur unus qui vadat.

Eadem die Dominico, post prandium. — Versonay, Leamon, Nergaz, Danelli; — Orsieres, Fernex, Versonex, Joly, Gay, de Ponte, Fonte, Pichon, Fornerat, Donzelli, Magistri, Frojon.

Quia, demonstrato dicto duplo prelibato reverendissimo domino episcopo principi nostro, dixit quod faceret fieri duplum processus et illum mandaret, et precepit mandari unum ex consilliariis, qui unam missivam cum dicto duplo portaret ipsi illustrissimo domino duci, et ideo per dictum consilium fuit electus in ambassiatorem egregius Fonte[2].

(144) *Martis vj decembris.* — Versonay, Leamon, Nerga, Danelli; — Orsieres, Fernex, Curt, Bovier, Megex, Cartellier, Joly, de Ponte, Ve-

[1] Lettres du duc Amédée VIII, 22 mai 1424, transcrites dans ce ms. (nº 62), fol. 57.

[2] Il emporta une lettre des syndics au duc, datée du 5 décembre (ms. 70, fol. 28).

teris, [de] S. Michaele, Magistri, Leta, Frojon, Rosseti, Pichon, Fornerat.

Vadant nobiles sindici ad illu. et reverendissimum dominum episcopum principem nostrum, et sibi exponant sicuti hodie fuit conclusum in consilio civitatis et advisatum quod, ex quo illu. dominus dux est de proximo venturus, quod ipse et domini de capitulo et eciam ipsi domini sindici requirant prefatum illu. dominum ducem ut velit officio vicedompnatus de ydoneis officiariis providere, qui bene et legaliter et probe, ad formam franchesiarum, exerceant ipsum officium. Et casu quo non veniat, quod ipse dominus episcopus velit eligere tres magis apparentes de suo consilio, et similiter capitulum tres, et pariter civitas tres, qui vadant ad eum et supra scriptam faciant requestam.

Domini sindici, propter infirmitatem thesaurarii, vadant ad eum et informentur de negociis retro gestis per sublatos sindicos.

(De Plonjon.) — De Plonjon, vadant iterum ad eum post prandium duo vigilles et dicant ei quod, sub pena privationis burgensie, veniat, hora qua domini dicent sindici, coram auditoribus computorum in dicta Domo civitatis et reddat computum ibidem, sub pena privationis sue burgensie.

(De Georgio Let.) — De Georgio Let, fiant eidem gratiose remonstrationes quod expense, per eum mi[ni]strate et in ipso relato rotulo descripte, non fuerunt facte per dominos ambassiatores Cantonorum, sed sunt particulares, nec de illis fit mentio in appunctuamento novissime facto per illu. dominum ducem, et ideo easdem expensas petat ab illis qui illas responderunt.

De detentis in Domo episcopali, fiat justicia.

N. P. de Versonay, suo et nobilis Anthonii ejus fratris [nominibus], facta sibi remonstratione per hon. Michaelem Nerga quod debent summarie tractari differencia confratrum Eucaristie Christi, fuit contentus acquiescere super differenciis que habent cum nobili Andrea Guacti, si velit condescendere ordinacioni prioris et confratrum ac consilii ordinarii.

Retulerunt Andreas Manget et Saturninus Rosat, vigilles, peciisse Plonjon et de Mara ac Baudi, ut veniant et compareant coram dominis sindicis et auditoribus computorum, hora 2ª post meridiem, sub pena privacionis burgensie; qui non venerunt.

(145) *Jovis viij decembris. — Consilium extraordinarium.* — Versonay, Leamon, Nergua, Danelli; — Orsieres, Fernex, Cartellier, Magistri, Leta, Frojon, Curt, Pichon, Donzelli, Fabri, Megex, Bovier, Fornerat.

Venit egregius Fonte a loco Thononii, a sua ambassiata illustrissimo domino duci missus, occasione dicti laquex in carceribus episcopalibus detenti, occasione cujusdam furti per eum perpetrati in eodem loco Thononii, quem prelibatus illustrissimus dux volebat sibi remicti; et apportav[i]t unam missivam [1]. Et quia prefatus illu. dominus dux est hanc civitatem aditurus Sabati proxima, fuit conclusum quod domini sindici vadant ad ejus obviam, quos associabunt equos habentes, pro honore ipsius illustrissimi et tocius civitatis.

Consilium L. — Veneris nona decembris. — Versonex, Leamon, Nerga, Danelli; — Orsieres, Versonex, Fernex, Megex, Lunes, de Sancto Michaele, de Ponte, Montion, Leta, Frojon, Rosseti, Fonte, Magistri, de Ulmo, Gentilis, Servelli, H. Bernardi, A. Reynaudi, Jo. pictor, Savoex, Jo. Sept, Peronetus Joly, Gi. Carra, Ludovicus Bec, P. de Cresto, F. de Fossis, Berteracti, Monetus Mistralis, F. Suchardi, Jo. Nycodi, Ludovicus Curteti, Boulet, Macheret, Andreas Girardi, P. Grassier, Philippus Regis, Georgius Let, Porta, My[geran]di, Navis.

Ibidem fuit locutum de adventu illustrissimi domini ducis et conclusum quod domini sindici, associati magis apparentibus, vadant illum ad obviam, et inde ipsi nobiles sindici, facta illi reverencia, requirant ipsum illustrissimum dominum ducem quod provideat de uno bono vicedompno, et servetur ordo franchesie, et pariter illu. dominus episcopus, quod apponat officiarios et provideat in justicia, sic quod debita prestetur obediencia et ceteri abusus exinde extirpentur [2].

[1] Dans cette lettre, datée de Thonon, 7 décembre (ms. 70, fol. 26), le duc disait brièvement : « Touchant le preysonnier, nous entendons que le bailliés à nostre vidompne, comment raison veult : sy n'y faites faulte... »

[2] Le lendemain, 10 décembre, fut proclamée dans les rues, « de la part de notre très révérend et très redouté seigneur Monseigneur de Genève, » l'interdiction de porter « bâtons tant offensibles que défensibles, » sous peine de 25 livres d'amende et de deux traits de corde. (Pièce publiée par J.-A. Galiffe, p. 277; cf. ses mss., vol. 5, p. 129; elle n'existe plus aux Archives de Genève. — Voy. aussi Bonivard, p. 197-198.)

Trois contraventions furent dressées. L'un des prévenus ayant été incarcéré, Jean-Louis Ramel, Bezanson Hugues, et dix-sept autres citoyens se rendirent, le 9 janvier 1520, chez le vicaire général P. Gruet pour réclamer le retrait de l'ordonnance de Jean de Savoie, comme contraire aux libertés et franchises de la cité, et pour annoncer qu'au besoin ils en appelleraient au siège métropolitain de Vienne. Comme le vicaire déclara que la « crie » avait eu lieu sans son assentiment ni celui des syndics, B. Hugues et ses amis songeaient à se faire délivrer par un notaire des lettres testimoniales de leur demande et de la réponse du représentant de l'évêque. Peut-être y renoncèrent-ils. En tout cas, ces lettres, en latin, — où l'on a interprété le terme « bâtons » de la proclamation par *rapperiae seu spatae aut alii gladii offensibiles*, — ne sont aujourd'hui représentées que par deux pièces de la « Collection Galiffe, » restituées aux Archives en 1915 (P. H. Suppl., nº 71), soit un brouillon et une mise au net, sans caractère authentique et sans le nom ni la signature d'un notaire, en sorte qu'elles ne constituent qu'un projet. J.-B.-G. Galiffe les a réunies en un seul texte, qu'il a imprimé, M. D. G., t. XI, p. 478-479 (l. 9, lisez : *Dominico*, et non *Ludovico*, Magistri-Petri), en affirmant, d'après son père, que l'une et l'autre seraient écrites par Bezanson Hugues. En réalité, elles proviennent de deux mains différentes : aucune n'est celle de B. Hugues, ainsi que le montrent ses missives autographes (P. H., nos 972, 1065, 1078).

A la diète de Soleure, 21 novembre (E. A., III, 2, p. 1210, lettre *g*, un envoyé du duc exposa que, pour éviter des troubles à Genève, une commission, composée de six membres du conseil et de six citoyens, avait décidé d'interdire dans la ville le port d'armes à tous, nationaux ou étrangers, « sauf aux Allemands venant à Genève. » Il doit exister quelque rapport entre cette résolution et la défense du 10 décembre. Dès le 13 décembre, le crieur qui avait publié celle-ci fut privé de son office par le conseil : on peut, croyons-nous, conclure de ce châtiment et de la réponse postérieure du vicaire général que l'ordonnance n'émanait pas de l'évêque, mais du vidomne, à qui elle aurait été suggérée par la susdite commission.

Cf. ci-dessus, p. 359, n. 3.

(146) (*De Plonjon et aliis.*) — Quia vicibus iteratis fuit loquutum et expositum per nobiles sindicos sicuti Plonjon et Baudi et pariter Ste. de Mara, sindici depositi, licet fuerint multociens petiti ut veniant et reddant computum eorum receptarum et libratarum, renuerunt obedire justicie et ipsis sindicis, ob que ipsi auditores non possunt procedere ad conclusionem computorum, nec dari ordo in hiis, et potissime ad restituandum quatuor millia et quater centum scuta, propter que civitas reportat maxima onera occasione interesse. Et ideo fuit conclusum quod petantur ad Martis, et sub pena privacionis burgensie; et si non veniant, priventur burgensia, et petantur eadem [die], hora secunda post meridiem, et si non veniant, priventur et compellantur more debitorum fiscalium, sic quod debitam prestent obedienciam; et si non veniant, ex nunc priventur burgensia.

(De Lec.) — Sermone facto de Georgio Let, qui peciit sibi satisfieri de contentis in rotulo, quia rotulus non comprehenditur cum aliis hospitibus, de quibus reffert appunctuamentum illustrissimi domini ducis arbitri. Fuit conclusum ut sibi dicatur quod debitum petat aliis sublatis sindicis, qui sibi ipsas peccunias responderunt, et quod moderni domini sindici facient solicitationem erga illu. et reverendissimum dominum episcopum ut compellantur ad sibi satisfiendum.

De modo reperiendi peccunias ad satisfaciendum hospitibus, fuit conclusum quod instentur ut remoti sindici ut supra compellantur.

(Assignatio facta Plonjon et Balli ad reddendum computum.) — Retulerunt Johannes Rubei, Petrus Mariglerii et Saturninus Rosat, vigilles, de mandato nobilium sindicorum assignasse honorabiles Ludovicum Plonjon et Johannem Balli, quod hora secunda post meridiem se reperiant et compareant coram dictis nobilibus sindicis et auditoribus computorum, et ibidem computum eorum reddant, et hoc sub pena privacionis eorum burgensie et comodorum ejusdem, ac sub juramento quod habent civitati. Qui eis responderunt quod non obedirent eisdem sindicis, nec conıparerent coram eis.

Eadem hora secunda, comparuit coram ipsis nobilibus sindicis egregius Prepositi, per eosdem vigilles modo retro scripto petitus, qui se obtulit parere mandatis ipsorum dominorum sindicorum, et promisit revellare que sciret occasione peccuniarum receptarum per alios sindicos; et eisdem nobilibus sindicis tradidit quasdam licteras a recollende memorie illu. et reverendissimo domino archiepiscopo Auxitano emanatas [1], quibus mandatur compelli debitores ipsius civitatis more denariorum fiscalium.

Lune xij decembris. — Versonex, Nerga, Danelli; — Orsieres, Fernex, Veteris, Megex, Cartellier, Fonte, Pichon, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

(De copia articulorum.) — Eadem die, fuit traditum duplum articulorum et pronunciacionis domini ducis [2].

[1] Lettres patentes du 19 juin 1487, confirmées le 20 juillet 1510 par Charles de Seyssel, le 12 décembre 1519 par Jean de Savoie, et le 28 avril 1522 par Pierre de la Baume. (P. H., nº 755, parchemins scellés.)

[2] Voy. p. 359, n. 1.

(147) *Martis xiij decembris.* — Versonay, Leamon, Danelli, Nerguaz; — Cartellier, Versonay, Lunes, de Ponte, Megex, Gay, Veteris, Fonte, Pichon, Magistri, Frojon.

De crida, privetur officio, et de offensa per eum facta in transgressione ultime cride [1], veniat in consilio generali, et publice petat veniam illu. domino nostro et nobilibus sindicis; et proclametur officium suum, quod magis ydoneo expediatur.

(Privacio burgensie Plonjon et Baudi.) — Ibidem prefati nobiles sindici exposuerunt sicuti vigilles retulerunt peciisse et assignasse Plonjon et Baudi, die Veneris lapsa, hora secunda, qui non venerunt, sed responderunt quod non compararent coram modernis sindicis, nec computa reddent in manibus auditorum. Qua sic facta expositione, fuit conclusum quod remaneatur privacio burgencie et viriliter contra eos via justicie agatur more debitorum fiscalium, et ex nunc priva[n]tur, et exequatur conclusio ipsius privationis.

Item convocetur generale consilium ad Jovis, ad fines ut omnes qui possent dici particulares ibidem compareant, et exponantur in illo quod omnes sint obedientes, et quod, pro majori obedientia, fiat preceptum desineriis quod, quando petentur, quod congregentur capita domorum, et si sit aliqua desineria que careat desinerio, illi provideatur de novo, sic quod exinde debita prestetur obedientia. Item in illo consilio omnia domini sindici exponant occurentia ad fines ut fiat ibidem publice generalis conclusio, cujus nullus possit causam ignorancie allegare et illa se excusare.

Fuit ibidem conclusum de vigillibus, quod non ydonei expellantur ab officio vigillum, et de aliis ydoneis provideatur discrecioni nobilium sindicorum.

Petrus Gervasii, jam admissus, ut recip[i]atur in vigillem et in Domo civitatis mansionem faciat, veniat ad illam quociens voluerit; que omnia fuerunt dicta Humberto Trenchent, qui se obtulit incontinenti, lapsis festis Natalibus, vacuare eidem Petro ipsam Domum ville.

De ambassiatoribus, scilicet Nergua et Fonte, qui pecierunt sibi satisfieri de eorum sallario, pena et mercede per eos substentis in Alemania, nichil fuit conclusum, sed stetur conclusioni consilii quinquagenarii de proximo tenendi.

[1] Voy. p. 394, n. 2, et plus loin, p. 398, 400.

(148) *Consilium L. — Mercuri xiiij decembris.* — Versonay, Leamon, Danelli, Ne[r]gaz loco Fernex; — Orsieres, Versonay, Pichon, Fonte, Leta, Lunes, Curt, Megex, Bovier, P. Tacconis, Frojon, Dadaz, Cartellier, T. Monachi, Ja. Servelli, Jo. Bernardi, Franciscus Testuti, Humbertus Bernardi, Jo. du Banc, Monetus excofferius, Ste. Bonevaud, L. Bech, F. Millieti, Jo. Sept, Navis, A. Reynaudi, de Arpa, Jo. Collondaz, G. Pactry, Jo. Nycodi, Macheret, Julliardi, de Porta, de Biolesio, P. de Casalibus, Ludovicus Curteti, Ny. Gentilis, Fornerat, D. Salla, Jo. Ludovicus Ramelli, Pensabini, Boulet, Andreas Girardi, Mo. Bessonet, Jo. Lullini, P. Mathei, Philippus Regis, Grassier, Fosses, Savoex, G. Carra, Peronetus Joly, P. Olivier, Dominicus Varambert.

(De articulis.) — Colloquucione facta de contentis in articulis et appunctuamento facto per illu. dominum ducem tanquam arbitrum, observentur ut jacent tanquam facta citra aliqualem franchesie enervationem, hoc salvo quod, quoad capitulum concernens confiscacionem tercie partis bonorum et bampnimentum, fiat requisicio apud illustrissimum d. ducem, ut faciat super illo declarationem.

(De sindicis remotis.) — De computis reddendis per sublatos sindicos, compellantur monere [1] denariorum fiscalium ad reddendum eorum computa de per eos receptis et libratis in manibus auditorum computorum, et observentur conclusiones facte super eadem materia et eam concernentes.

De offensa per cridam facta, qui excessit themere limites sui officii, veniat hora vesperorum in alio consilio ibidem tenendo, et ibidem de offensa petat veniat [2] illu. et reverendissimo domino nostro episcopo et nobilibus sindicis, cum omni humillitate.

(Revocacio procuratorii et actestacio in favorem reverendissimi domini nostri episcopi.) — Quia ad noticiam illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et eciam nobilium sindicorum devenit, sicuti communi vulgo propallatur notorieque vocifferatur fuisse, in quodam consilio generali, factum certum procuratorium per ipsos sindicos et communitatem in curia romana, contra ipsum illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem, ad petendum ipsum privari

[1] *Lisez* : more.
[2] *Lisez* : veniam.

juridicione episcopali ad ejus vitam, et illud procuratorium consistere penes e. dominum Amedeum Levrerii, qui hujusmodi negocium prosequitur in eadem curia romana, in favorem cujusdam reverendissimi domini cardinalis. Que premissa fuerunt exposita coram ipso consilio, in quo omnes adstantes dixerunt nullo unquam tempore talem constitutionem procuratoris fecisse, propter quod fuit conclusum ut ad cras convocetur generale consilium in claustro, et in quo omnia premissa enarrentur, et fiat opportunum remedium ne talis falcifficacio remaneat, sed in lucem veritas prodeat.

In eodem consilio fuit conclusum ut vocetur iterum hora vesperorum consilium quinquagenarium.

Fuerunt ibidem admissi in consules consilii ordinarii hon. Dyonisius Dadaz et Johannes Ludovicus Ramelli.

Fuit equidem conclusum dari et solvi honestis Michaeli Nergua et de Fonte, pro laboribus ipsorum in duabus ambassiatis per eos factis in Alemania, videlicet cuilibet ipsorum, duodecim scuta auri cugni regis ad solem [1].

(149) *Consilium L. — Eadem die suprascripta,* hora vesperorum. — Versonay, Leamon, Danelli, Nergua loco Fernex; — r. d. officialis; — s. d. G. Grossi, s. d. P. Fabri, s. d. Blecheret; — Burdignin, P. Tacconis, Versonex, Megex, Veteris, Fonte, Pichon, Leta, Magistri, Rosseti, Orsieres, Bovier, Navis, G. Cinturerii, Ludovicus Curteti, Boulet, Savoex, Jo. Bernardi, T. Monachi, Ny. Gentilis, de Ulmo, Jo. Sept, Julliardi, Mi[geran]di, Lullini, Jo. Nycodi, de Biolesio, G. Pactry, Porta, F. Suchardi, de Alpa, Ludovicus Bech, Andreas Girardi, Jo. Collondaz, G. Carralis, P. de Cresto, Ste. Bonevaux, Peronetus Joly, F. de Fosses, Monetus excofferius, P. Oliverii, Macheret, Nycodus de Villario, Berteracti, Millaney, Philippus Regis.

(De articulis.) — Sermone facto ibidem per nobiles sindicos sicuti illu. et reverendus dominus noster episcopus et princeps, ut omnis de medio tollatur suspicio, oneravit ipsos nobiles sindicos ut dicerent et

[1] Soit en tout 86 fl. 10 sous (*Comptes de la Communauté*, nº 21, fol. 23 vº, article 32.) — Ce compte de Louis de Lestelley, du 6 février 1519 au 5 février 1520, offre 35 mandats aux fol. 21 vº-24. Pour le même exercice, 99 paiements sont portés au vol. Tr. 3, fol. 142-149.

exponerent in hoc consilio, quod, pro hac vice duntaxat, essent contenti quod in proximo festo Purifficacionis beate Marie virginis [1] nominaret octo in sindicos, et quatuor ex ipsis remanerent, citra tamen prejudicium novorum cappitulorum et ord[inacionis] factorum per illu. dominum ducem, in quo conclusum fuit quod, pro hujusmodi negocio, evocaretur ad cras consilium generale, et quod, si idem consilium concludet ita fieri et admicti petita ipsius illu. domini episcopi, quod ita fieret pro hac vice, alias non, et nisi idem generale consilium concluderet creationem novorum sindicorum de proximo fiendam posse fieri per ipsum illu. dominum episcopum.

(Privacio cride.) — Ibidem supervenit dictus crida, qui, de offensa per eum facta transgrediendo contenta in crida et modum cridandi, quoad edictum duorum tractuum corde et xxv librarum, peciit misericorditer sibi indulgeri. Cui fuit induldum [2], nec exinde exerceat ipsum officium cride, quod fuit sibi interdictum.

Consilium generale. — Jovis xv decembris fuit celebratum consilium generale, in claustro ecclesie cathedralis, ad sonum magni cimballi et voce cride, more solito.

Versonex, Leamon, Danelli, Nergua loco Fernex; — P. Fernex, Pichon, Frojonis, Lunes, Megex, Cartellier, Dadaz, Fonte, H. Fabri, Ramelli, Versonex, Fornerat, Rosseti, P. Joly, Burdignin, Prepositi, Gentilis, Guy Vuydat, Anthonius Comitis, G. Perrini, Jo. Bernardi, Servelli, de Ulmo, Reymondus de Ponte, Panissodi, Jo. Malliardi, Michael de Pane, Andreas Guacti, P. Villiet, Jo. Tacconis, Navis, Jo. Sept, Pileo Rubeo, Pensabini, Jo. Catellier, Geor. Dentant, G. Couvaz, Jo. Ballonis, (150) Ste. Fabri, Ja. Clerici, Michael Chappallaz, P. Regis, Jo. Clementis, Jo. de Monte, Ste. de Villa, Borsacti massillarius, Franciscus Christini, Girardus Morelli, G. Balleti, Boulet, Savoex, Gallatini, Ja. Barberii, G. Pitardi, Migerandi, Ludovicus Materii, P. Navilliez, Humbertus Semoz, Pantillionis fromagerius, Jo. Bocardi, G. sellerius, A. Millaneys, Cortagier, Humbertus Cagniotaz, Machet, Ducis, P. Mathei, Jo. de Nanto, Jo. Nycolay, Aymo Bonaz, G. Chenalis, Per. de Cresto, Percivallus Mercerii, G. Chabodi, Ludovicus de Bolo, F. Bor-

[1] 2 février.
[2] *Lisez :* indultum.

gardeynaz, Jo. Bolardi, P. Lullini, Ja. Symonis, Nycodus Party, D. Varambert, Julliardi, P. Taccon, Jo. Collondaz, Ja. Pavyot, Buctini, Berteracti, Plonjon, P. de Malodumo, Jo. de Malodumo, H. Pollier, P. Levrerii, Vandelli, G. Balli, Anthonius Sept, Jo. Malliardi, G. de Castronovo, Anthonius Lec, Mandrillionis, Janinus Bert, de Porta, P. Fabri serrallionus, Humbertus suctor, Amedeus Tornerii, Jo. Regis, Ja. librarius, Jo. Panniorens F. Troctier, Matheus Carrerii, Bar. de Crosa, Philibertus Matellon, dictus Veyron, P. Pastoris, (Jo. Collondaz,) Jo. Bovier, P. Magistri, Bernardus de Monte, Aymo Medici, P. Rosseti patisserius, Jo. Tiollier, dictus Serex commissarius, P. Biollesii barbitonsor, G. filiaster Frojon, Lambertus Cusini, Humbertus Bernardi, dictus Pellouz, Franciscus Suchardi, Ste. Jolyti, Jo. Vudon, Andreas Michallon, Franciscus de Fosses, G. Bessonet, Monetus suctor, Bernardus Beguynii, Jo. Rosseti, Roletus patisserius.

Ibidem astiterunt r. d. Petrus Grueti, vicarius, r. d. Heustacius Chapuisii, officialis.

(Actestaci[o] quomodo fuit dictum nullum fecisse procuratorium contra illu. et r. dominum episcopum.) — Qui quidem r. dominus officialis exposuit negocium procuratorii in precedentibus consiliis enarratum. Qua facta exposicione, omnes assistentes in eodem consilio dixerunt nunquam constituisse tale procuratorium contra illu. et reverendum dominum nostrum episcopum et principem, ad faciendum perdere eidem juris[dicionem] episcopalem; et si quod reperiatur, actestantur illud fuisse falso fabricatum. Et denuo constituerunt procuratores in curia remana [1], ad impugnandum illud procuratorium et illud revocandum et nullum pronunciari petendum, in majori forma. De quibus peciit dominus officialis a me et egregio Glaudio Troctier fieri publicum instrumentum.

Paulo post hec et in eodem consilio, supervenerunt magnifficus dominus Gabriel de Laude, preses ducalis, [et] dominus Aulenove. Qui quidem dominus preses, tam parte illustrissimi domini ducis quam prefati illu. et reverendissimi domini episcopi, exposuit quem[admo]dum, pro paciffication fienda, prefatus illustrissimus non extimuit hanc civitatem applicuisse, quoniam sit magne pestis suspicio, et exor-

[1] *Lisez :* romana.

tatus fuit ut omnes hujus civitatis habitatores, cives atque burgenses, semotis omnibus zisaniis et rancoribus ac rixis, omnes in pace viverent. Et ibidem presentavit, parte ducali et illu. domini episcopi, nobilem et potentem Nycodum de Belloforti, dominum Sallagine, novum vice[dompn]um deputatum pro debita ministranda justicia, qui se obtulit franchesias et liberthates hujus civitatis pro posse observare. Post hec, prefatus dominus preses, factis hujusmodi remonstracionibus, dixit quod si hec civitas et habitantes in ea, usu rationis neglecto, vellet sua themeraria audacia ab obedientia sui pastoris divertere, quod tales acriter pugnirentur, et rogavit totum populum ut taliter viverent quod prefatus d. episcopus, eciam illu. d. dux, non redeat pro castigandis discolis. Et si esset aliqua declaratio fienda super articulis, venirent ad ipsum illu. ducem, et libenter illam faciet ante ejus recessum.

(151) *(Conclusio quod non derogetur quoad electionis sindicorum capitulis.)* — Successive vero per ipsos nobiles sindicos fuit expositum sicuti erant onerati per prelibatum illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem exponendi in hoc generali consilio ut contentaretur communitas deputari sindicos pro hac vice et illos novos elligere, et ejus electionem debere sortiri effectum, citra tamen prejudicium dicte pronunciationis et libertatum et franchesiarum nostrarum. Qua sic facta, seriatim auditis oppinionibus, fuit conclusum quod non derogaretur eisdem articulis, sed remaneret, excepto quod iretur ad ipsum dominum ducem et rogaretur quod faceret declarationem super aliis articulis mentionem facientibus de confiscacione tercie partis bonorum et soffleti [1].

Veneris xvj decembris. — Versonex, Leamon, Nerga, Danelli ; — Orsieres, Fernex, Burdignin, Montion, Versonay, Curt, Lunes, Bovier, Megex, de Ponte, Fonte, Pichon, Donzelli, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

De paupere homine elemosinam querente, qui molestatur per thesaurarium ad solvendum certam restam cujusdam laudimii, conclusum fuit ut fiat ejus consensus purus, licet non satisfecerit.

De sindicis remotis, petantur ad Lune ad reddendum computa.

[1] Cf. une pièce (minute non datée) copiée par J.-A. Galiffe dans ses mss., vol. 8, p. 19-20 : elle n'existe plus aux Archives de Genève.

De thesaurario, dicatur eidem quod, loco sui, durante ejus infirmitate, deputet et substituat unum qui ejus vices gerat.

De carpentatore ville, dentur ei alique peccunie.

De crida, privatur officio et advideatur super perda ipsius a tempore turbarum.

(Burgensis.) — Mathellinus de Ruppe, parrochie Magdalenes, admictitur in vigillem et burgensem [1].

(Actestatio.) — Fuit actestatum per nobiles sindicos sicuti Aymo de Bernex, filius quondam Thome de Bernex, natus est Gebennis, stante matrimonio inter eum et Ludovicam Nobletaz in parrochia Magdalenes [2]. Ita actestati fuerunt n. P. de Fernex, Anthonius Millanesii, Luquinus de Pane et Dominicus Sallaz.

(Mandatum.) — Fiat mandatum honorabili Francisco Fornerat de xxv scutis ad solem, per eum solutis hospiti Ursi nomine civitatis.

(152) *Martis xx^ma decembris.* — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli ; — Orsieres, Fernex, Burdignin, Montion, Versonay, Bovier, Dadaz, Veteris, Lunes, Cartellier, Nergaz, Fonte, Pichon, Fornerat, Leta, Magistri, Megex, Frojon, Rosseti, Plonjon.

(Juramentum vicedompni.) — Eadem die, nobilis et potens Nycodus de Monteforti [3], vicedompnus Gebenn., presentavit licteras sue constitutionis, emanatas ab illustrissimo domino duce, datas Annessiaci, die vigesima tercia mensis septembris nuper lapsi, et sigillo suo sigillatas, et per egregium Vulliet signatas ; et inde prestitit juramentum de observandis franchesiis, quarum primum capitulum fuit sibi perlectum [4].

[1] Matellinus de Ruppe in Francia, parrochie beate Marie Magdalenes, pro viij ff. » (Ms. 70, fol. 33 v°). — « Parrochie sancti Gervasii suburbii civitatis hujus Gebenn., » selon sa lettre de bourgeoisie (portef. VI), qui porte au dos cette note du temps : « Est quidem *(sic)* qui est captus a Monmillian. »

[2] Thomas de Bernicio, de Vigone en Piémont, marchand drapier et mercier, reçu B. G. le 15 novembre 1471, avait épousé, par contrat du 9 dit, Louise, fille de feu Jean Roux, *alias* Noblet. (Voy. six actes du même jour, 9 novembre, dans les minutes de Jean Novel, notaire, vol. I, fol. 93-107.)

[3] *Lisez :* de Belloforti. Voy. p. 305, n. 3.

[4] « Item libravit pro malvesia bibita, ij quarteronis et dymidio poto, in Domo ville, incluso pane, quando dominus Sallagine vicedompnus prestitit juramentum, ff. ij, ss. viij, den. vj. » (Tr. 3, fol. 148 v°.)

Johannes Gauterii, vigil, peciit se eximi ab officio vigillum, qui fuit demissus, et in suum locum restauratus Andreas Manget.

De domino Coudree, qui iterum enpullavit *(sic)* negocium occasione bosseti vini, quem peciit restitui et se eximi a solucione introgii vini, vigore certorum jurium jam pridem per eum productorum, fuit conclusum [quod] accip[i]at ipse dominus Coudree duos doctores et civitas totidem, et visis juribus, stetur eorum pronunciacioni, eis concordantibus et ad formam juris.

De hospitibus, allocantur firmarii, et si velint dare peccunias et satisfacere aut cum eis concordare, quod reverberentur ex firmis duo scuta, loco interesse.

(De Baudi et Plonjon.) — De Plonjon, de Balli, quia se humilliavere et obtulerunt facere quod debebunt, fuit conclusum quod privatio revocetur, quatenus ad id interveniat conclusio consilii quinquagenarii, quod petatur. Et interim possint apperire eorum buticas.

De domino officiali, remictitur ad Veneris.

Veneris xxiij decembris. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli ; — Orsieres, Versonex, Cartellier, Bovier, Dadaz, de Ponte, Joly, Megex, [de] Sancto Michaele, Fonte, Burdignin, Leta, Nergua, Magistri, Pichon, Rosseti, Veteris.

(Burgenses.) — Anthonius filius quondam Thomassini Lanchemant, excofferius, de Lanyouz; nunc parrochie Magdalenes [1].

Franciscus Bernardi, parrochie Sancti Leodegarii, excofferius.

Guilliermus filius quondam Petri Charlot, de Animassia, condurerius, parrochie Sancte Crucis [2].

Jacobus filius quondam Glaudii de Calce, de Charlier, excofferius [3], parrochie Sancte Crucis.

(153) *(Burgenses.)* — Franciscus filius quondam Extranei Golliet, de Groysier in Bornis, macellarius, parrochie Magdalenes.

[1] Au verso de la lettre de bourgeoisie (portef. VI), cette note : « Vacat et nulli sunt heredes. » — « Lanyouz » est certainement Lagnieu (Ain), et non l'Anjou comme l'a supposé A.-L. Covelle (p. 538).

[2] « Moratur Animassiez. » (Note au verso de la lettre de bourgeoisie, portef. VI.)

[3] Lettre de bourgeoisie (portef. VI) : « de Charlier, parrochie de Andillier, suctor. » Au verso, cette note : « Vacat. Comedit totum suum bonum. »

Petrus de Montatis, fromagerius, filius quondam Petri de Montatis, de Fleyrier, parrochie Sancte Crucis [1].

Bartholomeus filius quondam Johannis Bramerelli, excofferius, parrochie beate Marie Nove [2].

De ponte Rodagni, instentur apud dominum vicarium et consilium episcopale ut reparetur ipse pons, et, si scandallum veniat, non possit eis improperari nec dampnum communitati inferri.

(*Cride ut omnes habentes parcellas venia[n]t ad auditores computorum tribus diebus statutis,* etc.) — Fiant cride voce tube quod omnes habentes parcellas, et eciam qui ministrarunt exsculenta et victualia, veniant coram dominis auditoribus computorum in Domo civitatis, diebus Mercuri, Jovis et Veneris, alias non audientur [3].

De Balli et Plonjon, gaudeant franchesia et exerceant mercancias usque ad consilium quinquagenarium de proximo tenendum, in quo exponantur dicta et conclusa in precedenti consilio.

(De domino officiali.) — Alloquatur r. d. officialis et illi fiant recomandaciones opportune negociorum civitatis, et fiet sibi servicium sic quod contentabitur, quamprimum civitatis erit facultatis.

De arreragiis, videantur illa et refferant domini auditores, et secundum eorum relata, concludatur in illis.

De rotulo de Monte, hanc [4] ad octo dies concludatur que super illo fienda erunt.

(Consilium extraordinarium.) — Jovis xxix decembris. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Versonex, Dadaz, Gay, Megex, Bovier, de Ponte, Nergua, Fonte, Pichon, Donzelli, Leta, Magistri, Curt, Frojon, Jo. Bernardi.

Sermone facto de scandallo evento illu. domino comiti hiis novissime decursis [diebus], quia omnes circumvicini eum visitaverunt, ex quo

[1] Note au verso de la lettre de bourgeoisie (portef. VI) : « Non moratur, sed moratur Fleyriez... »

[2] Chacune des sept réceptions qui précèdent fut faite pour le prix de 8 florins. (Mss. 70, 128, et les quatre lettres citées.)

[3] Le texte français de ces cries, signées par le vicaire général P. Gruet, se trouve dans le ms. 70, fol. 20. — Sur leur résultat, voy. plus loin p. 410, note.

[4] *Lisez* : hinc.

habet civitatem in singularem dilectionem, fuit conclusum quod nobilis P. de Versonex, Jo. Bovier et Lyonardus de Ponte vadant ad visitandum prelibatum illu. dominum comitem et apud illum faciant humiles recommandaciones, et si sint aliqua obsequia que communitas et civitas ei impendere possent, rutillanti vultu sunt parati illum obsequi; et similiter, pro ejus prosperitate et ut Deus illum preservare velit, petatur processiones apud dominos canonicos, et fiant cride more assueto.

(154) *Veneris xxx decembris.* — iiij^{or} sindici; — Orsieres, Megex, Curt, Dadaz, Gay, Versonex, Nergua, Fonte, Pichon, Leta, Frojon, Magistri.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Amedei Rubini, civis Bellicensis, ollerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis [1].

Fuerunt remissi rotuli Frojon et Petri Maniglerii ad Martis.

Fuit eciam remissum negocium hon. Guilliermi Danelli et Curt, quoad perdam factam in officio alarum propter impedimenta guerre et pestis, ad Martis.

M°. v^{c} xx°.

MUTACIO DE ANNO MILLESIMO QUINGENTESIMO XIX IN ANNUM MILLESIMUM V^{C} VICESIMUM.

Martis tercia januarii. — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Burdignin, Versonay, Montyon, Leta, Gay, Magistri, Frojon, Megex, Nerga, Pichon, Cartellier, Joly, Bovier, Curt, Fornerat.

De alis et perda illarum, remictitur ad consilium quinquagenarium.

Item petantur sindici remoti, Taccon, Hugonis et alii, ad reddendum computa.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Johannis Chapuysii, de Boegio, condurerius, parrochie Magdalenes [2].

(Burgensis.) — Heustacius Richardi, de Vertier, furbisserius, parrochie Sancti Gervasii [3].

[1] « Bellicensis dyocesis, pro viij ff. » (Ms. 70, fol. 33 v°). — La lettre de bourgeoisie (portef. VI) offre au verso cette note : « Habet unam similem de anno 1520. »

[2] Prix : 8 flor. (Mss. 70 et 128.)

[3] Même prix. *(Ibid.)*

(De Lec.) — De Georgio Let, maneat consilio consilii quinquagenarii.

De larvis, fiat demonstracio regibus [quod] non portentur, eciam cride.

De detentis, vadant domini sindici cum consilio hora secunda ad Insulam.

De domibus infectis, Johannes Martini, vigil, et guydonus notifficent domos infectas, et reperiantur quatuor mulieres que illas mundent sumptibus illorum quibus pertinent [1].

De Baudi et Mara, iterum petantur eadem hora secunda post meridiem.

De computo Nergua, fiat detractio sallariorum vigillum.

(155) *Jovis*, loco Veneris, propter Epiphaniam, celebratum consilium ordinarium in domo sive stupha Fratrum Minorum, *quinta januarii.* — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Burdignin, Versonex, Lunes, Leta, Gay, Magistri, Frojon, Megex, Nergua, Ramelli, Pichon, Cartellier, Joly, Bovyer, de Ponte, Dadaz, Montion, Curt, Fornerat.

Fuit ibidem loquutum de secretariis novis vicedompnatus, et in illo conclusum quod fiant remonstrationes novo vicedompno quod Jolyti est castellanus Galliardi, et Buctini procurator fiscalis Galliardi, et sic non debent admicti in eodem officio vicedompnatus, cum talia officia repugnant ipsi officio vicedompnatus.

Quoad alia negocia, scilicet rotulos et computa, vocetur consilium quinquagenarium, et omnia in illo exponentur occurrentia et negocia civitatis.

Martis decima januarii. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Montion, Versonay, Lunes, de Ponte, Bovier, Nergua, Fonte, Pichon, Donzelli, Leta, Rosseti, Frojonis, Magistri.

[1] Une liste (P. H., n° 920), sans date, mais se rapportant très probablement à cette époque, ou à l'année 1519 (cf. p. 377, 390, 411) des « mayson[s], » — ou plutôt des familles, — infectées de la peste, « tant en la ville que es fourbor, » en énumère 121, pour les paroisses de la Madeleine (41), de Saint-Victor (3), de Saint-Léger (11), de Sainte-Croix (5), de Saint-Germain (15) et de Saint-Gervais (46).

Quia Panissodi et Ludovicus Luppi fuerunt citati et per nonnullos de Morgia sive Rotuli ut compararent in consuetudine, et citationes exequute [fuerunt] in hac civitate, quod fieri non debet, et ideo alloquantur dominum vicarium ut super hoc apponat remedium.

Item fuit loquutum de aliis cridis, et conclusum quod ille manutenentur et inde traduntur domino vicario ad signandum et sigillandum.

Fiant cride ad formam illarum que punctatim observentur.

Item petatur consilium quinquagenarium ad octavam.

(De G. Lec et aliis rotulis.) — De rotulo Georgii Lec, fuit conclusum quod nulla fiat innovatio capitulorum per illustrissimum dominum ducem edictorum, et postquam habet responsionem, compellat illos ad solvendum, et de aliis rotulis frustratoriarum expensarum servetur conclusio consilii generalis.

Item alloquatur dominus vicedompnus, qui vadit ultra montes, quod honorabiles apud principem nostrum faciat commendationes [1].

Veneris xxiiij februarii. — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Montion, Versonay, (172) Taccon, Lunes, de Ponte, Megex, Burdignin, Pichon, Leta, Frojon, Rosseti, Lestelley, Navis, Magistri.

(Juramentum locumtenentis vicedompni.) — Juravit no. Petrus de

[1] Dans sa lettre du 8 mars [1520], citée à la note précédente, l'évêque observait : « Je n'ai encore point vu M. le vidomne, car incontinent lui être arrivé par deçà, mons^r [le duc] l'a envoyé au Montdevys » [= à Mondovì].

Orseriis, tanquam locumtenens domini vicedompni, observare franchesias.

De causa Rossetorum, fiat ut conclusum est.

De ponderibus levatis, vadant nobiles sindici ad consilium episcopale et exponant quod, de consuetudine observata dum facte fuerunt illorum visitaciones, talia pondera reponuntur in Domo civitatis, et quod observetur franchesia.

De quictancia fienda dominis religiosis sancti Dominici, remititur ad Jovis, in missa.

Querimonnie facte per magistrum Ludovicum, rectorem scolarum, quod sunt aliqui qui tenent particulares scolas, spreto magno gimnasio, requisiit tales perturbatores expelli, et fieri mandatum ut veniant ad magnam scolam, alias relinquet scolas. Fuit conclusum quod observentur ei promissa et statuta.

De modo reperiendi peccunias ad satisfaciendum oneribus et debitis hujus civitatis, domini sindici secum appellent octo vel quatuor consilii ordinarii, et inde faciant rotulum et visionem melioris modi quo possint haberi et reperiri peccunie, et inde illum monstrent in consilio quinquagenario, octo.

Cride fuerunt lecte et conclusum ut ille monstrentur r. domino vicario, ur illas signet.

Quia intencio r. d. vicarii erat quod in visitacione piscium adesset unus serviens, tamen fuit conclusum et [1] observetur conclusio jam facta et exerceant illud Servelli et magister Andreas Girardi.

Pessonerii vendant in publico et non infra domos.

Venditores piscium vendant suos pisces subtus et a parte alarum, et sint separati a revenditricibus, et revenditrices stent et maneant a parte orientis et ante carreriam domorum illorum de Rotulo, nec se immisceant cum eisdem ultra contenta in franchesiis.

Quia sunt nonnulli qui minas intulerunt n. sindicis, faciant ipsi querimoniam apud eundem r. d. vicarium et consilium episcopale sic quod de illis ministretur justicia.

Martis xxvij [xxviij] februarii. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Burdignin, Montion, Versonay, Curt, Lunes,

[1] *Lisez :* ut.

Lestelle[y], de Ponte, Megex, Nerga, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Leta, Rosseti.

De causa Rossetorum, interponatur appellatio et illa intimetur, et inde habeatur rescriptum.

Cride fiant et observentur.

De ponderibus, fiant sumarie informaciones de modo observato in levacione ponderum, et instentur apud dominum vicarium ut serve[n]tur antiquus ordo et franchesia.

(173) *(Consilium L^m.) — Martis penultima februarii.* — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Burdignin, Montion, Versonay, Taccon, Lestelley, Curt, Bovier, de Ponte, Megex, Veteris, Nergua, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti, Prepositi, Cartellier, Fonte, Millaneys, Jo. Bernardi, A. Reynaudi, Poterel, A. de Strata, Jo. de Fosses, Berteracti, Gentilis, de Ulmo, Julliardi, Grassier, Suchardi, Migerandi, Monetus excofferius, G. Patry, Monetus Mistralis, P. Gallosii, P. de Casalibus, Jo. Sept, P. Mathey, Ja. Servelli, Pensabini, Jo. Boysson, G. Pictardi, Andreas Girardi, Boulet, Philippus Regis, Jo. de Pileo Rubeo, P. Olivier, Peronetus Joly, G. Carra, Jo. Collonda, Jo. Nycodi, P. Regis, Ste. Macheret, Ste. de Villa, Ballexert, Jo. Panissodi.

De vino et gabella aponenda, fuit dictum et conclusum quod, pro mi[n]ori dampno, imponatur gabella super introgio bossetorum toto anno, super vino excreto et non excreto, et omnes solvant, et eciam super ipso vino vendendo, tam in minnuto quam in grosso, solvant vedelicet [1], pro quolibet floreno, civitati unum grossum. Et eciam super carnibus amoveantur due uncie pro qualibet libra, et vendant macellarii loco xviij unciarum ad xvj uncias, quarum carnium pro qualibet libra exigantur a macellariis ille due uncie, et quod omnes solvant, ecclesiastici et alii; et hec communicentur in consilio episcopali et dominis de capitulo et consilio generali, si opus sit.

Revenditrices piscium exposuerunt quod separacio facta, ne conversentur cum apportantibus pisces, sed vendant in carreria alia domorum illorum de Rotulo, est sibi danipnosa. Tamen fuit conclusum quod cride observentur, et conclusio de illis facta maneat in suo robore.

[1] *Lisez :* videlicet.

Alie cride exequantur per quorum interierit.

(De G. Lec et hospite Capitis Nigri.) — De Georgio Lec, ut supra recurrat ad illos qui sibi responderunt et illos compellat coram r. domino vicario, officiali aut vicedompno, et similiter hospes Capitis Nigri, et remaneat consilio.

De vino et blado tradito pro armigeris, illa taxentur per illos quibus fuerunt expedita in bona et vera conscientia.

De porta stupharum Bertellier, cancelletur porta a parte parve carrerie qua ittur ad conventum Pallacii, aut saltem apponatur una sera que claudat ipsam portam, et remaneat clausa, nisi si magister stupharum velit exire per illam, illam [in] continenti post se claudat, et sic remaneat clausa durante tempore quo ibidem tenebuntur stuphe.

De appellacione Rossetorum, alloquatur dominus vicarius, ut alloquatur dominum Langini quod consenciat renuntiationi illius sententie, que sit in detrimentum libertatum et franchesiarum nostrarum, allioqu[i]n si nolit renunciare, prosequatur appellacio recto modo [1].

De predicatore, fiat illi juxta solitum.

(174) *Veneris secunda marcii.* — Leamon, Danelli; — Orsieres, Fernex, Burdignin, Lunes, de Ponte, Megex, Cartellier, Lestelley, Prepositi, Nergua, Fonte, Pichon, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

(Lictere gabelle.) — Fuerunt lecte ibidem lictere concesse per r. dominum nostrum episcopum de mense aprilis lapso [2].

Occasione peccuniarum per Jo. Ludovicum Ramelli receptarum a dominis religiosis Pallacii, petatur ad Martis.

De fusta et face Porterii, si juret, solvatur et fiat mandatum.

De gabella, ad Martis.

[3] || Fuit factum preceptum terminatoribus et operariis juratis quod vocata parte terminent et limite[n]t pratum Jo. Ludovici Ramelli situm

[1] Dans sa lettre du 29 février [1520], citée plus loin, p. 443, note, l'évêque déclare: «...Au sourplus, touchant ce que m'avé escript de monsr de Langyn, il n'aura point de placet de moy, car je ne vouldroys fere chose qui tornat au prejudice de ladicte ville, ayns ayder à mayntenir les franchises et libertés d'icelle.»

[2] Voy. p. 326, n. 2.

[3] Les quatre §§ suivants ont été biffés et reproduits, avec des différences, dans le procès-verbal du 6 mars.

prope carreriam de Chousecond, cum egregio Glaudio Vandelli, dicto Frochet et Petro Vindret.

Fiat actestacio pro Jo. Lullini sicuti Franciscus Gay, de Mee, pelliparius, qui decessit in loco Oringiarum, erat ejus servitor quatenus pro emendis mercanciis, et pro premissis dedit in testes Laurencium Symondi, Petrum Nycolay alias Levini, (Laurencium Symondi) et nobilem P. Tacconis.

De banquerio Lugduni qui scripsit sibi solvi quinque scuta, rescriba[n]t e. Montion et P. Gay, et viso, satisfiet ei.

De ponte Sancti Christofori, fiat quod cicius fieri poterit carronis et aliis neccessariis.

Petatur magnum consilium ad Veneris et interim petantur macellarii ||.

Martis vj marcii. — [1] Orsieres, Taccon, [de] S. Michaele, Lestelley, Megex, Veteris, Joly, Montion, de Ponte, Prepositi, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Servelli, Leta.

Fuit factum preceptum operariis terminatorum, ad requestam et instanciam Johannis Ludovici Ramelli, quod vadant ad pratum ipsius Ramelli situm in carreria de Chousecond, et vocatis Vandelli, Buclin et Frochet et Petro Vindret, illud terminent.

Fuit preceptum fieri actestacionem Jo. Lullini sicuti Franciscus Gay, de Mee, erat ejus servitor, et iverat Oringiis et ad partes bassas, ad emendum ejus nomine mercancias.

Rescribant e. Ludovicus Montionis et Petrus Gay banquerio Lugduni quod mictat rescriptum, et viso, mandabitur sibi satisfieri.

De revenditricibus, maneant cride et conclusio de eis facta.

De ponte porte Sancti Christofori, petantur carroni a debitoribus, et inde fiat ipse pons et edifficetur propter periculorum evictacionem.

Petatur ad Veneris magnum consilium et interim petantur macellarii.

(175) *Veneris nona marcii.* — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Montyon, Lestelley, Fornerat, H. Fabri, Megex, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Frojon, Rosseti, Magistri, Boulet, de

[1] Les noms des syndics manquent.

Porta, Ruffi, Peronetus Joly, P. Poterelli, Ste. Peccollat, Jo. Boysson, P. Fabri, F. de Fosses, Aymonetus de Strata, Roletus Bonnoz, Michael Chappella, Andreas Berteracti, P. de Burgo, Gyrardinus de Rippa, Bernardus Beguini, Aymonetus Veyron, Bego Dusoex, P. de Cruce, Jo. Bocardi, Ny. de Villario, G. Cur, Ja. de Sonnier, P. Gay, Ludovicus Curteti, P. de Leta, P. Levrerii, P. Tacconis, Tho. Monachi, Ny. Gentilis, de Ulmo, Aymo Jugliardi, Jo. Sept, Andreas Girardi, P. Villieti, F. Suchardi, P. Grassier, Jo. Bernardi, Jo. Mercerii, Nycolaus Gigneti, P. Regis, Andreas de Cabanis, Amedeus de Strata, Anthonius Probi, Jo. Testuti, Glaudius Vullio, Geor. Mollie, Ste. Farqueti, P. Rosset, G. Bellexert, Michael de Pane, Jacobus Fuyssiaz, Jo. Fonjallaz, Nycodus Party, G. Mallieti, Benedictus de Bona, Jo. Nycodi, Jo. Vuydon, Jo. Gandodi, Falconet, Jo. Ruffi, Jo. Frocheti, Jo. Garini, Ste. Jolyti, et plures alii.

(De gabella vini et carnium). — Exposuit nobilis Petrus de Versonnay, consindicus, sicuti tam pro solvendo magnificis dominis Elvechiis summam duorum millium et quater centum scutorum, in quibus civitas eisdem tenetur, ex mutuo cum interesse, quam pro alia magna summa, in quibus civitas tenetur scilicet communitas, que ascendit ad summam xxiiij millium florenorum, inclusa summa predicta, fuit advisatum, tam in consilio episcopali, ordinario et quinquagenario, et eciam in capitulo, [quod,] pro minori dampno, imponatur gabella super introgio bossetorum vini excreti et non excreti, et quod nemo excludatur, sed omnes solvant durante gabella imponenda; et ultra, imponatur gabella super vino, tam in minuto quam in grosso vendendo, unius solidi pro quolibet floreno talis vini vendendi, et quod omnes solvant. Et pariter imponatur gabella super carnibus, duarum unciarum pro qualibet libra, universaliter persolvenda, et quod macellarii, durante gabella, vendant ad xvj uncias et exigant ad xviij uncias, de quibus reddent computum macellarii.

Conclusio fuit : Quod eadem gabella imponatur super vino, videlicet quod unusquisque persolvat, pro quolibet bosseto vini excreti et non excreti, durante gabella, pro introgio toto anno, tres solidos;

Item eciam persolvatur per vendentem vinum in minuto sive in grosso, unum solidum pro quolibet floreno;

Item persolvatur per emptores carnium due uncie carnium mutonum et bovinalium, de vetulis et capriolis.

Requirantur domini de capitulo quod velint huic consentire gabelle, et, si nolint consentire, mictatur Romam, ad habendam confirmationem super confirmatione et placitis datis per illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem Gebenn., ut suis constat licteris, et evocetur consilium generale ad diem Dominicam proxime futuram.

(176) *Consilium generale in claustro celebratum. — Dominico undecimo marcii* celebratum extitit generale consilium ad sonum campane, voce tube, in quo interfuerunt n. P. Versonay, Leamon, Fernex junior, Guilliermus Danelli; — Orsieres, Levrerii, Burdignin, Nergua, P. Tacconis, de Fonte, Frojonis, Rosseti, de Leta, Curt, Pichon, Prepositi, Ja. Servelli, Tho. Monachi, A. Reynaudi, Bar. de Crosa, Girardinus de Rippa, Nycolaus Gigneti, Ste. de Villa, Ste. Farqueti, Guyoctus Vuydat, P. de Burgo, G. Chenalis, Paulinus Bouciez, Jo. Collondaz, P. Fabri, P. de Fernex senior, F. Cartellerii, Lyonardus de Ponte, Jo. Goyffonis, Glaudius Bessonet, A. Millanesii, Andreas de Cabanis, Jo. Amedeus Curteti, Jo. Hugonerii, Roletus Medici, Jo. Porrini, Step. Bessonet, Hudricus Pilliodi, P. Vindret, Jo. Collombi, G. de Castronovo, P. Lathomi, P. Bulli, Hugoninus Bouloz, P. Navis, P. Amyaudi, Jullodus Pougini, Bernardus de Monte, Jo. Brassardi, Nycodus Martini, P. de Mollario, Nycodus Carrerii, Amedeus Moneti, P. de Retro, Philibertus Pillosii, Nycodus Morelli, Glaudius Quemoz, Jo. Reynaudi, G[e]orgius Chamos, Ste. Mercerii, Ste. de Mara, Jo. Malliardi senior, G. Cohendet, Rolandus Bochuti, G. Fontane, Ja. Carrallii, (Andreas de Cabanis,) Ja. Maniglerii, Petriquinus Martini, Jo. Carpini notarius, G. Chenevalis, Jo. Marchiandi, Germanus Vuy, G. Budremont, Jo. Panissodi, P. Marescalli, Jo. de Nemore, Jo. Magnaz, P. de Becio, G. Marchiandi, Jo. Frochet, Jo. de Planchia, Glaudius de Cabana, Glaudius Boulet, Mermetus de Calce, G. Coctet, G. Jornalis, Jo. Chappellet, Jo. Chivallerii, G. Bastardi, Aymonetus Taccon, P. Brigand, A. Chivilliardi, Amedeus Neyret, (Jo. Reynaudi,) (Ber. de Monte,) Anthonius Girbelli, Ja. Fabri carpentator, Anthonius Comitis, Aymo Mistralis, P. Gervasii, Philibertus Cherrot, Perrinus Villiet, P. Pote-

relli, Jo. Chapuysii, G. Boninemoris, Jo. Buctini, Jo. de Bancho, P. Mathei, Jo. Taccon, G. Bessonet, Glaudius Gauterii, Benedictus de Bona, Jo. Boulard, Franciscus Cristine, Jacobus Vulliodi, Amedeus Chabodi, P. Vandelli, Jo. P. Delquiniaz, Ja. Symonodi, P. Guynet, Dominicus Franch, Jo. de Cherboneria, P. Gallouz, P. Gardet, Ja. Curt, P. de La Bruyerez, Jo. Girodi, P. Marlioz, Nycolaus Mugnerii, Philippus Regis, G. Buctini, Ja. Garini, (Jo. Panissodi,) Ja. Pavyot, Jo. Goermoz, (G. Cohendet,) Jo. Cabelli, P. Mathei pelliparius, Jo. Gallatini, Nyco. Tissot, Ny. Bleysoz, Jo. Dauxi, P. Rosset, Ludovicus Bucterii, Guilliermus Pensabini, G. Girondat, Geor. Lec, P. Claret, F. du Bioleys, Girardus Bergeronis, Franciscus Gallifruz et plures alii.

Ibidem fuit expositum per prefatum nobilem Petrum de Versonay, consindicum, quod, pro satisfaciendo magnifficis dominis Elvechiis, et aliis oneribus supportatis per civitatem et illis solvendis, tam in consilio ordinario, quinquagenario et alio majori cum quinquagenario congregatis in Domo civitatis, et eciam in consilio episcopali, fuit conclusum, interveniente hoc generali consilio, [quod] imponeretur (177) gabella ut sequitur: videlicet ea durante imponere[n]tur, super introgio vini tam excreto [1] quam non excreto [1], tres solidi pro singulo doleo, et quod omnes solverent. Item ulterius imponeretur gabella super vino venali, vendendo tam in minuto quam in grosso, videlicet pro singulo floreno unus solidus. Item et super qualibet libra carnium mutonum et bovinalium due uncie, que uncie per omnes indifferentur [2] solvere[n]t[ur], et macellarii vendant carnes ad xvj uncias et exigant ad racionem decem octo unciarum. Qua quidem exposicione sic facta, fuit conclusum ut ipsa gabella modo prenarrato imponatur et modis et formis stabilitis in precedentibus consilii[s] superius enarratis. — *(Recepit e. Magistri* [3]*.)*

[1] *Lisez:* excreti.

[2] *Lisez:* indifferenter.

[3] Cette note marginale, qui se rencontre aussi aux fol. 182, 183, 194, 203, 206, signifie sans doute que Bioleys a rédigé le procès-verbal d'après un compte-rendu, verbal ou écrit, dû à un membre du conseil. Pierre Magistri, d'Entremont, notaire dès 1497 (*Minutes de Jean Novel, notaire*, vol. III, fol. 18 v°), reçu B. G. en 1510, des L avril 1512-1519, conseiller 28 août 1519-5 février 1523, des CC février 1536, testa le 18 mai 1536 (*Minutes de Fr. Vuarrier, notaire*, vol. III, fol. 324-327) et mourut avant le 6 juin de la même année (*ibid.*, fol. 310 v°). Sa famille, qui s'éteignit au XVIIe siècle, conserva le nom latin de Magistri, tandis qu'Amédée Magistri, du Petit-Bornand, B. G. 1524, notaire dès 1525, signait « Maistre » en 1551 (*Minutes de Claude Vandel, notaire*, fol. 52 v°).

Un article non daté du ms. Tr. 3 (fol. 147, septembre-novembre 1519) concerne un clerc de Pierre Magistri: « Item libravit clerico Magistri, qui scripsit licteram missivam mandatam a Solloraz, s. j. »

Lune xij marcii, in conventu Fratrum Minorum. — Versonay, Leamon, Fernex junior et Danelli; — Orsieres, Burdignin, Navis, Nerguat, Pichon, Megex, Frojon, Fornerat, Montion, Curt, Rosseti, de Ponte, Cartellier, Lunes, de Fonte, P. Taccon, Veteris.

Exposuit prefatus nobilis de Versonay an sit imponenda gabella super carnibus porcinis et bovinis pro provisione civium et burgensium, que ementur extra bocherias et mercata. Fuit ibidem resolutum quod non imponeretur gabella super premissis, dummodo esset conclusum ita per consilium quinquagenarium, et fuit remissa conclusio in consilio quinquagenario cras vocando.

Martis xiij marcii, in Domo communi civitatis. — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex senior, Cartellier, Burdignin, P. Taccon, Montion, Lunes, Prepositi, Nergua, L. Plonjon, Pichon, Navis, Frojon, Rosseti, G. Pictardi, F. de Biolesio, Jo. de Pileo Rubeo, P. Oliverii, G. Carra, Peronetus Joly, Philippus Regis, Lambertus Cusini, Geor. Ginodi, Ludovicus Chavanelli, G. Bessonet, Jo. Nycodi, Girardinus de Rippa, G. Pensabini, Philippus Britonis, G. de Castronovo, L. Curteti, Andreas Girardi, P. Grassier, P. de Leta, Fonte, Robertus Fore, Jo. Roleti, Ste. Macheret, P. Prelaz, Ny. Alliodi, Aymonetus de Capris, L. de Lestelley, A. Millanesii, G. de Porta, Ny. Gentilis, Ste. Pecollat, Ja. Servelli, de Ulmo, Jo. Sept, P. Villiet, F. Suchardi, A. de Strata, P. Fabri, Jo. Migerandi, Jo. Gallatini, Jo. Panissodi, A. Reynaudi, P. Poterelli, Jo. Bernardi, Jo. Boyssonis, Jo. Ballardi, Michael de Pane, G. Pactry, Aymonetus de Strata, Jo. Testuti, G. Curt, Ste. Bonevaux, Jo. Joly.

In consilio suprascripto fuit expositum per supra nominatos nobiles sindicos, ore tamen et organo n. P. de Versonay, an vel ne debeat imponi gabella super carnibus porcinis et bovinalibus nutritis extra civitatem in grangiatis civium et burgensium, pro eorum provisione.

Item fuit per eum dictum quod haberent eligere ambassiatores destinandos ad illustrissimum dominum ducem et inde ad illu. dominum

nostrum episcopum (178) ad obtinendum licteras, ne fiat bocheria in Ponte Arreris et de Cornavin et locis circonvicinis.

Item ad sollicitandum jurisdictionem ecclesiasticam.

Item si eciam debeat imponi gabella super porcis vendendis in Burgoforis et aliis locis hujus civitatis, item si debeant fieri saucicie, item an debeatur tollerare apportari carnes in Mollari, fuit pariter expositum.

(Non solvatur gabella de porcis emendis pro provisione et capriolis.) — Fuit resolucio facta in dicto consilio quod persolvatur gabella de omnibus carnibus, reservatis carnibus porcinis et capriolorum pro mennagio et provisione dumtaxat.

Item fuerunt electi ambassiatores [1] n. Guilliermus Danelli, consindicus, et egregius Anthonius de Fonte, ut vadant, associati uno servitore, ad prefatos illu. principes.

Item magis fuit conclusum quod non apponatur gabella super porcis vendendis infra civitatem et franchesias, et quod non fiant saucicie, nec apportentur carnes in civitate, nisi quadrantes boum, ut alias fuit usitatum.

Mercuri xiiij marcii. — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli.

Coram supra nominatis, in Domo civitatis fuerunt vocati macellarii sequentes, primo : Jullianus Ricouz, Jo. Trollier, Germanus Vuy, Jacobus Sermodi, Glaudius Salterii, P. Gardet, G. Bellexert, P. Borsat, Jullianus Bergerat, Bernardus Probi, Colletus Mermodi, Sermetus Chambet, Jo. Moreli, Jo. Losserii, Glaudius Luppi, Amedeus Plagnie, Jo. de Becio, Jo. Coste, Jo. Collet, G. de Ponte, P. Jacobi, P. Pastoris, Amblardus Comitis.

Supra nominatis macellariis fuit narrata conclusio consiliorum ordinarii, quinquagenarii et generalis, que erat ut macellarii venderent durante gabella imponenda eorum carnes ad xvj uncias, et alie due preservarentur ad opus civitatis, et ad succurrendum oneribus, et ad solvendum debita, et quod haberent refferre super hiis ad primum consilium.

[1] Des instructions détaillées leur furent données « au conseil ordinaire » le « vendredy xvij [*lisez* : xvj] de mars » : P. H. Suppl., nº 72, pièce de la « Collection Galiffe, » restituée en 1915 aux Archives de Genève.

Veneris xvj marcii. — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Burdignin, Montion, Lestelley, Curt, Joly, Lunes, Fornerat, Megex, [de] S. Michaele, Nergua, Fonte, Pichon, Magistri, Frojon, Prepositi, Rosseti, Navis.

Venit in consilio supradicto et exposuit n. P. de Versonay quod ivit ad partes Alamanie cum Johanne Taccon, et peciit sibi satisfieri de suo sallario. Fuit resolutum ut nichil ei solvatur, sed vadat ad illum cui servivit, et faciat ac petat per eum sibi satisfieri.

(179) Ibidem eciam comparuit Stephanus de Mara, qui peciit sallarium sui officii sindicatus. Fuit conclusum ut solvatur ei ad ratam temporis quo servivit, dummodo reddat suum computum.

Fuit ibidem conclusum, locucione prius facta de macellariis, quod petantur in consilio episcopali.

De alecibus, maneant cride que fuerunt de illis facte.

Sabacti xvij marcii. — N. P. de Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Taccon, Montion, [de] S. Michaele, Curt, Lunes, Burdignin, Lestelley, Fornerat, Cartellier, Nergua, Pichon, Donzelli, Frojon, Prepositi, Rosseti, Magistri, Leta, Navis, Jo. Bernardi.

In suprascripto consilio interfuerunt r. d. P. Grueti, vicarius, Eustacius Chapuisii, officialis, per quem quiden reverendum dominum vicarium fuit expositum macellariis subnominatis, ad id specialiter petitis, sicut pro satisfaciendo tam magnifficis Elvechiis de summa duorum millium et quater centum scutis [1], salvo plure, quam pro solvendis debitis et oneribus per civitatem supportatis illis qui tam peccunias quam victuallia prebuerunt, fuit conclusum, tam in consilio episcopali quam ordinario, quinquagenario, hujus Domus, quam generali, ut supra, [quod] carnibus, inter cetera, imponeretur gabella et quod, ea [durante], deberent et tenerentur vendere carnes quascumque ad pondus sexdecim unciarum, et tantum venderent carnes ad ipsum pondus ac si venderent ad pondus xviij unciarum, que quidem due uncie reservabuntur ad opus dicte communitatis, solvende per quemlibet ipsorum macellariorum in manibus deputandorum. Et ea causa fuerunt nunc petiti an velint eo modo servire justo pretio super carnibus inde apponendo, alioquin privarentur venditione carnium et de aliis provi-

[1] *Lisez* : scutorum.

deretur. Et sic seriatim fuerunt interrogati an modo suprascripto vellent servire. Et primo fuit interrogatus Johannes Vuy, qui respondit se nolle servire eo modo, nec suum pondus diminuere.

Item P. de Casalibus respondit se nolle servire; quum jam plures fluxerunt anni, proposuit illam artem relinquere.

Item Petrus Pastoris eciam dixit se nolle ut supra servire, nec suum pondus diminuere.

Item Ja. Sermodi dictus Veyron iterum recusavit servire.

Item P. Borsat equidem recusavit servire.

Item Jo. de Gerdili equidem recusavit servire.

Item Sermodus Chambet dixit se nolle servire.

Item Jo. de Becio dixit se nolle servire.

Item Petrus Danellet, ut supra.

Item Glaudius de Ponte, ut supra.

Item P. Gardet, ut supra.

Item Colletus Mermodi, ut supra.

Item Glaudius Salterii, ut supra.

Item Glaudius Luppi, ut supra.

Item Jo. Losserii, ut supra.

Item Bernardus [Probi], ut supra.

Item Guilliermus Bocherens, ut supra.

Supra nominati macellarii adduxerunt ratione[s] in medium quare nolebant servire: allegaverunt quod, scindendo carnes in minuto et illas vulgo chapplando, carnes eorum diminuentur; aliunde tempore estivo remanent interdum sibi carnes ad vendendum, que inde illico sunt infecte et putrefacte. Ad que premissa fuerat (180) responsum per nobiles sindicos quod super premissis daretur ordo quod nichil perderent occasione scissionis carnium eciam inficiendarum.

(De gabella carnium.) — Omnibus supra enarratis, auditis et intellectis per prefatos reverendos dominos vicarium et officialem, qu[i]a non est deviandum a conclusionibus predictis, prefatus reverendus dominus vicarius, organo dicti reverendi domini officialis, deffendit et inhibuit eisdem macellariis sub penis nec exinde haberent vendere carnes, nec eciam macellum tenere in hac civitate durante gabella, nec eciam extra civitatem, et si secus agant, privantur [1] ex nunc burgencia. Suprascripta

[1] *Lisez :* priventur.

prohibicio fuit suspensa hinc ad Martis : si velint servire, non habeat locum, et, si non veniant eadem die Martis et velint [1] servire ad ipsum pondus xvj unciarum, remaneat inhibicio et privatio, et ita eciam fuit resolutum per ordinarium consilium suprascriptum.

Martis xx marcii. — Versonay, Leamon, Frojon loco Danelli; — Orsieres, Burdignin, Montion, Versonex, Curt, Lunes, Meges, Veteris, de Ponte, Nergua, Pichon, Leta, Lestell[e]y.

Fuit ibidem lectus rotulus de Rippa et remissus ad aliud consilium.

Quia macellarii ad hodie remissi non venerunt, petantur per desinarios quatuor pro qualibet desineria ad horam secundam post meridiem.

De vino nobilis Alibreti de Petra [2], conclusum fuit ut pro hac vice detur ei introgium sui vini.

De vino domini Balleysonis [3] eciam fuit loquutum, et ex quo dumtaxat est transitus, non solvat introgium.

(De patisseriis.) — De patisseriis non burgensibus inhibeatur eis ne exinde coquant, et petantur ad Veneris.

De rotulo Girardini de Rippa detur contrirolatori [4] et auditoribus computorum visitandum, junctis duobus appothecariis non suspectis.

(De operariis et juratis). — Sermone ibidem facto et querimonia emissa [quod] lathomi et carpentatores procedunt ad plura edifficia dubiosa, non petita licentia ; obtineantur lictere a r. d. vicario ut exinde non procedant ad aliqua edifficia nova sine partis et nobilium sindicorum vocatione.

(De fassinis). — De fassinis apponatur ordo in illis pro futuro.

De instrumentis interjecte appellacionis Rossetorum contra dominum Langini, illa solvantur illi qui illa recepit, scilicet nobili Leamon, videlicet unus scutus auri.

Martis predicta vigesima marcii, hora secunda post meridiem. — Versonay, Leamon, Fernex, Frojon loco Danelli; — Orsieres, Burdignin, Montion, Fornerat, Lunes, Curt, de Ponte, Veteris, Nergua, Leta,

[1] *Lisez :* nolint.
[2] P. 223, n. 1.
[3] P. 285, n. 1.
[4] *Lisez :* contrarolatori.

(181) Pichon, Navis, Cartellier, Rosseti, A. Millaneis, Ja. Servelli, Ste. Falqueti, Philippus Britonis, Jo. de Poste, Jo. de Pileo Rubeo, P. Olyvier, Guy Vuydat, Peronetus Joly, Girardus Polliens, Jo. Catellerii, Amedeus Mallieti, P. Mathei, Rodulphus Bochuti, Jo. Chappellet, Jo. de Bosco, Guilliermus Poctet, hospes Sancti Georgii, Stephanus Peccollat, Jo. Reynaudi, P. Navillii, Jo. Ballonis, Jullianus Bergerat, Nycolaus de Ulmo, Glaudius Ballieti, Jo. Boverii, Jo. Panrenthodi, Georgius Guerry, Jo. Viongier, Georgius Mollie, Jo. de Prela, Jo. Levet, G. Bessonet, Ny. de Villario, Humbertus Bernardi, Christinus Tombet, Jo. Garini, Roletus de Nanto, Jo. Collonges, G. Vincencii, P. Jacobi, P. Bugniet, Ste. de Fraxia, Jo. Saxodi, Jo. Ballon, Andreas Nigri, P. Basset, P. Magnini, Glaudius Centurerii, Franciscus Suchardi, Mermetus de Ulmo, Geor. Patrisii, Jo. Gandodi, Jo. de Bellicio, Michael Plantallex, P. Fabri, Jo. Mercerii, Ja. Granty, P. Poterelli, Jo. barbitonsor, P. Jaquerii, Jo. de Veyrier, P. marescallus, Ste. Macheret, P. Levrerii, Jo. Testuti, Jo. du Banc, Amedeus Bombardaz, Philibertus Matellini, Ste. Excofferii, Girardinus de Rippa, Humbertus Cusini, Humbertus Marqueti, Jo. Spatule, Franciscus de Fosses, Ja. dictus Cardinal, Monetus Thorelli, Jo. Borsier, Jo. Vuchardi, Guyoctus Rolandi, Glaudius Bovet, Jo. Cerguat, P. Novelli, Franciscus Broc, P. Vindret, P. Grassier, Robertus Fore, Roletus Bonoz, Stephanus Arnaudi, Guilliermus Laurencii, Jo. Bernardi, Aymo Bonnaz, Jo. Migerandi, Monetus de Chievres.

(Desinerius.) — Fuit admissus ibidem in designerium carreriarum Turris Budelli et Rutisserie magister Petrus Fabri, serrallionus, qui juravit in forma.

Quia ibidem interfuit Jo. Porrini qui usus fuit pluribus verbis stultis et presumptuosis, auctoritatem illu. d. nostri in personam nobilium sindicorum offendendo, unanimi voce fuit dictum et conclusum ut privetur burgensia, que privacio fuit eidem intimata per Humbertum Trenchent, Jacobum Mauricii et Jacobum Martini, vigilles, qui ita retulerunt, facto sibi precepto per ipsos nobiles sindicos prius de ipsam privacionem eidem Porrini intimando.

(De macellariis.) — Sermone facto ex quo macellarii ad hodie remissi, dicturi an, vel ne, volebant servire civitati et eorum ministerium exercere vendendo carnes ad xvj uncias, et non venerunt, fuit

resolutum quod adhuc petantur ad cras post sermonem, in hac civitatis Domo, parte nobilium sindicorum, et si nolint servire, maneat conclusio et inhibicio facta per r. d. vicarium, et provideatur de aliis, nec eis permictatur exinde vendere carnes quoquomodo, sed hii qui servient durante gabella remaneant in servicio civitatis et vendant, et efficiantur macellarii civitatis, et fiat bocheria loco Veteris Macelli in Cancello Judeorum.

Jo. de Pilleo Rubeo se obtulit, casu quo fiat macellum in cancello Judeorum, mutuo dare civitati, ad tempus unius anni, centum franchos.

P. Jacobi se obtulit servire ad formam conclusionis consiliorum, videlicet ad xvj uncias, et ita promisit suo, Gallouz et Briganton, ac dicti Veyron [nominibus].

Mercuri xxj marcii, hora nona [1]. — Versonay, Leamon, Fernex, Frojon; — Orsieres, Burdignin, Lunes, Versonay, Nergaz.

Subnominati fuerunt petiti et assignati per Humbertum Trenchent, ut retulit.

(182) Sequuntur nomina macellariorum qui dixerunt se nolle servire ad xvj uncias.

[1] Le 21 mars, les syndics reçoivent une lettre de Jean de Savoie, datée de Turin le 29 février [1520]. Après avoir accusé réception de « deux de voz lettres [probablement celles des 6 et 12 février, p. 422, n. 2, et p. 425, n. 2] par lesquelles bien amplemant m'avés advertir de tous occurans de par della, » l'évêque dit : « Je loue Dieu que l'entreprise de ceulx qui veulle[n]t perseverer en leur malvayse vollenté n'a point heue de lieu... J'espoyre que vous ayderés de vostre costé à guyder les afferes, de sorte que tout ira bien. J'en rescrys à ceulx de mon conseil pour user de toute diligence et fere de sorte que justice puysse avoir son cours », etc. (P. H., nº 886.)

Jean de Savoie se trouvait donc à Turin le 29 février, mais, le 28 son receveur général, Guillaume Solliet achetait à Genève et lui expédiait à Pignerol « cinq troyttes sallées, vaillans une chescune truyte ung escu au soleil, » et sept « quarterons de ferrées..., à raison de trois florins le quarteron. » Avec les frais d'emballage et un écu avancé au muletier, le coût de ce « poysson sallé » se montait à 44 fl. 5 s. (*Comptes de l'Evêché*, vol. 4, fol. 233 vº, 234.) — Comme son successeur Pierre de la Baume (M. D. G., t. II, p. 19), l'évêque avait des goûts gastronomiques. Le 30 octobre 1518, le même Solliet payait à Jean Moche 3 fl. 7 s. « pour une truyte de laquelle a esté fait des patelz, lesquelz portast Gabuiet, cusinier de monseigneur, à Pinerol. » (*Comptes de l'Evêché*, vol. 4, fol. 238 vº.) — Ecrivant de Tho-

Et primo, Petrus de Casalibus, Jullianus Bergerat, Glaudius Ballexert, Jo. Vuy, Luppi alias Droblier, Probi, P. Gardet, P. Borsacti, Jo. Danellet, Sermetus Chambet.

Sequuntur nomina volentium servire : Amblardus Comitis, Colletus Mermodi, P. Pastoris, dictus Conscience, Glaudius Salterii, Jo. Curtet, Mermetus Thierry, Amedeus Monet, G. Curtet.

Veneris xxiij marcii. — Versonay, Leamon, Fernay, Frojon loco Danelli; — Orsieres, Burdignin, Montion, Lunes, Jo. Taccon, Lestelley, Curt, Megex, Prepositi, Nergua, Pichon, Leta, Magistri, Navis, Veteris, Jo. de Fonte.

(Admodiatio.) — Fuit admodiata plathea porte Sancti Anthonii Francisco de Fosses, presenti, ad unum annum, hodie incohandum et simili die finiendum, precio novem solidorum per eundem in manibus thesaurarii solvendorum, et ita promisit cum renunciacionibus et clausulis opportunis.

De rotulo Girardini, intrentur ei species et faces, et alie mercancie, sicuti de pane, exceptis faroctis, que ei non intrentur.

(De macellariis.) — De macellariis, instetur iterum erga reverendum dominum vicarium ut faciat adhuc contradicentibus macellariis inhibiciones; equidem fiant cride quod si sint aliqui macellarii qui velint servire civitati ad formam conclusionis consiliorum, quod veniant ad nobiles sindicos Lune, Martis et Mercuri proxime futura [1], et tunc dabitur illis locus bocheriam exercendi.

non aux syndics et conseillers un 3 septembre, sans millésime, le prélat leur fixait un rendez-vous, en ajoutant : « Et ferons bonne chere ensemble, aydant nostre Seigneur. » (P. H., nº 886.) — A son procureur fiscal Pierre Bertherat, — qui devait retourner à Vienne (23 septembre-4 octobre 1519, *Comptes de l'Evêché*, vol. 6, fol. 77 vº-82 vº) pour le procès de Pécolat (cf. p. 363), — il mandait de Ripaille, le 9 juin [1519] : « Vous m'avés faict plaisir des truffes que m'avés envoyé. » (*Ibid.*, fol. 78 vº). — Aussi avait-il des accès de goutte (p. 336), et une relation du temps (Guichenon, *Hist. de la maison de Savoie*, 1660, Preuves, p. 652) le dit, à la date du 28 janvier 1521, « ja tout impotent de ses membres, avec petit espoir de salut. » Voir aussi Bonivard, p. 61. — A cette occasion, on doit signaler la notable différence qui existe entre ses signatures bien formées de 1513 et les signatures griffonnées des années 1517-1521 : elle peut aider au classement chronologique de ses missives, toutes sans millésime.

[1] *Lisez :* futuris.

De detento, respondeat.

De illo qui invasit vigillem, scilicet Glaudium de Cresto, et illum vulneravit, instetur erga reverendum dominum vicarium quod faciat sumi informaciones qui eumdem invasorem, associatis dicto Bossu Combaz, abstulerunt a manibus vigillum, ut retulerunt, et quod condigna ministretur justicia et capiatur dictus Combaz [1].

Martis xxvij marcii [2]. — Versonay, Leamon, Fernex, Frojon loco Danelli; — Orsieres, P. Tacconis, Montion, Versonay, Curt, Fornerat, Veteris, Prepositi, Nergua, Pichon, Magistri, Leta, Rosseti, de Ponte, Navis, Lunes. — *(Magistri recepit.)*

Macellarii qui se obtulerunt servire veniant cras et promictant de bene serviendo.

(183) De servitore Jo. de Larpa, respondeat in carcere [3].

De invasore vigillis, solicitetur erga r. d. vicarium ut videantur informaciones sumpte, et fiat justicia de eodem domino Vandelli et Combaz, secundum eorum demerita.

De Gaudiffredo, dimictitur ipse et compellatur Millaney.

Veneris penultima marcii. — Versonay, Leamon, Fernex, Frojon; — Orsieres, Montion, [de] S. Michaele, Lestelley, Curt, Joly, Lunes, Veteris, Navis, Nergua, Pichon, Rosseti, de Ponte, Megex, Cartellier, Leta, Prepositi, Magistri.

[1] Sur cette affaire, J.-A. Galiffe (vol. 18 de ses mss., p. 79) a la note suivante, sans doute tirée de l'information, qui n'existe plus aux Archives de Genève : « Hudri Burnet ayant été arrêté, M. de Lunes, no. Bastien de Vufflens, Thomas Vandel et autres l'arrachèrent des mains des huissiers, en pleine rue, disant : « Sang Dieu! Vous le lâcherez, » et qu'ils vouloient être cautions pour lui. Ils le prirent devant la maison de Pierre Joly, près de la chapelle du pont du Rhone, le menèrent d'abord au vidomnat, et de là chez le vicaire. »

[2] Pierre Bertherat, vice-procureur fiscal, paie le 25 mars à Jean Baumetes, maçon, 4 fl. 6 d., pour la réparation des dégâts faits par les soldats, en août 1519, à la prison épiscopale, rue de la Cité. *(Comptes, mandats et quittances,* portef. III.)

[3] Le notaire Fontanel, commis par « le juge de Savoie, » constate, le 5 avril, que le nommé Joachim, au service de Jean de Larpaz, peintre, s'est réfugié dans l'église ou le couvent des Dominicains, pour échapper aux guets des syndics qui l'auraient maltraité, en lui donnant des coups sur la tête. Il estime qu'il n'y a pas lieu de le faire sortir de cet asile, attendu qu'aucun délit ne lui est actuellement reproché. (P. H., nº 921 bis.)

(De macellariis). — De macellariis, obtineantur lictere pro habenda platea in carreria Cancelli Judeorum, et fiant ibidem scanna hodie vel cras, et provideatur de aliis bocheriis loco recusantium servire, et fiant cride ne apportentur carnes mortue.

De Girardino de Rippa, fiat rotulus ad taxam et Pichon signet.

Fiant baillancie et marche ferrei ad xvj uncias.

De gabella vini, expectentur domini ambassiatores. — *(Recepit Magistri.)*

Martis 3ª aprilis. — Versonay, Leamon, Ferney, Frojon loco Danelli; — Orsieres, Burdignin, Lestelley, Lunes, [de] S. Michaele, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

(Admodiatio cabareti). — Prefati nobiles sindici admodiant Jaquemete relicte Petri Mercerii, burgensis Gebenn., macellarii, cabaretum subtus portam in pede Perroni, spacio trium annorum, incohandorum die vigesima septima mensis aprilis et simili die finiendorum, sub firma cujuslibet anni viginti septem solidorum, solvendorum secundum bonos usus et consuetudines hujus civitatis, videlicet medietatem in principio cujuslibet anni et aliam medietatem in fine cujuslibet anni, cum dampnis etc. Promictens etc. Submictens etc. Renuncians [etc.]. Actum in Domo civitatis, presentibus P. de Leta, Anthonio Rosseti et Francisco de Lunes.

De dicto cabareto subtus dictam portam, dentur eidem Jaquemete, amore Dei, sex solidi.

De itinere passus de l'Admandallier, intimetur habentibus passum econtra ipsum iter, quod die Martis [1] Pasche proxime futura reparari faciant iter, quilibet econtra suam possessionem, et vocentur aurige ipsa die.

De Jo. Porrini, veniat coram auditoribus et juret librasse contenta in rotulo, et jurato, intrentur.

De plateis, cridentur more solito.

(184) *Jovis sancta quinta aprilis.* — Versonex, Leamon, Fernex, Frojon; — Orsieres, Pichon, P. Taccon, Lestelley, Navis, Leta, Magistri.

[1] 10 avril.

Johannes Porrini, hospes Griffoni, proposuit quod de anno proxime lapso millesimo quingentesimo xix, de mandato nobilium sindicorum pro tunc existencium, libravit Trenchent et aliis vigillibus, tam in vino quam expensis oris, usque ad summam duodecim florenorum; se offert paratum jurare ad tantum ascendere. Fuit admissus ad juramentum, et juravit, ut supra proposuit, super sanctis Dei euvangeliis, ascendere ad dictos duodecim florenos.

Colinus Chicandi requisiit consensum summi a sentencia excommunicationis, qua innodatur ad instantiam thesaurarii. Fuit conclusum quod ipse et ejus filius se obligent pro somma restante solvenda, medietatem in proximo festo Sancti Michaelis et aliam medietatem in tunc sequenti festo Nativitatis Domini, et inde fiat consensus purus, premissis impletis.

Sabacti septima aprilis. — Orsieres, Fernex, Cartellier, Burdignin, Montion, Versonay, Curt, H. Fabri, Ponte, Navis, Frojon, Lunes, Nergua, Fonte, Pichon, Donzelli, Rosseti, Magistri.

Venerunt nobilis Guilliermus Danelli, consindicus, et egregius Anthonius de Fonte, ambassatores missi parte civitatis, a Pedemoncio, qui retulerunt fecisse humilles recommendationes tam apud illu. et reverendissimum dominum nostrum Gebenn. episcopum quam illu. dominum ducem, et ibidem exhibuerunt licteram missivam [1] destinatam per prefatum dominum nostrum Gebenn, episcopum, necnon licteras [2] confirmacionis gabelle, cum licteris [3] jurisdictionis concessis in papiro ad unum annum per prefatum illustrissimum dominum ducem, que omnia fuerunt lecta in conspectu quorum supra per secretarium civitatis.

Lune nona aprilis, de mane. — Versonnex, Leamon, Fernex, Danelli; — m. d. vicedompnus; Orsieres, Cartellier, Lunes, Megex, Fernex, Versonex, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Frojon, Rosseti.

[1] Datée de Turin, 31 mars [1520]. Elle répond à la lettre des magistrats genevois apportée « par le sindique Guillaume Danel et le secretayre de Fonte, » qui se sont « tres bien acquitez cellon leur charge. » (P. H., nº 886.)

[2] Lettres patentes (Turin, 30 mars 1520) ratifiant les décisions prises [p. 431, 436] par les conseils et les citoyens au sujet de l'impôt sur le vin et la viande de boucherie. (P. H., nº 921, parchemin scellé, signé par l'évêque.)

[3] Elles n'existent plus aux Archives de Genève.

P. de Casalibus, Jo. Gerdil, Jo. Vuy, Petrus Gardet, P. Borsacti, Jullianus Bergerat, P. Bombardaz, qui interrogati dixerunt nolle servire secundum ordinationem, eciam Glaudius de Ponte.

(185) — *Consilium L.* — *Lune nona aprilis*, vesperorum — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Fornerat, H. Fabri, Lestelley, de Ponte, Magistri, Megex, Joly, N. Gentilis, Jo. Sept, Ja. Servelli, Jo. Testuti, F. de Biolesio, Bernardus Boulet, Peronetus Joly, Jo. du Banc, Philippus Regis, P. Mathei, Michael de Pane, H. Bernardi, Nycolaus Gigneti, Tho. Monachi, Aymo Jugliardi, Ja. de Monte, Franciscus Suchardi, Petrus Fabri, Petrus Grassier, Jo. de Fosses, Jo. Panissodi, Mermetus de Ulmo, Amedeus Peyrolerii, Nerga, Fonte, Pichon, Navis, Donzelli, Frojon, Rosseti, Versonex, || Cartellier, || Jo. Nycodi, Monetus excofferius, Georgius Pactry, Ste. Bonevaux, Amedeus Reynaudi, Girardus Carralis, Roletus Bonoz, Jo. Bernardi, P. Poterelli.

De licteris apportatis per dominos ambassiatores, fuit dictum et conclusum [quod], sumpto prandio, ambassiatores vadant cum nobilibus sindicis ad dominum vicarium, et ibidem petatur congregari episcopale consilium, et demonstrentur lictere jurisdictionis per eos apportate.

Item exponatur factum et molestiae que fit domino Avulliaci per consilium Chamberiaci, instante Jacobo Comitis.

De macellariis, petantur adhuc hodie et eciam ad cras, et eis dicatur quod, postquam se immiscuerunt scoriare animalia, quod emant ballancias et faciant fieri marcas ferri ad pondus et rationem sexdecim unciarum, et ad. illud pondus vendant, et si nolint parere, petantur in consilio episcopali, et requiratur eos pugniri et detineri in domo episcopali, et ibidem illos assignari.

Gabella vini apponatur eodem contextu quo apponetur ordo in macellariis et in venditione carnium ad sex[decim] uncias.

Martis x marcii [*aprilis*]. — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Fernex, Megex, Versonay, Joly, Burdignin, Nerga, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Rosseti.

Quia in consilio episcopali fuit advisatum per r. dominum vicarium quod, ex quo nobilis Petrus de Versonay est informatus de juribus

civitatis et jurisdictione episcopali, quod esset bonum ut dictus nobilis Petrus [et] Magistri, procurator patrimonialis, irent Chamberiacum pro fiendis remonstrationibus oportunis domino presidi de indebita vexacione et licteris per eum indebite concessis contra dominum Avulliaci, fuit conclusum quod idem nobilis Petrus de Versonay et Magistri irent Chamberiacum, dummodo parte consilii episcopalis mandaretur cum eis unus homo et dominus, aut ex consilio episcopali, aut ex dominis canonicis. Qui Versonay eandem electionem non acceptavit et pro sua legitima excusacione proposuit quod habet unam causam (186) tenendam in civitate Lausane cum nobili Anthonio ejus fratre contra n. Andream Guacti, et quod opus est ibidem personaliter comparere, et peciit aliam fieri electionem.

De macellariis petantur ad cras hora tercia, et ibidem comminentur ad serviendum pro perhemptoria, alioquin priventur ad formam deffensionis facte per dominum vicarium et litterarum per reverendissimum dominum episcopum factarum.

Mercuri xj aprilis. — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Monthion, Curt, Magistri, Frojon, Fornerat, Fonte, [de] S. Michaele, Versonay, Veteris, Nergua, Pichon, Navis, Rosseti, Leta, Cartellier.

Ibidem comparuerunt Jo. Rosseti, Petrus Borsacti, Probi, Jullianus Ricouz, P. Gardet, Jo. Coste, Jo. Vuy, Glaudius Luppi supra nominati. Responderunt se nolle servire secundum edi[c]tum novum. Dictus vero Lupi dixit quod gaudebit franchesiis et libertatibus, et vendent, velint sindici aut non.

Colletus Mermodi dixit quod serviet.

Johannes Curtet dixit quod vult servire et obedire mandatis nobilium sindicorum et officialis domini nostri episcopi et principis, tanquam boni, fideles et obedientes.

Quia in consilio episcopali comparuit n. Franciscus de Sancto Michaele, qui ibidem produxit unam copiam litterarum dominicalium, qua constat Jacobum Comitis, civem Gebenn., in enervacionem franchesiarum et contra juramentum suum recurrit ad consilium Chamberiaci, conquerendo de ipso domino Avulliaci et asserendo ipsum dominum Avulliaci eundem Jacobum traxisse per curias vetitas, et eandem copiam in eodem consilio exhibuit; pariter Johannes Testuti

fecit similem querelam, dicendo quod, ex quo fecit detineri quemdam laycum de terra Langini, idem laycus, seu nonnulli negocium illius prosequentes, obtinuerunt licteras dominicales contra libertates et franchesias, quibus fuit preceptum sibi factum ut relaxaret eundem detentum, et mandatum factum domino vicario ut eum relaxaret; que omnia cedunt in enervacionem non modicam jurium illu. et reverendissimi domini nostri et libertatum, volendo sibi actribuere jurisdictionem in ipso episcopatu, et exhibuit licterarum copiam; pecierunt destinari ambassiatores ad faciendum remonstraciones apud ipsum d. presidem et ceteros dominos de dicto consilio Chamberiaci. Quia legitima fuit excusacio dicti de Versonay, fuit electus nobilis Franciscus de Leamon et Magistri, et equidem conclusum quod domini de consilio mandent unum ex dominis consilii episcopalis, et vadant nostri ambassiatores, quibus tradantur per nobilem Franciscum de Sancto Michaele quatuor scuta auri cugni regis ad solem, et per Johannem Testuti duo, et fiat una lictera credencie destinanda eidem domino presidi [1].

(Admodiatio Mollaris). Die duodecima aprilis fuit admodiata platea Mollaris Petro de Cresto, precio duodecim florenorum.

(Admodiatio Longemale). — Item platea Longemale Andre[e] Girardi, sellerio, precio triginta solidorum.

(187) *Veneris xiij aprilis.* — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, [de] S. Michaele, Lunes, Meges, de Ponte, Versonex, Curt, Nergua, Pichon, Leta, Magistri, Navis, Cartellier, Frojon, Rosseti.

(Admodiatio domus pontis Rodani). — Supra nominati nobiles sindici admodiant magistro Petro Cheneva, expinguerio, presenti, domum

[1] Le 22 avril [1520], l'évêque mande, de Pignerol, aux syndics et conseillers : « Je ne vous fays, par ceste heure cy, point de response touchant pluseurs choses quez m'avés escriptez, pource que monseigneur [le duc] s'en est allé à Nyce, et n'y a ordre de point obtenyr de provision que fust vallable jusques à son retour, lequel espere sera en briefz. Ce present porteur porte la provision du sr d'Avullie, et sera necessaire, mondict seigneur estre de retour, envoyer icy ung home bien instruyt de tout ce que m'avés escript, et j'espere qu'i[l] s'en retornera despeché de sorte qu'a[u]rés occasion de vous contenter. Je vous renvoye les lettres despechées de la sorte que les demandés... »

pertinentem civitati, sitam supra pontem Rodagni, juxta suos confines, spacio trium annorum, die quindecima mensis februarii nuper lapsi incohatorum et simili die finiendorum, precio viginti florenorum, per eundem magistrum Petrum more solito in manibus receptoris communitatis solvendorum, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

(Burgensis). — Franciscus filius quondam Johannis de Ponte, de Champenjoz supra Aquianum, condurerius, parrochie Beate Marie Nove, admictitur in burgensem, mediantibus octo florenis.

De gabella vini proclametur et Lune incipiatur proclamari.

(De macellariis). — Dicatur macellarii[s] et illi advertantur, videlicet illis qui se obtulerunt servire, quod faciant fieri marchas et eorum ballancias, que marche fiant sumptibus civitatis. Ceteris vero nichil eis dicatur, sed si occidant animalia, leventur eorum carnes, et tunc instetur contra eos penas declarari.

De rectore scolarum, eidem promissa ad onguem observentur, et detur sibi una clavis curtilis juxta scolam existentis, pro illo minori dampno se juvando, dummodo multitudo scolarium non intret, sed dumtaxat ipse cum suis commensalibus.

E. Leamon vadat Chamberiacum cum Magistri et juvet se Testuti, ut predictum fuit.

De blado, apponatur melior ordo qui potuerit.

De patisseriis non burgensibus, prive[n]tur nec admictantur in burgensiam, donec casu evento in conclusione antiqua.

(De licteris gabelle.) — Ibidem, in eodem consilio, ultra ordinationem factam et comprehensam in statutis illustrissimi domini ducis, [venerunt] Jullianus Bergerat, Johannes Vuy, Germanus Vuy, Probi, Jo. Gerdilis, P. Gardet. Qui supra, organo dicti Johannis Vuy, proposuerunt et pecierunt ut daretur eis consilium generale, asserentes quod populus minor non intelligit diminucionem duarum unciarum. Qua sic facta exposita [1], n. P. de Versonay, consindicus, interrogavit eundem Johannem Vuy quis ipsum oneravit ad petendum consilium. Qui dicti quod erat oneratus parte plurium et quod essent viginti, triginta, centum et quater centum qui volebant habere ipsum consilium. Cui res-

[1] *Lisez :* expositione.

pondit dictus nobilis Petrus de Versonay quod occasione ipsarum duarum unciarum et aliorum negociorum gabellam concernencium fuerat materia multis vicibus communicata in consilio ordinario, quinquagenario, episcopali, et dominis capituli, per quos fuerat resolutum dictas duas uncias aufferri pro utilitate civitatis et pro satisfaciendo oneribus occurrentibus et in consilio generali conclusum ut ita fieret, et sic non daretur consilium generale pro eadem materia. Dictus autem (188) Vuy, nomine quorum supra, dixit quod si consilium generale concluderet quod serviren[n]t ipsi ad pondus sexdecim unciarum, essent contenti servire et servirent, alias non, et dixit quod venirent ducentum itaque et tercentum qui ipsum consilium peterent. Quibus sic dictus [1], nobilis Franciscus de Leamon protestatur [2] fuit contra ipsos de dampnis et interesse, presertim de interesse centum et viginti scutorum traditorum dominis Elvechiis et capitali quod erat eis dandum ante eventum terminum solucionis interesse.

(189 v°) *Martis xvij aprilis* [3]. — Versonex, Fernex, Pichon loco Leamon, Frojon loco Danelli; — Orsieres, Burdignin, Cartellier, [de] S. Michaele, Veteris, Joly, Lunes, Montion, Lestelley, Nergua, Fonte, Leta, Prepositi, Navis [4].

[5] Macellarii petiti hii sunt, videlicet Petrus Rosseti [6], Johannes Gerdy, Germanus Vuy, P. Borsacti, Glaudius Bellexert, Glaudius Luppi, Glaudius de Ponte, Probi [7], P. Pryn, P. Gardet [8], Johannes Danellet, Sermodus Chambet.

[1] *Lisez* : dictis.
[2] *Lisez* : protestatus.
[3] Avant ce procès-verbal, le R. C., fol. 188 r° et v°, 189 r°, en a déjà un pour la même séance du 17 avril, avec une note marginale, *(Presens consilium est post istud et sic hoc superfluum)*, qui nous fait préférer le second. Les variantes du premier, désigné par la lettre A, seront indiquées en note.
[4] Au lieu de « Pichon loco Leamon, Frojon loco Danelli, » le procès verbal A porte : « Leamon, Danelli, » et la mention biffée « Nerga loco Versonex, » plus cinq noms biffés de conseillers : « Pichon, Magistri, Frojon, Rosseti, Megex. »
[5] De visitatoribus piscium (A), mots en partie biffés. — Cf. plus loin, p. 454.
[6] P. Rosset (A).
[7] Bernardus Probi (A).
[8] Petrus Gardet (A).

(De macellariis.) — Predicti macellarii proposuerunt quod carnes mutonales, presertim tempore estivo, sunt teneres et de facili inficiuntur quando tenentur; supplicaverunt quod muto ponatur ad unam summam, [1] loco duarum unciarum, et reducatur. Conclusum fuit quod (190) ex quo fuit conclusio facta ut omnes carnes pondere[n]tur, in pluribus consiliis, eciam in licteris concessis per reverendissimum dominum nostrum episcopum, cavetur quod omnes carnes ponderentur, observentur [2] heedem lictere et conclusiones consiliorum. Tamen fuit eis dictum quod dabitur in mandatis his qui deputabuntur ad carnes ponderandas quod gratiose eos tractent et [3] micius quo fieri poterit.

(De macellariis.) [4] — Fuit equidem loquutum de vetulis, quod vetuli non ponderentur, sed solvant macellerii [5] pro quolibet vetulo communi unum grossum, et pro quolibet bono vetulo et grosso ij solidos.

Fuit eciam conclusum quod porci ponderentur [6] sicut cetere carnes, dempto ventre et ferrata et solvatur gabella ex illis [7].

(De macellariis.) — Supradicti macellarii, auditis et intellectis supra enarratis, dixerunt et se obtulerunt servire et ea supra enarrata observare.

Magister Mandrillionis petitus per alterum ex vigillibus comparuit : cui fuit expositum sicuti magister Ludovicus, rector scolarum hujus civitatis contra eum querelam emisit, dicendo quod idem Mandrillonis tenet suam scolam ad partem, nec permictit suos scolares ire ad magnam scolam et facere debitum, rem ob quam idem rector peciit artari [8] ipsum Mandrillionis ad suos scolares dirigendos ad magnam scolam sibique promissa observari. Eciam conquestus fuit de quodam magistro morante in suburbio Sancti Gervasii, qui eciam, quamvis indoctus, facit scolas particulares, quare peciit idem rector eidem prohiberi ne scolam teneat, et si vult erudire aliquos liberos, veniat et illos ducat ad magnam scolam.

[1] et reducatur, loco duarum unciarum (A).
[2] ille lictere (A).
[3] et miciori modo quo (A).
[4] Cette note marginale est remplacée dans A par une autre : *(De gabella vetulorum.)*
[5] macellarii, pro grossis et bonis vetulis, pro quolibet, duos solidos, et quolibet communi, unum grossum (A).
[6] ponderentur dento (A).
[7] Les cinq derniers mots manquent dans A.
[8] eundem Mandrillionis (A).

Dictus magister Mandrillionis se obtulit facere quod debebit et ducere scolares ad magnam scolam, et eidem magistro magno dare nomina et cognomina suorum scolarium, pro sallariis ab eis exigendis, et quod, si vult venire ad eum, ipsum juvabit ad ipsos suos scolares conducendos ad magnum gi[m]nasium. Fuitque prohibitum dicto magistro Sancti Gervasii quod non se intromictat docere aliquos pueros scientes psalmos, et eciam ne aliquos pueros commorantes citra pontem Rodani [1] ad suam scolam recipiat, sub pena privacionis ipsarum scolarum.

Veneris vicesima aprilis. — Nergua loco Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Burdignin, Lunes, [de] S. Michaele, Cartellier, Joly, Curt, Pichon, Magistri, Frojon, Rosseti, Leta, Megex, Prepositi, Navis, de Fonte.

De visitatoribus piscium, satisfiat eis sicut ceteris visitatoribus ad ratam temporis quo serviverunt, ex quibus ex nunc hoc tempore remaneat unus duntaxat qui Martis proxima eligatur.

De rege colovrine, non sit franchus nec stipendiatus sive sallariatus illo anno quo cessatum fuit trahere ad citacum.

De Roleto Medici qui se obtulit dare ratam sue admodiationis, illa ab eo recipiatur, sed propterea non eximatur ab eadem admodiatione et firme solutione, et nichil fiat de Monte et Carrerii hinc ad Martis, cum sint de civitate absentes.

De appunctuamento fiendo cum domino Coudree, eligat unum vel duos, et similiter domini sindici duos vel unum, condicionis qua erunt eligendi per dominum Coudree, et dicatur eidem domino Coudree quod si habeat aliqua jura quibus se velit juvare contra civitatem, preterquam exhibita, petatur per eum dari copiam.

(191.) De rege archeriorum, si sit burgensis, solvatur quod super hoc est stabilitum et ordinatum.

(Electio collectorum gabelle carnium.) — Fuerunt electi pro visitatoribus et ponderatoribus carnium, in macello veteri Johannes Hostellerii, in macello pontis Rodani eligitur Anthonius Rosseti et in macello Longemale eligitur Jacobus Servelli, et ex nunc, dummodo velint serviri [2] mercede condigna et justa, admictuntur in visitatores ad tempus.

[1] Rodagni (A).
[2] *Lisez :* servire.

De Chambet, solvat usque ad dominum Coudree, et compellat Jo. Tacconis ad solvendum, et compellatur idem Chambet ad solvendum.

(Nou apportentur carnes mortue.) — Fiant cride cras quod nullus apportet exinde carnes mortuas ad vendendum in hac civitate.

(De domino Avulliaci et Jo. Testuti.) — De domino Avulliaci, vadant domini ambassiatores ad consilium episcopale, et demonstrent licteram missivam quam rescripsit dominus preses, et faciant relacionem de eorum ambassiata.

Johannes Spatule, Jacobus Rosselli et Johannes Tissocti, lathomi, deputati parte Martini de Villa et Georgii Dentant pro visitacione eorum spondarum domorum sitarum ante crucem Magdalenes, dederunt relacionem scripto factam in manibus fratris Mallieti, appothecarii, licet non sit signata, quam approbaverunt cum juramento ipsi de Villa et Dentant.

Uxor Jacobi Comitis, associata Ludovico de Nanto alias Buctier, supplicaverunt nobilibus sindicis et consilio ut intercedere vellent apud r. dominum vicarium, ut eundem Jacobum relaxaret, per plateam saltem, mediante caucione, cum sit civis.

Sabacti xxj aprilis. — Leamon, Fernex, Danelli, Nergua; — s. d. P. Fabri; — Orsieres, Montion, G. Fabri, Lunes, Fernex, Navis, Magistri, Frojon, Rosseti, Cartellier.

Sermone facto de Jacobo Comitis, quem d. vicarius asserit criminalem et illum vult remictere sindicis. Et ideo fuit vocatum consilium supradictum. Fuit conclusum quod si videatur domino vicario illum esse criminalem, illum remictat in Insula, et quatenus sit criminalis fiet justicia, nec examinetur in domo episcopali.

Martis xxiiij aprilis. — Leamon, Fernex, Danelli, Nergua loco Versonay; — Orsieres, Cartellier, Lestellèy, Lunes, Megex, [de] S. Michaele, de Ponte, Joly, Prepositi, Fonte, Pichon, Leta, Navis, Frojon, Magistri, Curt.

(192) *(Burgensis).* — Bertetus filius quondam Stephani Symondi, parrochie Magdalenes, expero[n]erius, fuit admissus in burgensem mediantibus octo florenis, qui fuerunt detracti de mercede officii sui regni citaci.

De Planchani crida detento, de summa xxx ff. detrahuntur quindecim floreni et sibi dantur, propter tempora pestis et aciei, que anno lapso fuit et viguit in hac civitate.

De detento ad instanciam Johannis Testuti, exortentur partes ut veniant in appunctuamentum et ad eligendum arbitros.

De detento ad instanciam Thome Monachi in domo episcopali, si fuit captus in domo domini Brandici, instent nobiles sindici ut reparetur franchesia.

De macellariis, non fiat crida prohibitiva de apportando carnes mortuas, donec sciatur ab eis precium quo vendent et idem precium fuerit arrestatum.

De gabella vini, illa cothidie cridetur et Lune, more solito, ad candelam plus offerenti expediatur.

(Burgensis.) — Nobilis Ludovicus filius quondam nobilis Guigonis de Mollario, parrochie Billiaci, nunc habitator Gebenn., parrochie Sancti Germani, fuit admissus in burgensem, mediantibus octo ff. illico solvendis.

Eadem die Martis xxiiij aprilis, hora vesperorum. — Leamon, Fernex, Danelli, Nerga loco Versonex.

Fu[eru]nt vocati et assignati ad hanc horam, per Andream Manget, Petrum Vulliodi, Saturninum Rosat et Glaudium de Cresto, vigilles, ut retulerunt, Petrum [1] Jacobi, Petrum Pastoris, Jacobum Sermodi, Johannem Tiollerii, Glaudium Salterii, Franciscum Mistralis, Amedeum Thome et Glaudium Bochere[n]s. Hii omnes comparuerunt et se obtulerunt servire juxta conventa.

Item equidem comparuerunt Glaudius Lupi et Johannes Colleti, qui equidem dixerunt se velle servire.

Sequuntur nomina et cognomina illorum qui tanquam inobedientes recusarunt comparere, et primo P. Pryn, Jullianus Bergerat, Jacobus Bergerat, P. Borsacti, Glaudius de Ponte, Johannes Vuy, Germanus Vuy, P. Rosseti, Johannes Danelleti, Jullianus Rycouz, Bernardus Probi, P. Gardet, Glaudius Bellexert, Jo. Losserii, Amedeus de Plagnia.

[1] Par distraction, le secrétaire a mis les prénoms des bouchers au même cas que ceux des guets.

Amedeus Moneti, qui tenuit banchum relicte P. Bellexer, se obtulit servire, quatenus detur banchus, et si admictatur in macellarium dabit civitati hinc ad festum Nativitatis Domini lx ff., dummodo eximatur de faciendo prandium macellariorum.

(193) *Mercuri xxv aprilis.* — Leamon, Fernex, Danelli, Nerga loco Versonex; — Orsieres, Cartellier, Lunes, Megex, Fernex, Joly, Pichon, Navis, Leta, Frojon, Lestelley, Rosseti, Magistri.

Conquestus Ludovicus Chartes, de Seysello, et proposuit sicuti Lune sexdecima hujus aprilis, eo existente infra bucticam domus habitacionis Humberti Bernardi, pertinentis domino de Brandy, fuit captus per officiarios episcopales infra eandem bucticam, pro debito civili sexdecim florenorum, ad instanciam Thome Monachi, et fuit detentus octo diebus, que captura, ut intellexit, fuit facta in enervacionem franchesiarum et libertatum, nec potuit relaxari donec solucionem fecisset; peciit sibi provideri.

Ibidem comparuit Jo. Glaudius de Porta, qui proposuit Jacobum Comitis fuisse captum in enervacionem franchesiarum; peciit fieri instanciam apud reverendum d. vicarium ut relaxetur.

Fuit conclusum quod, pro premissis, domini sindici post prandium vadant ad consilium episcopale, et omnia hec in eodem consilio exponant et instent franchesias observari.

Veneris xxvij aprilis. — Leamon, Fernex, Danelli, Nerga; — Orsieres, [de] S. Michaele, Lestelley, Lunes, Megex, Prepositi, Pichon, Navis, Leta, Frojon, Rosseti, Magistri.

De Luquino de Pane et ejus blado, fiat actestacio sicuti bladum, de quo in licteris, fuit levatum pro ministratione sumptuus armigerorum qui, anno lapso, fuerunt in civitate et franchesiis, pro eisdem cum aliarum plurium personarum multitudine, de quibus civitas promisit solvere, et pro solvendo fuerunt imposite gabelle, quod solucio non potest ei fieri, nisi habitis peccuniis, et quod habitis, illi et aliis satisfiet ad ratam taxe bladorum.

De Planchant, maneat ultima et precedens conclusio.

De macellariis veteris macelli, petantur ad terciam horam post meridiem.

Fuit conclusum quod expediantur regibus baliste, archeriorum et colovrine juxta solitum.

D. Girardus Guibelli promisit quindecim florenos debitos per Planchant solvere in manibus thesaurarii, hinc ad proximum festum Invencionis sancte Crucis [1], et eis mediantibus, domini sindici consenciunt ut relaxetur idem Planchant.

De domino Coudree, eligat duos pro se, et civitas duos juratos, Prepositi et Fonte, et Veneris fiat appunctuamentum, si est possibile.

(194) *Eadem die Veneris xxvij aprilis,* hora tercia, post meridiem. — Leamon, Fernex, Danelli.

Fu[eru]nt petiti macellarii sequentes, et primo Glaudius de Belloexerto, Amblardus Comitis, P. Borsati, Sermodus de Chambet, Germanus Vuy, Jullianus Bergerat, Jo. Gerdy, Glaudius de Ponte, Bernardus Probi, Colletus Mermodi, Franciscus Curtet, Jo. Losserii, P. Gardet, P. Rosseti.

Qui quidem supra nominati macellarii promiserunt servire in arte macellarie ad formam conclusionis gabelle. — *(Recepit Magistri.)*

Martis prima maii. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli. — Orsieres, Burdignin, Joly, Navis, Lestelley, Prepositi, Nergua, Fonte, Pichon, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

Admodiatio gabelle vini venalis.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo, indicione octava, et die ultima mensis aprilis, in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., factis prius cridis solitis per preconem communem etc., nobiles Petrus de Versonex, Franciscus de Leamon, Petrus de Fernex junior et Guilliermus Danelli, sindici et procuratores Gebenn., admodiant et in admodiationem tradunt honorabili viro Petro Joly, appothecario, civique ac mercatori Gebenn., presenti etc., tanquam plus offerenti etc., videlicet gabellam vini venalis in hac civitate Gebenn., exigendam pro quolibet floreno vini venalis duodecim denariorum, nuper impositam, eidem civitati pertinentem. Et hoc per unum annum integrum, die crastina prima maii incohandum et simili die finiendum, anno presente revo-

[1] 3 mai.

luto, sub firma mille novem centum et quinquaginta florenorum p.p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, solvendorum quolibet mense ad ratam dicte firme in manibus receptoris etc. Promictens juramento suo firmam more denariorum fiscalium solvere et dictam firmam ydonee cavere tociens quociens. Submictens se etc. Renuncians etc. Actum in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., presentibus ibidem nobilibus et hon. ac egregiis Hugonino de Burdign[i]no Henrico Emonini alias Pichon, Petro Veteris, Michaele Nergua, Jacobo Frojon, Petro Navis et Jacobo Servelli, testibus.

(195 r°) Ibidem comparuit dictus Joly, qui asseruit fidejussores nunc [et] donec hora vesperorum non esse in civitate et se nunc velle ire Lugdunum, qua de re fuit remissum ad cavendum illico post ejus adventum et reditum a dicta civitate Lugduni.

(De macellariis, prima conclusio.) — De macellariis, fuit dictum quod macellarii serviant toto anno ad tres fortes libram carnium bovinalium, excepto quod si habeant carnes pingues, illas vendant preciis taxatis per alterum nobilium sindicorum, ut fuerit taxata et non alias. Item vendant carnes mutonales, a nunc usque ad festum sancti Johannis Baptiste [1], ad viij denarios pro qualibet libra, et non ultra. Et ex tunc usque ad festum sancti Andree [2], ad septem denarios pro qualibet libra, et non ultra. Et ab ipso festo sancti Andree usque ad Pascha, ad viij denarios; et serviant ad pondus unciarum xvj, exigendo ut si venderent ad xviij uncias, reservatis civitati pro qualibet libra ipsarum carnium vend[it]arum duabus unciis, ad formam conclusionis et licterarum illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et principis.

Fuit conclusum eciam quod nulli macellarii exinde, durante gabella, teneant cabaretos, et quod quicumque tenens cabaretum teneatur emere carnes in eisdem cabaretis vendendas a macellariis.

(196 v°) *Eadem die Martis*, hora prima post meridiem. — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fornerat, Veteris, Nergua, Fonte, Navis.

Macellarii peti[ti] comparuerunt sequentes, videlicet Glaudius de

[1] 24 juin.
[2] 30 novembre.

Ponte, Jullianus Ricouz, Germanus Vuy, Jullianus Bergerat, Jo. Gerdi, P. Borsacti, Petrus Gardet, Petrus Jacobi, dictus Bocherens.

(De facta macellariorum 2ª conclusione.) — Fuit eis expositum per nobilem sindicum de Versonay quod, tam propter absentiam consiliariorum absentium et existencium in Ludguno quod eo quia non potuerunt concludere sine consulibus, non potuerunt refferre in consilio episcopali : fuit ipsis macellariis dictum quod Sabacti proxima vendant ad pondus sexdecim unciarum, ad formam gabelle et licterarum, et vendant carnes bovinales ad quinque denarios libram et libram mutonis ad octo denarios, et quam primum venerint consiliarii concludetur de precio et tempore, ut melius fieri poterit. Qui macellarii fuerunt contenti, licet essent aliqui dicentes nondum se habere pondus ad xvj uncias, quibus dictum fuit quod vendant ad pondera habencia uncias, et non habentes uncias faciant detractionem et tharam congruam.

(195 v°) *Eadem die Martis prima maii*, hora vesperorum [1]. — Versonnex, Leamon, Fernex, Danelli; — Nergua, Veteris, Pichon, Navis, Frojon, Rosseti; — Hostellerii et Servelli.

Nomina macellariorum : P. Rosset, Johannes Tiollerii, P. Jacobi, dictus Veyron, Jo. Gerdi, P. Gardet, Jacobus Bergerat, dictus Bonbardaz, dictus Briganterii, P. Borsacti, Bocherens.

(196) Supradictis macellariis fuit dictum quod pararent pondera ad xvj uncias et Sabacti proxima inciperent vendere ad ipsum pondus, ad formam licterarum. Ipsi macellarii dixerunt sibi dari pondera, sed P. de Casalibus, prius colloquucione facta, dummodo permicterentur quod vendere[n]t ad quinque denarios bovinales, et mutonem libram, ad octo denarios, hinc ad festum Magdalenes [2], bene deberent facere eorum pondera.

(195 r°) *Jovis 3ª maii.* — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Lunes, Megex, Veteris, Prepositi, Nergua, Fonte, Leta, Navis, Magistri, Rosseti.

Exposuit ibidem nobilis Guilliermus Danelli, consindicus, sicuti nocte

[1] Les deux dernières séances du 1er mai sont placées, dans le R. C., l'une après la séance du 4 mai, et l'autre après celle du 3 mai. Une note marginale (fol. 195 r°), *Vide infra,* renvoie à la troisième séance.

[2] 22 juillet.

preterita, circa horam nonam, eo existente in suo cubili, venerunt ad eum Petrus Bugniet, experonerius, Robertus Vandelli et Franciscus Gule, et cum fuissent in sua camera, dictus Bugniet cepit jurare et dicere in hec verba, *per le sanc Dieu, mal va!* Et cum ipse sindicus que-[re]ret ab eodem causam quare talia verba proferebat, dictus Bugniet dixit quod fuerat Petrus Joly verberatus, eundo Lugdunum, et quod intellexerant quod certi ex servitoribus domini Pontisvitrei [1] eundem Petrum verberaverunt. Et tunc et post hec dixit : Nos opportet exinde omnes esse unanimes, et quod nulla sit inter cives et habitantes hujus civitatis exinde inimicicia, et abstergantur hec nomina *mamellus* et *eyguenot*. Et hiis sic dictis, dictus Vandelli rogavit ipsum loquentem ut hodie mane congregari faceret consilium ordinarium et illi premissa exponeret, et quod tractaretur pax inter ipsum dominum Pontisvitrey et Johannem Philippi, civem Gebenn. Post hec, dictus Franciscus Gula dixit quod sodales eorum erant deliberati et presto et parati ire reper-t[ur]um eundem dominum Pontisvitrei, nisi pax apponeretur, et quod non permicterent se invadi et ab eo male tractari. Quibus sic auditis, fuit conclusum quod iretur ad dominum vicarium et episcopale consilium, et quod vellent amplecti hanc materiam et sumerentur informationes, et, si opus esset, omnia notifficarentur illu. et reverendissimo domino nostro episcopo et principi, eciam illustrissimo domino duci, quatenus sit opus, ut scandalla evictentur.

(196) *Veneris iiij^ta maii.* — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Burdignin, Lunes, Megex, Rosseti, Veteris, Prepositi, Nergua, Fonte, Navis, Magistri, Pichon, Leta.

De detento, examinetur cras mane hora sexta et vadant illac consiliarii et inde Martis, fiat justicia.

(Incepta gabella carnium.) — De macellariis, incipiant vendere carnes bovinales Sabacti ad quinque denarios, et libram mutonis ad viij denarios, et incipiant vendere Sabacti ad formam licterarum.

Deputati serviant quindecim diebus, et postquam servierint, pote-

[1] François de Montchenu-Ternier, seigneur de Pontverre, plus tard chef des gentilshommes de la Cuiller, tué à Genève le 2 janvier 1529. (Jean Balard, *Journal,* M. D. G., t. X, p. 188, 189; Bonivard, p. 367-371; A. de Foras, t. IV, p. 89.)

runt intelligi ad verum labores eorum et facilius poterunt sallariari, et petantur macellarii hora prima post meridiem.

(197) *Martis viij maii.* — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, de Ponte, Megex, Lestelley, Veteris, Rosseti, Prepositi, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Frojon; — Servelli.

Sermone facto de detento de Hermencia[1] et lectis latrociniis per eum patratis, que erant in numero xiij, fuit conclusum ipsum fore condempnandum in furchas ducendum et suspendendum.

Veneris undecima maii. — Leamon, Fernex, Danelli; — Lunes, Bovier, Megex, Veteris, Lestelley, Rosseti, Navis, Nergaz, Pichon, Prepositi, Magistri, Frojon, Leta; — Servelli, Hostellerii.

De Johanne Girodi, qui fuit cum ejus filio et filia sua capti[2] per Glaudium de Bosco, castellanum Gebenn., et ducti ad castrum Insule, nullo denunciatore vel accusatore, fiant per nobiles sindicos eidem castellano remonstraciones quod male fecit, et si quid ab eis extorsit, occasione illius detentionis, restituat eisdem.

(De macellariis.) — De macellariis, quia scindendo et dividendo carnes et illas in minuto dispergendo fit diminucio carnium, fuit conclusum quod super quolibet quintali carnium reverberentur eisdem et cuilibet ipsorum quatuor libre carnium, ad xvj uncias pro qualibet libra.

(Cride ne apportent carnes stranei. De macellariis.) — Fiant cride quod exinde, durante gabella, nulli extranei apportent carnes mortuas ad vendendum in hac civitate, demptis quadrantibus bovum tempore hye[m]ali ad formam franchesie. Ulterius, in illis cridis cridetur et prohibeatur tenentibus cabaretos quod non vendant carnes nec assent in suis cabaretis nisi carnes emptas a macellariis, et inhibeatur eis ne occidant animalia ad vendendum illa in suis cabaretis. Item fiant cride quod macellarii non audeant vendere carnes bovinales et libram carnium bovinalium ultra quinque denarios et libram mutonis ultra octo denarios.

[1] Nicolas, fils de feu Mermet Tronchenaz, ou Tronchinat, barbier, d'Hermance, poursuivi à la requête de Claude Du Bois, lieutenant du vidomne, interrogé par les syndics les 28 et 30 avril, 2, 5 et 7 mai. (*Pr. cr. et Inf.*, n° 199.)

[2] *Lisez :* captus.

Requiratur dominus officialis ut vadat apud Sanctum Jullinum, quem associabat[1] nobilis sindicus Danelli, et sciant a domino Montiscanuti qua causa tenet armigeros super campis qui processerunt ad invasionem certorum de civitate.

De Johanne Moury, qui protulit verba contra dominos sindicos, faciat emendam publicam et petat veniam humilliter.

Sabacti[2] *xij maii*, venit r. d. officialis, qui recitavit que sibi dixit d. Pontisvitrei, et fuit ibidem dictum in presentia inferius nominatorum et conclusum quod ad se vocaret Jo. Philippi et Malbosson, et faceret demonstraciones, ac expertis, et secundum eorum responsum procederetur. Presentibus Leamon, Fernex, Danelli, Lunes, Curt, Fabri, Veteris, Magistri, Megex, Prepositi, Nergua, Fonte, Pichon et Frojon.

(198) *Martis xv maii.* — Leamon, Ferney, Danelli; — Orsieres, Montyon, Lunes, H. Fabri, Bovier, Megex, Veteris, Cartellier, Frojon, Nerga, Fonte, Pichon, Leta, Magistri, Prepositi, Navis, Rosseti, Burdidignin, Curt.

Venit unus nuncius, a Lausanna missus per nobilem Petrum de Versonay, qui exposuit ipsum nobilem Petrum et nobilem Anthonium, ejus fratrem, fuisse vulneratos in eadem civitate per quemdam dictum Malliardo de Ruaz. Quo sic exposito casu, fuit conclusum quod rescribatur domino Lausane, rogando quod ministrari faciat de eo bonam justiciam, et vadant domini sindici ad dominum vicarium et requirant congregari episcopale consilium, coram quibus dominis exponant vulneraciones factas in personas quorum supra, et requirantur ut velint rescribere dominis gubernatori Vaudi et ballivo Lausane pro consequenda justicia[3].

[1] *Lisez :* associabit.

[2] Le § qui suit a été ajouté après coup au bas du fol. 197 v°.

[3] Les Archives cantonales vaudoises n'offrent rien sur cet incident. Aux Archives de la ville de Lausanne, dans les registres de la cour épiscopale, on trouve au vol. E 21, 2e partie, fol. 130, à la date du 21 mai 1520, une brève allusion à l'*infirmitas* de P. et A. de Versonay, et au vol. E. 20, 2e partie, fol. 131, une attestation d'un notaire de Besançon, constatant, le 25 août, que no. Antoine de Versonay, écuyer, malade de la goutte chez l'hôte du Lion d'or à Besançon, ne pourra pas comparaître le 31 août à

Fiant injunctiones, et cito, infectis ex peste quod habeant ipsorum domos vacuare et se separare ab aliis non infectis.

De relicta Bertellier, que vult vendere certa instrumenta et certos globos ferri, vadant aliquis ex dominis sindicis cum nobili de Lestelley, et ea que reperientur pertinere civitati illa apportentur ad Domum civitatis.

Veneris xviij maii. — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Burdignin, Montyon, Curt, Veteris, Megex, Lunes, de Ponte, Prepositi, Nergua, Pichon, Frojon, Rosseti, Leta, Navis; — Ja. Servelli.

Retulit Jacobus Frojon quod ipse et Dominicus de Sallatis taxaverunt faces traditas ad opus civitatis per Girardinum de Rippa ad sex solidos pro qualibet libra, et quod cetere res in eodem rotulo descripte erant juste scripte, citra taxam faroctorum, super qua nichil egerunt, ex quo fuerunt cassati per consilium.

De fornerio Cancelli Judeorum, cum fuerunt remote guillee et levate certa die Dominica bene mane posite in Plano Pallacio ad alliciendum lusores, qui protulit eisdem vigillibus quod rota mutaretur, dicendo hec de nobilibus sindicis, sumantur informaciones per secretarium vicedompnatus et inde tradantur in consilio, et secundum demerita instetur fieri de eo justicia.

(199) De ponderibus per officiarios episcopales levatis, vadant domini sindici ad episcopale consilium et ibidem per eos fiant remonstraciones, eciam domino judici, quod sentencie fuerunt late contra formam franchesiarum, petantur reparari, alioquin ne transeant in rem judicatam, interponatur appellacio cum testibus.

Requiratur ipse dominus judex quod prestet juramentum et veniat in Domo civitatis prestiturus juramentum de observandis franchesiis et libertatibus, more solito.

Fiant cride, quibus prohibeatur tripudiari publice, et carmina in virreletis, et eciam prohibeatur ductus t[i]mpani.

l'audience qui lui a été assignée par le bailli de Lausanne. Il s'agit ici, probablement, de quelque autre affaire, car le 12 octobre et le 20 novembre 1520 (*ibid.*, fol. 134, 140) Antoine de Versonay figure comme demandeur, ou défendeur, dans deux instances qui ne paraissent avoir aucun rapport avec la plainte du mois de mai. (Cf. ci-dessus, p. 449.)

De blado Luquini de Pane, refferatur illis de Morgia quod illud bladum cum pluribus bladis fuit levatum pro sumptibus armigerorum illustrissimi domini ducis, et quod ipsum bladum erat putrefactum et adeo malum quod, si non fuisset illis de Morgia, fuisset submersum. Actamen fuit coctum et taxatum, et quod pro illis bladis fuit facta leva, et habitis peccuniis omnibus seriatim satisfiet.

De peste, claudantur domus infecte et fiant injunctiones habita[n]tibus in illis quod vacuent illas.

De pauperibus qui undique affluunt, expellantur per vigilles.

Johannes Moury venit et peciit veniam de verbis per eum illatis, cui fuit indultum.

Idem juravit in manibus sindicorum bene servire juxta facultates in sua arte et vendere ad formam gabellarum.

Martis xxij maii. — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Montion, Lestelley, Lunes, Megex, Veteris, Burdignin, Prepositi, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

Rescribatur domino Lausane occasione verberis illati in personam nobilium de Versonnay in sua civitate.

De ponderibus, instetur ad observacionem franchesiarum et prosequatur appellacio, prius consultis capitulis franchesiarum, et si prosequatur, prosequatur sumptibus publicis.

Fornerius Cancelli Judeorum venit, qui peciit veniam et cui fuit ndultum.

Mercurii xxiij maii.

(Caucio P. Joly.) — Cum nobilis P. Joly admodiavit gabellam vini venalis in hac civitate, spacio unius anni, a nobilibus sindicis, sive invicem nobiles sindici illam illi Petro Joly admodiaverunt, factis prius cridis opportunis et ad ascensum candele et illius extinctionis, precio mille et novem centum et (200) quinquaginta florenorum, constante instrumento per me recepto, promiserit cavere, hinc est quod, ad preces ipsius Petri Joly, pro eodem et pro eadem firma erga nobiles sindicos et communitatem, absente me notario et secretario civitatis, se constituerunt fidejussores, quilibet ipsorum principaliter et in solidum, videlicet Georgius Lec, civis et mercator Gebenn., et Anthonius filius Colini Chicant, et quilibet ipsorum principaliter et in solidum, qui promise-

runt in forma et more denariorum fiscalium solvere per terminos statutos in admodiatione. Cum submissionibus et renunciacionibus opportunis, et presertim renunciaverunt juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani etc. Actum Gebennis, in domo habitacionis dicti nobilis Petri Joly, presentibus ibidem honorabilibus Stephano Peccollat, Johanne Vuichardi, cinturerio, Augerio de Barquis, de Monte Callerii, servitore dicti Johannis Joli, testibus.

Ibidem dictus nobilis Petrus dictos fidejussores secum in eadem admodiacione associat ad medium lucrum et perde etc.

Ibidem dicti P. Joly et Georgius Lec receperunt in eorum servitorem ad colligendam eandem gabellam dictum Stephanum Peccollat, idemque Stephanus se associavit cum eisdem ad colligendam dictam gabellam, spacio illius anni, precio xlv ff., quorum dictus Joly solvere teneatur triginta eidem Stephano, et dictus Georgius quindecim, terminis sequentibus, videlicet in medio anni medietatem sallarii et aliam in fine, et promiserunt in forma, et fuit actum quod tunc quo sit lucrum in eadem gabella quod dictus Georgius ultra illos quinque florenos teneatur solvere eidem Stephano quinque florenos. Actum ubi supra, presentibus dicto Anthonio Chicandi et dicto Augerio de Barquis, testibus.

Veneris xxv maii, in claustro, propter pestem furni civitatis. — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Veteris, Frojon, Magistri, Leta, Prepositi, Fonte, Pichon, Nergua, Rosseti, Navis.

Magister Jo. Mandrillionis querimoniam fecit contra Johannem Mercerii, chapellerium, et proposuit quod idem Jo. Mercerii fecit edifficium super quadam domo sita in Perrono, eidem pertinente, et ex adverso comparuit Jo. Mercerii, qui negavit ex adverso proposita. Tandem fuerunt contenti quod jurati operarii visitarent et facerent eorum relacionem.

Relicta Neyrodi fecit querimoniam sicuti pridem domus sua fuit infecta per mortem filie Petri Boconis, quam fecit mundare; peciit sibi satisfieri de hiis que exposuit. Ex adverso comparuit Philippus Regis, qui dixit quod erat contentus satisfacere, et satisfaciet ad relacionem illius que mundavit.

(201) Ibidem, parte reverendissimi domini nostri fuit expositum quod Glaudius Servandi[1], qui pridem ivit ad eum visitandum, quod civitas solvat expensas suas, actentis serviciis que fecit ipse illu. dominus episcopus. Fuit conclusum quod nobiles Danelli et Fonte expensas illas includant in eorum rotulo, et illa[s] supportet civitas, contemplacione prefati illu. domini episcopi.

De Aymone Medici, grenaterio, dicto Borguynyon, quia ibi fuit dictum quod dictus Aymo magnam caristiam posuit et dictam ponit in blado, tam in loco Morgie quam in civitate, fuit conclusum quod sumantur informaciones, et si reperiatur offendisse, instetur pugniri, et ponatur exinde bladum in mercatis et ibidem vendatur justo pretio, et sciatur quantum valuit cupa frumenti et silliginis in novissimo mercato Morgie, et non permictantur granateriis lucrari super qualibet cupa, inclusis expensis, ultra duos solidos, et fiat prohibicio ne blada in orreis ponantur.

Ibidem parte venerandi domini Ludovici de Cresto[2] e[s]t supplicatum quod eximatur a solucione gabelle sui vini pro sua provisione ad hanc civitatem adducenda, fuit resolutum, ex quo ipse [est] ex principaliobus servitoribus illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et principis Gebenn., et plura servicia [prestitit] et presertim in reffectione licterarum utitimarum[3] gabelle, quod civitas solvet pro eo gabellam sui vini admodiatariis ipsius gabelle.

De meritricibus existentibus per civitatem et in vicinis honestis, ille expellantur et compellantur ire ad luppanar, et pro hoc faciendo, petatur regina lupanaris.

[1] Lors des poursuites ordonnées par Jean de Savoie en 1517 et 1518, ce fut Claude Servant dit Maule qui dénonça à l'évêque les citoyens auxquels il s'était d'abord associé spontanément ou par feinte (*Procès de Navis et Blanchet,* cah. A, fol. 17 v°; J.-A. Galiffe, p. 193, 170, note), et, selon Bonivard (p. 50, 63-65, 68), il joua un rôle dans l'arrestation de Pécolat. « Lieutenant du procureur fiscal, » ou « secrétaire fiscal, » en 1521, il devint châtelain de Gaillard en 1525 et conservait encore ce poste en mars 1535 (R. C., vol. XX, fol. 2, 33 v°; XXI, 2e partie, fol. 23, 81 v°, etc.; XXVIII, fol. 18; Bonivard, p. 362), après avoir été l'un des 44 « fugitifs » condamnés à mort par contumace le 21 février 1528.

[2] Qualifié en 1524 (R. C., vol. XXI, fol. 61 v°) co-chapelain de la chapelle du cardinal d'Ostie, il fut reçu chanoine de Saint-Pierre le 28 octobre 1529. (*Reg. du chapitre,* vol. VIII, fol. 59 v°.)

[3] *Lisez :* ultimarum.

De portitore licterarum dicte gabbelle, detur illi unus florenus.

De detento, fustigetur Pedemontanus, et alius servetur ad Sabacti, quia non potest ambulare, et si de novo emergant [indicia] repetatur et ministretur justicia, consultato ejus processu.

Fuerunt electi ambassiatores, ad eundum ad. illu. dominum nostrum episcopum et inde ad illustrissimum dominum ducem, n. Guilliermus Danelli, consindicus, et cum eo e. P. Magistri, qui tamen Magistri se excusavit.

Dicta die Veneris xxv maii, vesperorum, in ala civitatis, propter pestem in furno civitatis. — Leamon, de Fernex, Danelli; — Fernex, Cartellier, Fornerat, Veteris, de Ponte, Leta, Megex, Lunes, Bovier, Curt, Magistri, Frojon.

Ibidem lecte fuerunt instructiones, et lectis, quod ponantur ad mundum et inde fuerunt electi ambassiatores dominus sindicus Danelli et, loco Magistri, n. F. de Lunes.

(202 r°) *Sabbati xxvi maii* [1], in claustro. — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Navis, Lunes, Curt, Frojon, Magistri, Leta, Prepositi, Pichon, de Ponte, Nergua, Fonte, Megex.

De detentis, ille de hac civitate remaneat usque Sabacti, et interim videbitur si superveniant indicia, et ceciam [2] videbitur quoddam juramentum super furto ejusdem per Ballon prestitum in bancha vicedompnatus. Alius extraneus hodie fustigetur.

De blado, quoad concernit grenaterios hujus civitatis, illis apponatur justum precium ad racionem qua fuit venditum Mercuri bladum Morgie, cum lucro duorum solidorum pro cupa, in quo includantur onera. De aliis extraneis, non apponatur illis precium ne impediantur bladum apportare.

(201 v°) *Martis xxix maii*, in aula Sancti Apri. — Leamon, Fernex, Frojon loco Danelli; — Orsieres, Navis, Fernex, Pichon, Magistri, Cartellier, Fonte, Rosseti.

[1] Dans le registre, la séance du 26 mai est placée après celle du 29 mai. De même, un peu plus loin, celle du 4 juin se trouve après les séances des 5 et 8 juin.

[2] *Lisez :* eciam.

Querela facta per Johannem Girodi, parrochie Sancte Crucis, qui proposuit quod n. Glaudius de Bosco, castellanus Gebenn., compellit ipsum ad solvendum quinque solidos, pro quodam juramento delato ultra ipsius Johannis (202 r°) voluntatem cuidam, et aliunde scriba vicedompnatus vult ipsum artare ad solvendum unum grossum pro qualibet jornata, peciit igitur franchesias sibi observari. Fuit conclusum [quod] observetur franchesia et instet[ur] apud dominum vicarium per ipsum castellanum observari facere.

(202 v°) *Veneris prima jugnii*, in claustro Sancti Petri. — Leamon, Fernex, Frojon loco Danelli; — Orsieres, Montion, Burdignin, Megex, Veteris, Pichon, Navis, Fornerat, Nergua, Curt, Fonte, Magistri, Cartellier, Prepositi, Rosseti.

De blado illius Morgie quod fuit levatum in domo Luquini de Pane, contentetur de taxa facta, et si nolit credere relacioni, vocentur coram eo mugnerii qui moluerunt ipsum bladum et fornarii qui coquerunt panem et patisserii qui pistaverunt, ut cercioretur ipse de Morgia.

De detento, vadant domini sindici ad castrum Insule post prandium et repetatur ille, et fiat justicia.

De Michaele de Pane, expectet adhuc modicum, donec thesaurarius habeat peccunias.

De Humberto filiastro dicte Jappaz, habeat pacienciam, donec habeantur peccunie.

De ponderibus, vadant ipsi domini sindici, secum domino procuratore fiscali de Greriis, ad dominum judicem excessuum, et tractetur appunctuamentum, et sentencie reparentur, si minus prosequantur condempnati appellacionem eorum sumptibus, assistentibus dominis sindicis, favores possibiles sibi tribuentibus.

(203 v°) *Lune 3ª* [*iiij*ª] *jugnii*. — Leamon, Fernex, Frojon loco Danelli; — Orsieres, Montion, Magistri, Veteris, Megex, Nergua, Leta, Curt, Fonte, Prepositi, Fornerat.

De Versonay, faciat ejus querimoniam in manibus alicujus secretarii et mictat Lausanam, et requirantur informaciones aut duplum illarum.

De detento, cras feratur sentencia et mandetur illa exequi.

(203 r°) *Martis quinta jugnii.* — Leamon, Fernex, Frojon loco Danelli; — Prepositi, Nergua, Leta, Navis, Rosseti, Cartellier, Montion, Curt, Bovier, Megex, Veteris, Magistri.

Fuit dictum quod nobilis Petrus de Versonay, consindicus, substituat Hugonem Fabri in officio sindicatus, donec convaluerit.

Fuit prohibitum priori novo confratrie nove sancti Crispini ne defferri faciat cireos in suo loco, prout ceteri novarum confratriarum.

De Michaele de Pane, quia servitor continuus, satisfiat eidem.

Recepit e. Magistri.

Veneris viij jugnii, in stupha Pallacii. — Leamon, Frojon loco Danelli, Fernex; — Burdignin, Nergua, Fernex, Pichon, Bovier, Veteris, Cartellier, H. Fabri, Leta, Montyon, de Ponte, Lestelley, Megex, P. Tacconis.

Proposuit n. F. de Leamon quod hodie Matellini et dictus Manget, vigilles, iverunt apud Bardonex in favorem n. P. de Versonex et de ejus precepto, pretextu cujusdam prati contenciosi inter ipsum n. P. de Versonex et fratrem Johannem Arsinerii; proposuit quod iverunt sine ejus consensu, et protestatus fuit quod non iverunt illac de ejus consensu, et quod non possit sibi et civitati improperari, eo quod iverunt super dominio ducali. Fuit conclusum quod pariter domini [de] consilio non consencierunt et similem protestacionem emiserunt.

De macellariis, apportet secretarius Martis conclusionem reverberacionum libratarum.

De Peroneto, mugnierio, alloquatur castellanus et fiant ei remonstraciones quod male fecit eum pignorare quym prius eum compulisset ad respondendum, observando ritum justicie.

De relicta Neyrodi, vocentur arbitri et partes, et temptent ipsi arbitri ipsas partes concordare.

(204) *Martis xiij jugnii.* — Leamon, Fernex, Frojon loco Danelli; — Montion, Lestelley, Curt, Veteris, Pichon, Prepositi, Fonte, Navis, Magistri; — Jo. Hostellerii.

De domino Papa, presbytero, satisfiat ei ut ceteris creditoribus qui victualia ministraverunt.

Evocetur honorabilis Hugoninus Fabri coram r. domino vicario, ut

acceptet locumtenentiam sindicatus et intersit cum aliis sindicis in agibilibus civitatis.

De hospitali Magdalenes, faciat reparare hospitale magister operum, quantum concernit jus civitatis.

De blado illius Staviaci, rescribatur eidem ut conten[te]tur de taxa facta, alioquin advertatur illu. d. dux.

De de Fonte, pretextu injurie ei illate et minarum per Johannem Tacconis, assistant illi domini sindici et consilium ordinarium in consilio episcopali.

Veneris xv jugnii. — Leamon, Fernex, Frojon loco Danelli; — Cartellier, Montyon, Curt, Veteris, Leta, P. Tacconis, Magistri, Prepositi, Nergua, de Fonte, Emonyn, Navis, Rosseti; — Ja. Servelli, Jo. Hostellerii.

Receptores gabelle carnium, de eorum sallario, expectent ad aliud consilium.

Instetur erga r. d. vicarium in favorem Fonte, ut respondeat Jo. Tacconis intitulatis et intitulandis in eum, occasione delicti per eum perpetrati in personam ipsius Fonte, et coram r. domino officiali.

Fuit electus substitutus sindicus, loco n. P. de Versonex, honorabilis Franciscus Fornerat.

Solvat thesaurarius tribus sociis qui duxerunt tubas die festi Eucaristie Christi in processione ante corpus Christi, pro eorum prandio, sex solidos.

(205) *Martis xix jugnii.* — Leamon, Fernex, Frojon loco Danelli; — Orsieres, Cartellier, Montion, Lestelley, Veteris, Leta, Curt, P. de Fernex, Prepositi, Nergua, Fonte, Navis, Magistri, Pichon, Rosseti.

De muliere Sancti Gervasii, vadant domini sindici ad dominum vicarium cum parentibus ipsius mulieris et petant consilium episcopale, et ibidem requirant ipsi domini sindici prefatum dominum vicarium et consilium episcopale ut ministrent illis justiciam.

Veneris xxij jugnii. — Leamon, Fernex, Frojon loco Danelli; — Orsieres, Montion, Curt, Bovier, Veteris, Pichon, Leta, Magistri, Rosseti, Nergua, Fonte.

De differencia e. Berterat et Nycolay Martellet, lathomi, fuerunt contenti quod visitetur murus per jurato[s] et ad refferendum Martis.

De curtili domus Bolomerii, quem[1] nunc pertinet n. et potenti Johanni de Viry[2], domino du Rosey, quod supplicavit no. et potens dominus Alamonie, ejus frater, claudi et licenciam claudendi dari, propter infectiones, eciam propter devastaciones que fiunt in illo, fuit conclusum quod dicatur eidem domino Alamonie ordinarium consilium non posse dare eandem licenciam sine generalis consilii licencia, et sic fiat ordinatio per idem generale consilium.

De logia lathomorum Sancti Gervasii, que est appodiata muro curtilis ipsius domini Alamonie, que destruit murum ipsius curtilis, ut exposuit idem dominus Alamonie, visitetur illa, et si inferat dampnum eidem, tollatur; si minus, supplicatur eidem, quod maneat donec perfecto opere.

(206) De nemore quod occupat plateas Fusterie, vadant vigilles et in illo apponant cruces.

De patisserio anguli Corrater[ie], maneat bampnimentum trium mensium, et distribuatur panis dominabus Sancte Clare.

Eadem die Veneris xxij jugnii, hora vesperorum, circa horam septimam post meridiem.

Leamon, Fernex, Frojonis loco Danelli; — P. Tactonis[3], Montion, Curt, Bovier, Veteris, Rosseti, Prepositi, Nergua, Fonte, Pichon, Leta, Navis.

Exposuit spectabilis dominus collateralis P. Gorracti, destinatus ambassiator illustrissimi domini ducis, intellexisse discordias esse inter spectabilem dominum Pontisvitrei, ex una, et certos particulares hujus civitatis, de qua differencia dixit se velle informari, ut inde pax illi imponatur, et si sit aliquis volens, pretextu illius, dixit se illam notifficare memorato illu. domino.

Item exposuit quod quedam cappella fondata in ecclesia [4]

[1] *Lisez :* quod.

[2] Jean de Viry hérita de son frère Aymon, décédé en 1527 sans enfants, la seigneurie d'Allemogne, et vendit en 1530 celle de Rosay (en Faucigny) à Aymon de Bellegarde. Il mourut en 1532. (Note de M. le comte Pierre de Viry.) — Cf. Bonivard, p. 457.

[3] *Lisez :* Tacconis. — [4] Nom en blanc.

hujus civitatis, cujus jus patronatus spectat dominis sindicis[1], vacabat, per renunciacionem seu mortem [2]. Rogabat ipsos dominos sindicos ut velint ad illam presentare quendam fratrem spectabilis domini Folliet, arcium et medicine doctoris, r. domino vicario Gebenn. de illa instituenda. Fuit conclusum [quod] fiat presentacio de ipsa cappella per renunciacionem in favorem dicti Folliet, contemplacione illu. d. ducis et domini presidis de Deyriaz[3], et ipsius domini collateralis, ac spectabilis Cyboeti Allardet[4], ex magistris computorum.

Communicentur premissa consilio episcopali, et inde fiat responsio, et ibidem fiat querela de insultibus factis per nonnullos in personas civium in itenere[5] publico, eundo Lugdunum et alibi. — *(Recepit e. Magistri.)*

Martis xxvj jugnii. — Leamon, Fernex, Frojon loco Danelli; — Orsieres, Fernex, Cartellier, Montion, Curt, Bovier, Prepositi, Nergua, Emonyn, Leta, Rosseti, Fonte, Magistri, Navis.

(Juramentum servientis.) — Nycolaus Viffry, admissus in servientem episcopalem, prestitit juramentum solitum in manibus d. sindicorum.

[1] Le droit de patronage sur une des chapelles de l'église de Saint-Gervais appartenait en 1487 (t. IV, p. 5) au premier syndic et au prieur de la confrérie de l'Eucharistie. S'agit-il ici de cette chapelle?

[2] Nom en blanc.

[3] P. 351, n. 3.

[4] Sibuet Alardet, secrétaire ducal et maître des comptes de Savoie, fils de Jean-Sibuet, de Treffort (Ain), avait été reçu B. G. le 16 décembre 1505 et fit partie du conseil en 1507 (t. VI, p. 72, 283, 287, 332, 344, etc.). Frère de Pierre Alardet, chanoine de Genève, il épousa Louise, fille de Claude Goyet, maître d'hôtel du comte Philippe de Genevois, dont il eut Claude-Louis Alardet, né vers 1506, chanoine de Genève 1er mars 1529 (R. C., vol. XXIII, fol. 190, 192; — *Reg. du chapitre,* vol. VIII, fol. 41 v°), précepteur d'Emmanuel-Philibert de Savoie dès 1533, abbé de Filly 1535, doyen de la Sainte-Chapelle de Chambéry, évêque de Lausanne 17 juillet 1560, mort en 1565, connu par les singulières propositions qu'il vint faire au conseil de Genève en décembre 1559 (J. Mercier, *Le chapitre de Saint-Pierre de Genève,* 1890, p. 201, note, 377-381; — Lucien Cramer, *La Seigneurie de Genève et la maison de Savoie,* 1912, t. I, p. 44-46, t. II, p. 15-30), et par le projet qu'il conçut ensuite de faire assassiner Calvin : le 12 mai 1560, il y voyait « l'exeqution de la plus belle et saincte oeuvre qui se soit faicte il y a cent ans desja passés, ny se fera de cent ans à venir. »

[5] *Lisez :* itinere.

(207) *(Mandatum.)* — Fuit exhibita translatio instrumentorum obligationum dominorum sindicorum de peccuniis debitis dominis de Churitz, quam translacionem fecit Vyjehan [1], et fuit ordinatum sibi dari per thesaurarium unum scutum solis, de quo ei fiat mandatum.

De patisserio, cui levatus fuerat panis et privatus ne quoqueret panem infra tres menses proximos, ipse, genibus flexis, postulavit veniam, cum habeat multos liberos. Fuit conclusum quod maneat conclusio et privatio habeat locum per tempus statutum.

De relicta Johannis de Flandres, que supplicavit sibi dari mansionem in hospitali carrerie Civitatis, fuit ordinatum et conclusum [quod] tradatur eidem mansio, dummodo honeste vivat.

E. Petrus Magistri exposuit ea que magnificus dominus collateralis Gorrati sibi dixit.

De cappellano hospitalis, fiant lictere sue, prius pro tribus annis et quamdiu bene fecerit.

Consilium L. — Veneris xxix jugnii. — Leamon, Fernex, Danelli; — Nergua, Prepositi, Emonyn, Frojonis, Leta, P. Tacconis, Orsieres, Veteris, Navis, Lunes, Fernex, Cartellier, Curt, Rosseti, P. Berteracti, Nycolaus Gigneti, Mermetus de Ulmo, Jo. Panissodi, Ste. Bonevaux, Amedeus de Strata, Franciscus de Fosses, G. Fabri, Aymonetus Mistralis, Andreas Girardi, Humbertus Bernardi, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. Rosseti, Jo. Hostellerii, Girardus Carra, P. Mathei, Guilliermus Pensabini, Jo. Nycodi, Franciscus Suchardi, (Jo. Rosseti,) Ny. de Villario, Philippus Regis, Ludovicus Curteti, Amedeus Reynaudi, Peronetus Joly, Ny. Gentilis, D. Salla, P. Poterelli, P. Grassier, Ste. Macheret, Aymo Gilliardi.

Fuit erratum de duobus solutis ultra suprascriptos.

